[illegible]

[illegible]



IACOBI MAROTTÆ

MARILIANENSIS

PRESBYTERI SECVLARIS;

SACRI NEAPOLITANI COLLEGII

DOCTORIS THEOLOGI:

AC IN PVBLICO ETIAM NEAPOLITANO GYMNASIO, REGIO STIPENDIO, SACRAE THEOLOGIAE LECTORIS.

In Porphyrij Isagogen, siue quinque prædicabilia, Dilucidissima ex omni classe, Logicalibus, & Philosophicis terminis referta, plenissimaq; expositio: in qua Græcorum, Arabum, & Latinorum, videlicet Thomistarum (præcipuè Caietani) & Scotistarum profunda doctrina, maxima cum facilitate, & subtilitate explicatur.

Opus nimirum in quo nihil ferè desideratur, Logicam, & Philosophiam breui quidem, ac citra, in Porphyrij interpretibus voluendis, sudorem comparare, subtiliterq; speculari cupientibus, iucundum, vtile, atque apprimè necessarium.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVER. CONSTANTIVM SARNANVM S.R.E. Cardinalem Amplissimum, singularem omnium scientiarum Patronum, mira pietate insignem, omniq; disciplinarum genere ornatissimum.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



N E A P O L I,

Apud Horatium Saluianum. M D XC.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISS.[MO] AC REVEREND.[MO] D. D. CONSTANTIO SARNANO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO FELICITATEM.



PERSARVM Reges amplißime, ac constantißime Cardinalis Constanti, nemini quidem, nisi munus aliquod afferenti, salutare licebat, quam ego instituti rationem penè admirans, tuiq; salutandi miro sanè desiderio flagrans, semper aliquid humanitate, & amplitudine tua dignum, præstare tentaui. Videbam enim te Persarum Regibus longè antecellere, non quidem rebus fortunæ, tempotiq; obnoxijs, verùm immensis animi tui splendoribus, quibus ipse inter mortales tamquàm Sol inter sydera enitescis: Ego enim vt verum fatear, ex aßiduis meis logicalibus vigilijs adhuc latentibus, aliquos fructus non quidem immaturos, tandem percepi, cumq; eos tibi non iniucundos fore censuerim, tibi saltem aliqua ex parte degustandos proposui: cæterùm nec me latet exiguum munus esse tua præstantia indignum, teq; id quod ab animi candore proficiscitur nequaquàm aspernari; excipe igitur qualecunq; sit, ingenui enim animi est eos qui te obseruant, ac venerantur complecti. Nec me fugit non paucos fore huius rei rationem improbaturos, quibus liquidò patet quibus ipse fructibus abundes, multosq; etiam dicturos, me poma Alcinoo dedisse, dum meam hanc in Porphyrium Expositionem Scotica subtili doctrina vix leuiter tinctam, tibi mitto; cùm & ipse longè subtilius circa hoc negotium scripseris. Iis autem satisfaciendum existimaui, me ea quibus nimirùm affluis, quæq; multis in locis olim conspersa vidisti, collegisse, & ea qua potui facilitate digeßisse; vt ea quæ tibi tantopere placent ob oculos aliquando posita, aliqua te voluptate afficiant, tuq; post tuas grauiores curas (scimus enim quanta geras negotia) Animum tuum, speculationibus, quibus te mirum hominem ab adolescentia præstitisti, aliquando recrees. Tu enim Religionis, ac pietatis studium cum studio Philosophandi semper coniunxisti, sicuti ętate, & dignitate, ita non minus virtute in dies crescens. Quod si cæteri viderint, dubium non est, labores meos expetendos fore, quos mihi ornamento, alijs vsui, & tibi oblectationi futuros speraui, semper enim animus mihi fuit, semperq; (Deo fauente) erit, alijs quoad eius fieri poterit, prodesse. Hinc quantum in Theologicis, ac Philosophicis, & non minus in logicalibus, laborauerim, non solùm ex hac mea in Porphyrium Expositione, facilè quisque expendere poterit, verùm etiam ex laboriosißimis meis, in librum Prædicamentorum, Perihermenias, & Posteriorum, Commentarijs, quàmprimum Typis mandandis, in dies experietur. In quibus non modò Græcorum, Arabum, & plurimorum Latinorum doctrinam exquisiui, explanatamq; reddidi, ve-

rùm etiam profundam, ac sanè Diuinam Thomistarum, & Scotistarum doctrinam, idq; semper faciendum curaui, vt nihil in ea obscurum sit, nihilq; difficultatem afferens: Nam id studium meum fuit, vt Philosophari, ac Theologizare cupientibus, per me facilis pateret aditus. Sed quoniam in id temporis deuenimus, vt bonorum studiosorumq; scripta multis sanè displiceant, multi ferè desipent, & intolerabili inuidiæ liuore commoti, morsibus petant, adeoq; vt rabie quasi furere videantur: Tibi mea omnium Theologorum sapientissimo, Philosophorum peritissimo, ac Logicorum acutissimo, nuncupare decreui, vt hinc causam conijcias, testificandæ pietatis, & obseruantiæ meæ erga te, & Franciscanam Religionem, quam semper obseruaui. De te enim omnes quidem prædicant, teq; maximis in cœlum laudibus extollunt, quas ne augere cupiens, diminuam potius, silentio præterire constitui. Sic omnipotens omnium prouisor Deus, inter homines longæuum esse te velit, vt quanti sis, & valeas, omnibus pateat, quantamq; S. R. E. tua omni pietate, omniq; virtute roborata constantia, vtilitatem sit allatura, quilibet possit experimento testari. Ad te igitur Illustrissime, ac Reuerendissime Constanti, tamquam ad inexpugnabilem, constantem, solisolidumq; clypeum confugi, sub eo vitam reliquam viuere maximopere cupiens: Quos enim protectio tua non locupletat? quem rursus iniquum, noxioq; veneno armatum, non deterret? Atqui supersedendum mihi nunc est laudum tuarum, quę innumeræ sunt, amplificatione, propterea quòd eruditi omnes, optimiq; Viri, eas procul dubio Ciceronis, & Demosthenis stylo dignas arbitrantur. Quis nā igitur tali, tantoq; pelago vela traderet? Accipe igitur litterariæ Reipublicæ decus, id munus pro tempore, maioraq; à nobis expecta: a quo etiam audacter peto, vt qua humanitate nunc primùm me in tuorum numerum recipere (vt spero) non dedignaberis, non minori Beneuolentia hos nostros quantuloscunq labores, qui non nisi auctoritati tui nominis nixi, in publicum prodire potuerunt, fouendos existimes. Vale Neapoli Calendis Augusti M. D. L X X X X.

Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ dominationis tuæ, ac Religionis Franciscanæ, obseruantissimus, semperq; deuotissimus

Iacobus Marotta Marilianensis Presbyter secularis.

IACOBI
MAROTTAE MARILIANENSIS
PRESBYTERI SECVLARIS

Sacri Neapolitani Collegij Doctoris Theologi, ac in publico Studio Neapolitano Sacræ Theologiæ Lectoris,

In Porphyrij vniuersalia clarissima Expositio.

ET quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Cùm in ordine tam ad intra, quàm ad extra productorum, diuina sapientia decor manifestetur, vt ad Romanos 13. scripsit Paulus Apostolus Doctor gentium nuncupatus, & in Natura nihil esse inordinatum 8. Phys. tex. 15. omniaq; ordinem appetere, & rectè disponi 2. de generatione tex. 57. & 12. met. tex. 52. scripsit peripatetica Schola Princeps Aristoteles. Ordinatè etiam, & nos in nostra hac expositione procedamus oportet: ordinem autem talem futurum curabimus, vt Tyronibus incipientibus, & prouectis exercitatis vtiles simus. à D. Paulo moniti ad Romanos primo dicente, Sapientibus, & Insipientibus debitor sum: friuola dimittendo, cùm melius sit quædam ignorare, quàm scire, vt 12. prima Philosophia tex. 51. monuit nos Aristoteles, & post eum in Enchiridio cap. 17. confirmauit D. Augustinus: quod tunc præstasse censebimur, cùm Ammonij, Auicenna, Auerrois, Boetij, Alberti Magni, Sancti Thomæ, Aegidij Romani, Caietani, Scoti, Antonij Andreæ, Ioannis de Magistris, Ioannis Anglici, Mauritij Hibernici, Petri Tatareti, Nicolai de Orbellis, Versorij Parisiensis, Burlei, Pauli Veneti, Tiberij Bacillerij Bononiensis, Pauli Soncinatis, Gratiadei Esculani, Philippi Mucagata, Petri Nigri Clypeus Thomistarum nuncupati, Dominici de Soto, Magistri Francisci Toleti, & ex omni tribu, multorum aliorum, qui in Logicante nos floruerunt; in campo nostræ Academiæ, veluti ille Ruth, qui colligebat spicas post terga metentium, subtiles, ac Magistrales sententias, veluti pretiosas Margaritas, ea breuitate qua fieri poterit fidelissimè, diuina ope collegerimus, ac collectas, nostram sententiam adijcientes, examinauerimus: quas veluti latas segetes in area nostri intellectus, iamdiu reconditas, & nostris assiduis lectionibus trituratas, siquis sciendi cupiditate flagrans, grato animo receperit, frugem purissimam in sui intellectus horreo reponet: quod & si mihi erit laboriosum, alijs tamen erit fructuosum. Vbi enim cum labore quæritur, ibi fructuosè aliquid inuenitur; siquidem pluries homo laboriosè cribrat vnum modium Sabuli, vt vnam inueniat Margaritam, 4. colliget cap. 9. dicebat Magnus Commentator Auerroes. Nec me latet, quòd sæpe delectat promptitudo pollicentis, licet sæpius terreat eum laboris immensitas, ad quem sicuti hortatur proficiendi cupiditas, ita dehortatur deficiendi infirmitas, nisi vincat eum zelus alijs benefaciendi, quo nos inardescentes, hac nostra expositione in Isagogicum Porphyrij libellum, Vipeream quorundam Auerrocitantium fraudulentiam conculcabimus, quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad fabulas, & perniciosa oblectamenta homines adhortatur: sed antequam textum aggrediar, vt Iuuenibus facilior ad hunc librum aditus paretur, illa præfari intendo, quæ in initio librorum Aristotelis solent prænotari, Græcos, Arabes, & classicos subtiles Latinos in hoc sectatus; inter quos, Triumphales Duces semper extiterunt D. Thomas, & Scotus; quorum tanta, in Logica, Philosophia, & Theologia fulget Auctoritas, vt nemo hucusq; eorum Documentis iustam calumniam inferre valuerit, quamuis temerarius aliquis, non nisi verbis tentare præsumpserit: vt tandem cum D. Paulo ad Corinthios 13. dicamus, cùm venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est; quæ autem præfari intendo sunt hæc, Intentio, Vtilitas, Ordo, Diuisio, Proportio, Via doctrinæ, Nomen libri, & Nomen Auctoris,

Quæstio de intentione, & subiecto libri prædicabilium Porphyrij.

IN hac quæstione primò quæsiti titulus est declarandus, vt terminis intellectis, eius quod quæritur veritas percipiatur; terminorum enim notitia fons, & origo est omnis cognitionis, secundū vulgatam secundo post cap 9 lucidissimi sententiam, & Auerrois consensum 1. Phys. com. 71. 4. Phys. 24. & 6. Ethicorum cap. 4. immo Arist. primo cœli 17. sic practicantis, vbi probare volens cœlum esse nec graue, nec leue, prius qd grauitas, & leuitas sit explicat; quod confirmās Nicolaus Bonettus in cōpendio Formalitatum dixit, q ignorantia terminorum multos decepit, ac errore permisit: & quia de subiecto primo huius libri quærimus, de subiecto, & primitate eius erit nobis disserendum. Vnde noto primo, q differentia est inter subiectum, & obiectū scientiæ, secundum Gulielmum Occham in Prologo sent. q. 9. & Petrum Nigrum q. 5. & 12. nam subiectum scientiæ est subiectum conclusionis, seu id de quo scitur, seu concluditur propria passio: obiectum verò scientiæ est illud, quod scitur, immediatè terminās actum sciendi, & est ipsa conclusio scita, & sic cùm subiectum demonstrationis sit pars conclusionis scitæ, dicitur su-

Notitia terminorum est valde necessaria.

 biectum

biectum esse pars obiecti, & si fortè subiectum quandoque dicitur obiectum, non est obiectum totale, sed obiectum partiale, quamuis oppositū sentiat Gregorius de Arimino in prologo primi sent. q. 1. art. 1. dicens, quod conclusio demonstrationis non est obiectū scientię acquisitæ per demonstrationem, sed significatum totale conclusionis demonstratæ est obiectum scientię, & probans quandam tertiam suam conclusionem inquit, quod non conclusio demōstratiua, nec tota demonstratio, nec res extra, vel significata omnium propositionum demonstrationis, sed significatum totale cōclusionis est obiectū scientiæ, v.g. hec cōclusio, homo est risibilis, non est obiectū, sed hoc significatum, hominem esse risibilem, est obiectum: sed si hoc quod Gregorius dicit esset verū, melius dici posset quòd notitia conclusionis, quæ conclusio constat ex primo considerato, & prima eius passione, in aliqua sciētia dici deberet obiectum illius scientiæ, & ideo vel ita est dicendum, vel cum Occham est sentiendum. Amplius hic pro eodem sumo intentionem, & subiectum, quamuis pressè sumpta, diuersa significent apud Auct. in prologo primi Physicorum. Intentio enim sicut nomen sonat, est in aliud tentio, & quandoq; est actus voluntatis, vt dixit D. Thomas 1. 2. q. 12. ar. 1. Nos verò ab hac doctrina nō recedētes dicimus, quod intentio duplex est, videlicet formalis, & obiectiua, tam intellectus, quàm voluntatis: nam sicuti actus intelligendi, ab intellectu elicitus, dicitur intentio formalis, & obiectum cognitum, siue reale, siue intentionale, dicitur intentio obiectiua; ita etiam in voluntate, volitio, quæ est quædam operatio à voluntate elicita, dicitur intentio formalis, & obiectum volitum, seu amatum, & desideratum, dicitur intentio obiectiua, de qua reinfra redibit sermo; hic tamen sumitur intentio pro intentione obiectiua ipsius intellectus, quæ dicitur subiectum scientiæ, quod subiectum multiplex est: & quia hic terminus, subiectum multiplex est, ideo distinguendus primo cœli tex. 110. & primo sumitur subiectum pro inferiori, sic ab Arist. sumitur in antepredicamētis in secunda diuisione, quādo inquit, quòd homo de subiecto dicitur quodā homine, vbi per quendam hominem intelligit substantiam primá, puta, Socratem inferiorem ipsi homini, qui est substantia secunda: secundo sumitur subiectum pro subiecto inhæsionis, seu pro subiecto in quo, vt inquit Paulus Venetus, quando ibidē inquit Aristoteles, in subiecto autem esse dico, quod cùm in aliquo sit, &c. & sic cùm dicimus, quòd manus est alba, tunc manus est subiectum inhæsionis, idest cui inhæret albedo: tertio sumitur subiectum pro subiecto prędicationis, & sic sumitur primo libro Perihermenias cap. 5. vbi ait, quòd dupliciter contingit enūciare, aut videlicet de subiecto vniuersali, aut de subiecto particulari: quarto sumitur subiectū, pro subiecto trāsmutationis primo Phys. tex. 62. vbi habetur, quod in omni transmutatione requiritur subiectum, & tex. 69. subiecta autē natura, &c. siue sit transmutatio substantialis, in qua deperditur nomen, & definitio, siue accidentalis in qua retinetur nomen, & definitio, vt primo Phys. 63. 7. Phys. 15. & 2. de anima cōmen. 8. dicebat Auerroes: 5. sumitur subiectū, pro subiecto alterationis, primo de generatione text. 38. & 2. de anima tex. 45. v.g. cùm manus de calida fit frigida, tunc dicitur alterari, & esse subiectū alterationis: 6. sumitur subiectum, pro obiecto 2. de generatione tex. 17. 2. de aīa 108. & 144. & sic vnusquisq; sensus est subiecti sensibilis, & quatuor qualitates primæ alteratiuæ. Vt calidum, frigidum, humidū, & siccum sunt subiectum tactus: 2. de anima tex. commen. 108. septimo sumitur subiectū, pro termino positiuo ipsius motus, siue sit terminus à quo, siue sit terminus ad quem, sic omnis motus, aut est de subiecto in subiectum, vt est motus alterationis primo Phys. 63. Aut ex non subiecto in subiectū, & est generatio, quæ potius dici debet mutatio, aut de subiecto in non subiectum, & est corruptio; aut est de non subiecto in non subiectum, & hic motus non datur, 5. Phys. tex. 7. octauo sumitur subiectum, pro concesso, sic 1. Physic. commen. vltimo dicebat Auerroes, quod genus substantiarum separatarum est subiectum in Metaphys. i. substantias separatas esse, est concessum, & non probatum à Metaph. sed à Physico contra Auicennam, licet oppositum huius cum Auicenna, in prologo sent. q. 3. sentiat Scotus, dicens, quod benedicit Auicenna, cui malè contradicit commentator: 9. sumitur subiectum, pro famulo, sic in Politicis habetur, quod in omni ciuitate oportet esse Dominum, & subiectum, i. famulum. 10. sumitur subiectum, pro subiecto considerationis, seu pro subiecto de quo, & materia circa quá aliqua facultas versatur, sic in prologo primi libri Phys. dicebat Auerroes, quod subiectum istius artis. i. scientiæ naturalis sunt res sensibiles; & sic ad nostrum propositum sumitur subiectum, dum huius libri Porphyrij subiectum inquirimus: & hoc modo sumptum subiectum, adhuc triplex est 2. post. 53. videlicet, Totale, partiale, & principale; vel prædicationis, attributionis, & principalitatis, vt post Mauritium Hibernicum Scotistam in q. 3. prædicabilium Scoti, notauit etiam Alexander Achillinus Bononiensis Auerroista 1. Phys. tex. 83. Subiectum totale illud dicitur, quod omnia in illa scientia considerata sub se continet, & congregat, totū enim est, extra quod nihil est, 4. Physic. 145. & 5. Metaph. comm. 31. & ideo omnia sub se congregat subiectum totale, quia natura totius nulla alia est, nisi vt sit ordinata collectio, & congregatio suarū partium, vt 1. Phys. 17. 4. Phys. 43. & 3. cœli comm. 8. dicebat Auerroes: & quia totū, quandoq; idem est, quod perfectum, vt 3. libro sen. distin. 6. q. 2. art. 3. ex Aristotele 1. cœli tex. 3. dicebat Gabriel, ideo subiectum totale, illius scientiæ, cuius est subiectum, perfectio dicitur: & tale subiectum totale duas habere debet partes, videlicet, Materialem, & Formalem, seu rem consideratam, & modum considerandi: & quoad partem materialem noto cum Ioanne Grammatico 1. de gen. tex. 25. quod partes in triplici sunt differentia; quędam

Hic terminus subiectū decē modis sumitur, cū proprijs exēplis.

Subiectū cōsiderationis triplex, videlicet, prædicationis, attributionis, & principalitatis: vel totale, partiale, & principale.

Subiectū totale duas habet partes, videlicet, Materialē, & Formalem.

enim

enim conueniunt in materia, seu parte materiali, differunt tamen in forma, seu parte formali, vt Ars Carpentaria, & Ars Nauifactiua, conueniunt in materia circa quam, puta in ligno, at differunt in forma, quia per vnum modum operandi Carpentarius in lignum introducit formam sedis, & per alium modum Nauifactiuus inducit formam Nauis. Aliæ sunt artes, quæ conueniunt in forma, differunt tamen in materia ex qua, seu parte materiali, vt Figulus, & Aurifex, quorum vterq; facit langenam secundum eandem formam, seu figuram, sed figulus ex creta, aurifex verò ex argento, vel auro. Aliæ verò sunt Artes, quæ differunt in vtroq; idest, tam in parte materiali, quàm in parte formali, vt Frenifactiua, & Ars Statuaria, hæc enim Statuam facit ex ære, vel ligno, vt ex materia; & figura, vt forma. Illa verò ex ferro, & forma, seu figura freni, distincta à figura, & forma statuæ. Quoad partem formalem verò adhuc noto; quòd pars formalis, seu ratio formalis à qua sumitur vnitas specifica, & distinctio specifica scientiarum. Duplex est: Nempe, Ratio formalis quæ, Et ratio formalis sub qua. Vel ratio formalis, vt quod, & ratio formalis, vt quo; verbi gratia, Ratio formalis quæ, vel vt quod ipsius visus, est visibile, sub se continens colorata, & nõ colorata, à visu perceptibilia secundo de anima tex. commẽ. 72. & in scientia similiter; vt hæc conclusio, Terra est rotunda, in Astrologia, & Physica consideratur, quæ duæ scientiæ sunt specie distinctæ secundo Physic. tex. 18. sub eadem ratione formali, vt quę; sed sub diuersa ratione formali sub qua, vel vt quo, & talia diuersa ratio formalis sub qua, est diuersus medius terminus in vtraque demonstratione assumptus, quia cùm demonstratio debeat esse ex proprijs primo Poster. text. 58. & 67. alio demonstratione vtitur Astrologus, & alio Physicus, ad concludendum rotunditatem de terra, & sic per diuersam rationem formalem, quæ est definitio illius subiecti, de quo probanda est talis passio. Quòd si quęrat quis, vndenam origi nem sumpsit hicloquendi modus, vt dicamus subiectum totale alicuius scientię habere duas partes videlicet, Materialem, & formalem? Respondeo ei cum D. Aegidio Romano secundo Physic. tex 18. ex Auerroe 6. Metaph. com. 8. quòd Res, aut considerantur secundum seipsas vt sunt extra animam, aut considerantur vt sunt in anima, id est in esse obiectiuo, quod post Auerroem dixit S. Thomas 3. par. quęst. 4. art. 4. & Paulò aliter parte 1. quęst. 58. art. 6. ex D. Augustino libro 2. super Genesim cap. 8. quòd triplex est esse rerum, videlicet. In verbo, in propria natura, & in intellectu Angelico, & post omnes istos elegãter satis dixit Doctor subtilis Scotus in prędicabilibus q. 9. in corpore. Tunc respondetur quòd sicuti in ipsis rebus, vt habene esse in seipsis, consideratur aliquid vt materiale, & aliquid vt Formale, sic & in rebus consideratis in esse obiectiuo, vt cadunt in considerationem alicuius scientiæ, accipere contingit aliquid materiale, & aliquid formale, & consequenter sicuti differentia rerum, vt habeat esse extra animam, attendenda est principaliter secundum formam, primo de anima com. 52. ita & in rebus ab aliqua scientia consideratis reperitur diuersa forma, seu modus considerandi, penes quem diuersum considerandi modum, sumitur differentia specifica scientiarum, & sic semper differẽtia est à forma, siue quoad esse reale in rebus ad extra, siue quoad esse cognitum rerum ad intra. Et sic quemadmodum duę res naturales nempe, Equus, & Leo; conueniunt in materia prima ex qua componuntur, sed per proprias eorum formas, specie differunt; ita etiam duæ scientię, uidelicet, Astrologia, & Physica cõueniunt in materia, seu in re considerata, differunt tamen secundum proprias formas, idest diuersas rationes formales, & diuersos modos cõsiderandi, uel demonstrandi hanc conclusionem, Terra est rotunda: & si Nouitius uult exemplum uulgatum. Dico quòd sic differunt Philosophia Naturalis, & Medicina, cùm utraque tractet de homine, sub diuerso tamen considerandi modo, Medicus quidem hominem considerat, ut est sic complexionatus, & arte sanabilis; Physicus uerò, ut est ens naturale, habens in seipso principiũ motus, & quietis: & hæc de subiecto totali quoad ambas partes eius. Nunc uerò de conditionibus ad ipsum requisitis aliquid dicamus: Paulus Venetus quidẽ in quęstione de subiecto Logices inquit, quòd subiectum circa quod, seu cõsiderationis, quatuor conditiones habet. Prima est quòd sit notissimum in scietia cuius est subiectum, nam subiectum esse, aut supponitur, ut notum in illa scientia, aut probatur in alia scientia. Secunda quòd sit communissimum per prædicationem, idest, vt prędicetur de omnibus in illa scientia consideratis. Tertia quòd nõ transcẽdat metas illius scientiæ, idest, ut adęquet illam scientiam, & adęquetur ab illa scientia. Quarta quòd omnia considerata in illa scientia reducantur ad ipsum: Ioannes uerò Capreolus in prologo sent. quęst 4. concl. 3. tres tantum subiecto totali tribuit conditiones, uidelicet. Vniuersalem continẽtiam, Principalitatem; & Distinctionem, idest, quòd per ipsum una scientia, quoad partẽ formalem distinguatur ab alia: Scotus uerò q. 3. prædicabilium tres, & aliter assignat etiam conditiones. Prima est, quòd de subiecto prę̄supponatur; quid, & quia; primo Poster. tex. 2. Secunda, ut per eius quod quid est, seu propriam definitionem, de eo probetur propria passio, verbi gratia, uoleos probare quòd homo est risibilis, seu risibilitatẽ de homine, cuius est propria passio, supponere debet de homine, si est, idest quòd sit in rerum natura; & quid est; nempe esse animal rationale, ut deinde per ly, animal rationale, tanquam medium, probare possit risibilitatem de ipso homine, dicendo omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, & hę conditiones competunt tam subiecto demonstrationis, quàm subiecto considerationis.

Artes sunt in triplici differentia secundum Ioannẽ Grammaticũ

Ratio formalis quæ, & ratio formalis sub qua.

Petitio.

Responsionis fundamentũ.

Triplex esse rerum.

Respõsio Aegidij Romani.

Prima opinio de conditionibus subiecti totalis, quæ est Pauli Veneti.

Secunda opinio Capreoli.

Tertia opinio Scoti.

Quid sit subiectum principale. Et subiectum principale.

Tertia conditio eſt, vt ad tale ſubiectum, omnia in illa ſcientia conſiderata reducantur, & hæc de ſubiecto totali: ſubiectum partiale ſunt res particulariter ibi tractatæ, ex quibus integratur ſubiectum totale, partes enim, materia dicuntur reſpectu totius 2. Phyſic. 31. & 3. Phyſic. tex. com. 66. Subiectum verò principale, eſt præcipua pars ſubiecti totalis, vel contenta ſub ſubiecto totali, nec ſumitur hic, principale, vt opponitur ad ſumptum, ſeu pro abſtracto, vt opponitur ad concretum 12. Metaph. com. 39. ſed principale ſumitur hic, pro nobiliori, & præſtantiori: erat alia diſtinctio de ſubiecto, videlicet Prædicationis, Attributionis, & Principalitatis; ſic exempli gratia dicimus, quòd tale ſubiectum prædicationis in tota Logica eſt, ens rationis, ſecundum Auerroem 3. Metaph. & Paulum Venetum; eo quod prædicatur de omnibus in Logica conſideratis, quæ ſunt ſecundæ intentiones, vt Auicennas dixit, & quæſt. 3. refert Scotus. Subiectum attributionis eſt illud ad quod cætera tribuuntur, & tale ſubiectum in Logica eſt ipſa Demonſtratio de mente Græcorum primo prio rum cap. 1. Subiectum principalitatis eſt præcipuum in tali ſcientia conſideratum, & tale ſubiectum in tota Logica eſt ipſa definitio: ſic etiam in Metaphyſica ſubiectum prædicationis eſt ens; ſubiectum attributionis eſt, ſubſtantia, 7. Metaph. tex. 1. ibi, ſpeculatio de ſubſtantia eſt, ſiquidem ſubſtantiarum principia, & cauſæ quæruntur. Subiectum verò principalitatis eſt genus ſubſtantiarum ſeparatarum 12. Metaph. tex. com. 29. ibi, cum verò tres ſint ſubſtantiæ, duæ quidem. Naturales, Alia autem immobilis, & de hac eſt dicendum, quod neceſſe eſt perpetuam, & immobilem eſſe. Et hæc de iſto termino; ſubiectum; de quo in quæſtione de ſubiecto libri prædicamentorum alia etiam dicemus.

De triplici ſubiecto, tam in Logica, quàm in Metaphyſica.

Secundus terminus declarandus erit ly, primum; de quo dico cum Franciſco de Marchia, & Ioãne canonico Scoti diſcipulo 1. Phyſi. quęſt. 1. quod triplex eſt primitas, videlicet. Generationis, Perfectionis, & Intentionis: primitas generationis eſt, vt notitia primi ſubiecti primò generetur quàm notitia aliorum: primitas perfectionis eſt, vt notitia ſubiecti ſit perfectior, quàm notitia propriæ paſſionis probandę de ipſo ſubiecto per definitionem ſubiecti, notitia enim propriæ paſſionis illam habitudinem habet ad notitiam ſubiecti, quam habet notitia concluſionis ad notitiã principiorum, ſeu ſcientia concluſionis ad intellectum Principiorum.

Subiecti totalis triplex primitas, ex Fráciſco de Marchia, & Ioanne canonico.

Tertia eſt primitas intẽtionis, cũ notitia ſubiecti intenditur propter ſe, non autem propter notitiam paſſionis, ſicuti è cõuerſo ſe habet de notitiis paſſionis. Secundo noto ex ſentẽtia Scotiſtarum quid ſit ſubiectum primũ. Et dico illud eſſe alicuius ſciẽtiæ primum ſubiectum, quod habet conceptum quidditatiuũ, non incluſum virtualiter in aliquo priori ad illam ſcientiam pertinente, primò notum ſecũdum rationem formalem abſolutam, virtualiter primò continens notitiã omnium veritatum, adæquatum toti illi ſcientię cuius eſt ſubiectum. In qua primi ſubiecti deſcriptione, ſex apparent conditiones poſitiuæ, quibus ſex aliæ conditiones negatiuæ opponuntur; quarum. Prima eſt, vt primum, & adæquatum alicuius ſcientiæ ſubiectum non ſit ens prohibitum, vt patet 6. Metaph. text. 4. & primo poſter. tex. 10. vbi habetur quod de non ente, id eſt de falſo non eſt ſcientia. Secunda eſt, vt ſubiectum non ſit æquiuocum, quia tunc illa ſcientia ab illa vnitate deficeret, quæ neceſſariò ad ſubiectum requiritur primo poſter. c. 23. tex. 178. quod vna ſcientia, vnius generis ſubiecti eſt. Tertia cõditio negatiua eſt, vt ſubiectum non ſit ens per accidens 6. Metaphyſi. tex. 4. & 7. Metaph. 16. Quarta eſt, vt ſubiectum ſcibile non ſit ens in anima 6. Metaph. 8. & per ens in anima non debet intelligi illud, quod habet eſſe obiectiuum in anima, aut ſubiectiuè, vel pullulatiuè; obiectiuè, vt vniuerſale reale cognitum, ſubiectiuè, vt ſpecies intelligibilis, habitus ſcientificus, & operatio immanens ipſius intellectus, ſed per ens in anima intelligi debet illud eſſe quod ſit per compoſitionem, & diuiſionem ipſius intellectus. Quinta proprietas eſt, vt ſubiectum ſcibile non ſit corruptibile, quam conditionem poſuit Ariſtoteles primo poſter. text. 7. & 28. Sexta proprietas negatiua eſt, vt ſubiectum ſcibile non ſit particulare, ſed vniuerſale pluribus communicabile 7. Metaphyſ. 43. Huc accedit, vt ſubiectum non ſit demonſtrabile, nec à priori, nec à poſteriori ab illa ſcientia cuius eſt ſubiectum. 2. de anima 27. & 12. Metaphyſi. commen. 5. & hæc de titulo ſubiecti, vel intentionis libri prædicabiliũ Porphyrij. Mox ad opiniones accedamus.

Quid ſit ſubiectum primũ ſecundũ Scotiſtas.

Prima opinio eſt Ammonij, quòd ſubiectum in hoc libro ſunt quinque voces; ad quam videtur accedere Auerroes in quadam digreſſiuncula in fine prædicabilium, vbi ſic inquit. Et rememorauit has res, vt aperiret quid ſignificarent illa quinque vocabula, &c. Secunda opinio eſt Nominalium dicentium, ſubiectum huius libri eſſe hoc nomen, vniuerſale, aut prędicabile, quod eſt genus ad illa quinque nomina, videlicet. Genus, ſpeciem, differentiam, proprium, & accidens, ſed hęc opinio falſa eſt, quam infra magis in particulari confutabimus, cum prædicabilia ſint res aliquę, & non ſola nomina.

Opinio prima de ſubiecto libri prædicabiliũ Porphyrij, quę eſt Ammonij.

Secunda opinio Nominalium.

Tertia opinio eſt Alberti Magni in ſua Logica tract. 2. cap. 1. huius libri ſubiectum eſſe, vniuerſale, non vt vniuerſale, ſed vt prædicabile, vbi inquit, vniuerſalia dupliciter poſſe conſiderari, vno modo videlicet, vt vniuerſalia, & ſic ſpectant ad Metaphyſicum, alio modo, vt prædicabilia, & ſic ad Logicum, & videtur loqui Albertus de vniuerſali reali, quod ſub habitudine prędicabilitatis eſt de conſideratione Logicali. Quarta opinio eſt Aegidij Romani, quòd ſubiectum huius libri eſt, vniuerſale; & dicit vniuerſale, id eſt iſta quinque vniuerſalia, quæ ſunt Genus, ſpecies, &c. & videtur non ponere vniuerſale, vt ſuperius ad illa quinque dum ſe exponit,

Tertia opinio Alberti Magni.

Quarta opin. Aegidij Romani, & aliorum tempore Scoti.

vni-

vniuersale,idest quinq; vniuersalia,& si sic sentit Aegidius, ista opinio est etiam quorundam Doctorum Parisiensium tempore Scoti,qui dicebāt quòd sicuti secundæ intentiones secundum Auicennam sunt subiectum Logicę, ita ista quinque vniuersalia sunt subiectum huius libri, & non vnum aliquid simplex illis commune, & signum est,inquiunt ipsi, quia Porphyrius nullam mentionem fecit illius, in quo ista quinque conueniant, cuius assignauerit diuisionem, diffinitionem, aliquam proprietatem, vel passionem. Sed ista opinio non potest stare; quia repugnat Aristoteli 1.post.tex.179. vbi inquit, quòd vna scientia est vnius generis subiecti,principia,partes,&passiones considerans, cum igitur scientia huius libri sit vna, vnum habere debet subiectum, & signū est, quia in tertia parte istius libri, Porphyrius tractat in principio,de eo in quo omnia ista quinque conueniunt, quod est prædicari de pluribus,modo illud quod prędicatur de pluribus est ipsum vniuersale,quod non expressit Porphyrius ad auferendum validas quæstiones circa illud incidentes, quas excitauit Scotus,vt potes apud ipsum videre, imò si ratio istorum esset bona,concluderet quòd nulla scientia haberet subiectum totale, quod falsum; tandem repugnat Aristoteli hęc positio , nam si in sensu datur aliud cōmune adæquatum obiectum sensus, sub quo reliqua particularia sensibilia continentur, quo modo intellectui hoc potest denegari? Dicebat enim Philosophus 2.de anima tex.108. quòd omnis sensus habet vnum subiectum, vel obiectum, sicut auditus habet sonum, sub quo comprehenduntur omnia, quę ab auditu percipiuntur, ergo in hoc, & Porphyrij libro datur vnū simplex, & in complexum commune, sub quo ista quinque continentur, quod erit totale huius libri subiectum. Quinta opinio est Gratiadei Esculani, quòd ens rationis tractum ad rationem prædicabilis de pluribus, est subiectum in libro Porphyrij: & ratio eius est, quia cum subiectum in tota Logica sit ens rationis, necessarium est etiam, vt ipsum ens rationis secundū aliquam certā rationem sit subiectum in cunctis Logicę libris: quæ ratio est vnitiua omniū prędicabilium in vnum, quod vnum est,ly prędicari de pluribus. Sexta opinio est Ioannis Buridani, qđ huius libri subiectum est, prædicabile; & ratio super quā fundat hanc opinionem est,quia subiectū alicuius scientiæ est quid cōmunissimum in illa scientia, non transcendens metas illius sciētię,ad quod omnia in illa scientia considerata reducuntur, tale autē est prędicabile, ergo est subiectum in hoc libro. Sed ista opi. videtur deficere ab eo qđ requiritur ad esse subiecti, quia subiectum in aliqua sciētia debet esse substantiuum,& nō adiectiuum,quod inductione patere potest,nam subiectū Arithmeticæ est numerus,& subiectū Geometrię est magnitudo,quorū vnumquodq; est substantiuū, & non adiectiuum sumptū per modum passionis, & sic si subiectū est simplex,sumi debet solùm per modum substantiui,si uerò subiectū fuerit com-

Confutatio.

Quinta opin. Gratiadei Tomistæ.

Sexta opi. Ioannis Buridani.

Confutatio.

plexum,sumi debet in ratione substantiui,& adiectiui simul,ut patet in naturali Philosophia, cuius subiectum est ens mobile, uel ens sensibile, in Musica numerus sonorus, in perspectiua linea visualis,&c.& sic siquis diceret,quòd mobile est subiectum in naturali Philosophia, male diceret,similiter quòd in perspectiua visuale,& in Musica sonoritas,uel sonorosum. Et ideo,quia ly,prędicabile, sumitur per modum passionis, & reducitur ad aliud, quod respectu prędicabilis se habet,ut subiectum. Ideo prędicabile non erit subiectum in hoc libro. Septima opinio est cuiusdam Hydruntini de secta maledicentium,qui dicitur Angelus Thius,in suis pręcognitionibus super librum Porphyrij.Circa quam opinionē aliquantulū immorabor,& mora erit defensio doctrinę Scoti, quia iste sequens uestigia Balduini pręceptoris sui,ob ignorantiam terminorū, Discipulo,& Magistro hęreditariam successionem, Scoti doctrinam sine dentibus lacerare contendit: iste enim non intelligens Scotū cum illa distinctione de vniuersali sumpto,aut pro substrato,aut pro formali,inquit Scotum in hoc fundari,quòd vniuersale dicitur duobus modis, primo vt est quędam natura primū obiectum intellectus, & forma quæ reperitur in singularibus, sicuti humanitas est in Sorte,Platone &c. Alio modo pro illa forma, & ratione in vniuersali sumpta, in qua conueniunt singularia, quæ est vniuersalis in actu per intellectum, à natura verò est extra animam,& singularis,& reducitur ad actum per intellectum,& hoc secundo modo vniuersale est subiectum in hoc libro:& secundum Scotum habet tres conditiones &c.& ad hunc sensum impugnat Scotum. Sed hæc distinctio monstruosum mendacium est in via Scoti,quod spectantum admissi risum teneatis Scotistę:& quia per fas,& nefas impugnat illas tres cōditiones ad subiectum requisitas,vt à Scoto positas,eius calumnijs obuiare intendimus.Primò enim primā reprehendit conditionem, probans, quòd non semper debet subiectum pręcognosci maximè quando est notum, & probat ex suo Auerroe 1. post. com.2. & 74. Sed hoc est contra ipsum, quia quando subiectum est manifestum præcognoscitur in rerum natura reperiri, & hæc est pręcognitio, si est, subiecto necessaria, vt nulla de eius existentia, demonstranti exoriatur dubitatio, vel de possibilitate talis existentiæ, quod dico propter eclipsim, de qua habetur scientia, etiam actu non existente ; vt habe primo post. quæstione 7. dixit Scotus : secundo secundam conditionem impugnat dicens, quòd licet de subiecto vniuoco semper demonstrentur passiones, non tamen demonstrātur de subiecto Analogo. Contra, de ente Analogo, quod est subiectum in Metaphysica etiam, vt ipse tenet cum Auerroe, probantur proprię passiones, vt verum, bonum, &c. Amplius vniuersale est vniuocum ad quinque prædicabilia secundum Scotum, quæstione octaua,& multos alios contra Albertum, ergo de eo probatur propria passio, quæ est, dici de

Septima opi. Angeli Thij. Hidrūtini, & eius confutatio.

Confutatio.

Confutatio.

Confutatio.

de pluribus, vel esse in pluribus. Tertio si hoc esset verum, tunc de analogis non haberetur scientia demonstratiua, cum demōstratio probare habeat inhærentiam propriæ passionis de suo subiecto. Tertio negat tertiam conditionem puta, attributionem, quam omnes ponunt, quorum auctoritas sit ratio contra ipsum. Amplius contra Scotum de mente Alexandri primo top. c. 4. dicit iste Angelus Thius, quòd vniuersale non sumitur vt genus in definitione quinque prædicabilium, sed ly, prædicari de pluribus. Ad hoc dico primo, quod est contra Auicen. quem ona infra saluabimus.

Secūdo dico, quod qui vult scribere debet videre libros, & nō ad libitum loqui, vel relata referre, iste enim negat vnum cōtra Scotum, quod Scotus etiam negat quęst. 15. in solutione ad quartū argumentum; vbi inquit, quod cùm in definitione generis ponitur (prædicari de pluribus) ponitur genus eius, hæc ille contra Scotum, & malè: quoad suam verò opinionem spectat, multa cōtinet dicta. Primum, hæc quinq; secundo intellecta. i. hæ quinq; secundæ intentiones videlicet genus, species, &c. Logicè. l. sub modo cōsiderandi Logices, sunt subiectum in hoc libro. Hoc dictum est nullum, quia hoc etiam modo cōsiderantur in libris Topicorum. Ergo nō est maior ratio cur potius in hoc libro, quàm in illis, hæ quinque secundę intentiones sunt subiectum. Secundum eius dictum est. Cùm scientia dicatur vna ab vnitate subiecti 3. Phys. com 17. & 1 post. 178. vnitas ista desumitur à modo considerandi, non autem à re. considerata. Hoc dictum est falsum, quia ad vnitatem scientię nō solùm requiritur vnitas formalis, seu modi considerandi, sed requiritur etiā vnitas materialis obiectiua, de qua Aristoteles dicebat, quod vna scientia est vnius generis subiecti. v. g. sicut plures homines, quia communicant in natura humana, sunt vnus homo secundum speciē, & etiam quia componuntur ex eadem materia prima (quamuis non eadem portione) sunt vnus homo materialiter, ita vt ets sit aliqd cōmune ex parte formæ, vt est Homo, & ex parte materiæ, vt est Materia prima; sic etiam quæ in scientia considerantur conueniunt in forma, seu in modo cō siderandi, & etiam in materia, seu re considerata, illis communi. Tertium eius dictum est: prædicabile est subiectum totale à quo hic liber dicitur vnus, & hoc transeat, quia fuit supra impugnatū. Quartum eius dictum est hoc. Modus cōsiderandi hæc prædicabilia, est, inquantum sunt instrumenta introducentia nos ad cognoscendum naturas rerum secundum Porphyrium; Contra, hic modus considerandi competit demunstrationi, & definitioni, quæ sunt duo instrumenta cognoscendi naturas essentiales, & accidentales ipsarū rerum, ergo non pertinet ad prædicabilia, quæ sunt vtilia tantùm ad demonstrationem, & definitionem, vt ipsemet dicit, hæc sunt istius, & similia alia dicta, quæ melius est tacere, quàm hic enarrare. Octaua est Pauli Veneti discipuli Gregorij de Arimino, quòd subiectum in libro Porphyrij est, ens prædicabile; & hanc suam opinionem probat eadem ratione, cui innitebatur Gratiadeus, & in hoc videntur mihi concordes Paulus Venetus Heremitanus. & Gratiadeus Thomista, sed in hoc differunt, quod Paulus inquit, ens prędicabile esse subiectum, iste vero Gratiadeus addit ex suo, ly de pluribus, & melius dixit. quia ly ens prædicabile competit etiam singulari intentionali, quod prædicatur tantùm de seipso; & Nota, quod per ly, ens prædicabile, Paulus intelligit, ens rationis prædicabile, vt ex suis verbis potest colligi, & sic eadē est opinio, & discrimen quasi nullum. Nona opinio, est Dominici de Soto quęst. 4. conclus. 3. subiectum huius libri esse, vniuersale quod habet rationem communem, & genericam ad quinque vniuersalia, & sic cùm subiectum Logicæ sit ens rationis, huius libri subiectum erit vniuersale, quod est species entis rationis, idest vniuersale intentionale, nam vniuersale reale pertinet ad scientiam realem. Decima opinio est, quòd subiectum huius libri est, vniuersale inteo tionale. idest vniuersale pro per se significato, hęc opinio est Scoti quęst. 8. & Ant. Andreæ, hanc sequutus est Tiberius Bacillerius in prędicabilibus digressione prima, Burleus, Magister Francilcus Toletus de secta, & similia sapientum; & Petrus Tataretus dicens, quod subiectum attributionis huius scientiæ, est vniuersale secundo intentionaliter acceptum, attributum alicui limitato, vt esse in potentia propinqua ad dici de pluribus, & esse in pluribus, & hoc vniuersale (inquit Scotus) omnes conditiones habet ad subiectum requisitas: Nec mireris si deficit pars formalis, quia Antiqui non nisi implicitè illam posuerunt, secundum antiquum morem loquendi, & ideo vanum, & puerile est, in hoc antiquos reprehendere. Vndecima opinio est Alphonsi Hispani Heremitani in Academia Mexicana in partibus Indiarum Maris Oceani, primarij Cathedrarij, quæst. 4. super procemium Porphyrij, Qui vnum, quod est Scoti q. 4. supponens, inquit, quod vniuersale tripliciter potest sumi, vno modo pro subtracto, alio modo pro per se significato, idest pro vniuersalitate. Tertio pro aggregato ex vtroq; quamuis impropriè dicatur aggregatum ex natura, & vniuersalitate, hic verò sumitur pro substracto. i. pro ipsa natura inquantum est conceptus obiectiuus, vel inquantum sic cognita, & in hoc sequi uidetur Aegidiū, & inquit substractum sic dici, quia secūdis intentionibus substernitur, & ab eis denominatur, vt Humanitas, Animalitas, Essentia, Natura, Qd qd est, Ratio hois, Ratio animalis, &c. Vniuersalitas uerò, seu intētio, dicitur per se significatum, quia id quod concretum per se significat, forma est. Hoc supposito, suam opinionem fundat dicens, quod Dialectica de vniuersalibus tractat, inquantō secundis intentionibus substant, non secundum considerationem absolutam, sed per habitudinē ad secundas intentiones. Secundo inquit, quod subiectū huius libri pędicabiliū, est vniuersale habens rationem cōem genericam ad quinq; prædicabilia, & sic subiectū huius libri est inferius ad subiectū totius Logicæ, qd est ens rationis. bene

enim

Prædictę opinionis multa dicta: primū, & confutatio eius.

Secundum dictum, & eius confutatio.

Confutatio.

Tertiū dictū supra confutatum.

Quartū dictū

Eiꝰ cōfutatio.

Octaua opin. Pauli Veneti, qui fuit discipulus Gregorij de Arimino.

Nona opi. Dominici Soti Hispani.

Decima opi. Scoti, Anto. And. Tiberij Bacilleri, Toleti, Petri Tatareti, & Aliorum.

Vndecima opin. est Magistri Alphōsi.

Vniuersale tripliciter potest sumi.

Opinio Alphonsi Hispani in quo cōsistat.

enim sequitur, est vniuersale, ergo est ens ratio-nis, & non è contra: & inquit, quod licet aliqui dicant vniuersale prædicari analogicè de quinque prædicab. i. prius de genere, quàm de differentia, hoc tamen nihil obstat, quin dicatur genus, sed hæc opinio quoad primum dictum est contra Scotum dicentem, hic considerari vniuersale secundo modo pro per se significato, sicuti nos et sustinemus, & ideo non placet: quoad secundum dictum, quoad partem formalem nec placet, quia non est genus quo vniuocè prædicetur de speciebus, amplius vt sic vniuersale consideratur etiam in libris Topicorum.

12. Opinio propria. Duodecima opinio sit nostra vt explicatiua, & regulatiua opinionis Scoti in tribus conclusionibus consistens. Prima concl. Prima conclusio sit ista: subiectum totale, seu attributionis, & prædicationis in libro Porphyrij, est vniuersale intentionale, vt introductorium ad totam logicam: vniuersale intentionale est pars materialis, vt introductorium ad totam logicam, est pars formalis, & modus considerandi, quam partem formalem reliquit Petrus Niger. q. 14. concl. 4. Probatur hæc concl. Hanc concl. sic probo, Ratio formalis partium copulatiuè, vel disiunctiuè sumptarum, debet etiam competere toti respectu illarum partium, sed ratio formalis quinque prædicabilium, est esse introductoria ad definitionem, demonstrationem, diuisionem, & ad decem prædicamenta, & consequenter ad totam logicam, ergo competit etiam vniuersali intentionali, quod est totum respectu quinque prædicabilium, & sic vniuersale intentionale, vt introductorium ad totam logicam est subiectum in hoc libro: sed pro huius conclusionis clariori intelligentia est notandum. Pro conclusione primo est notandum, quod dupliciter fumi pôt vniuersale. Primo, quod vniuersale dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet, pro per se denominato. i. pro prima intentione, alio modo pro per se significato. i. pro secunda intentione, & hoc secundo modo sumitur vniuersale in prædicta conclusione, & ideo nulla est ratio Pauli Veneti dicentis contra Scotum, & Burleum, quod vniuersale non est subiectum in hoc libro, quia exit considerationem illius, eo quod vniuersale est vnum in multis, & de multis, sed nulla pars logicæ considerat aliquid, vt vnum in multis, sed solum vt est vnum de multis: hoc. n. procedit de vniuersali per per se denominato, vt sit vnum in multis, &c.

2. est notandum quod dupliciter sumi potest prædicabile. Secundo est notandum, quod prædicabile dupliciter potest sumi, vno modo communiter pro secunda intentione communi omni illi, quod est aptum natum prædicari, siue sit vniuersale, siue sit particulare, siue vniuocum, siue æquiuocum, siue limitatum, siue illimitatum, & sic prædicabile se habet in plus quàm vniuersale, & tunc falsum est dicere, tot esse vniuersalia, quot sunt prædicabilia. Alio modo sumitur prædicabile propriè pro secunda intentione fundata super natura limitata apta nata prædicari de pluribus vniuocè, & sic est passio vniuersalis conuertibilis cum vniuersali, & neutro horum modorum potest esse subiectum in hoc libro contra Ioannem Buridanum. Tertio notandum est, quòd vniuersale esse genus ad quinque vniuersalia, potest tripliciter intelligi. 3. notandum quòd vniuersale esse; cui adquinque vniuersalia tripliciter potest sumi. Primo, vt vniuersale pro prima intentione, sit genus ad quinque prædicabilia pro prima intentione, seu vt prima intentio sit genus ad alias primas intentiones. Secundò, quòd secunda intentio sit genus ad primas, idest, quòd vniuersale pro secunda intentione, sit genus ad quinque vniuersalia pro prima intentione. Tertio, quod secunda intentio vniuersalitatis sit genus ad omnes secundas intentiones vniuersalium. i. quòd vniuersale pro secunda intentione sit genus ad omnia quinque vniuersalia pro secunda intentione, & sic vniuersale est genus, vel habet modum generis cùm prædicetur in quid, & vniuocè de quinque intentionibus vniuersalium, tanquàm de pluribus specie distinctis, quicquid dicat Petrus Niger in suo clypeo quæstio. 16. Sed vt caueas scias, quod quidam cum suo Alulido Rosade, Cuiusdam Error euitandus. dicit Scotum in hoc defecisse, cum dixerit, quòd huius libri subiectum est vniuersale, dimisit enim partem formalem, seu modum considerandi, quem dimittere non debebat. Ipse verò ponens suam opinionem inquit; quod vnum, aut alterum istorum, ponendum est huius libri subiectum, aut videlicet vniuersale, seu prædicabile inquantum prædicabile in quid, vel in quale, est subiectum adæquatum in libro Porphyrij: vel quod subiectum adæquatum huius libri est, vniuersale inquantum est instrumentum introducens nos ad totam logicam: subiectum partiale sunt quinque prædicabilia; subiectum verò principale est differetia. hæc ille. Nos verò dicimus, quod qui classicos Auctores leuiter ferula percutit, ipse postea vecte ferreo est repercutiendus, & ideo ioco eius dicta examinemus. A cultro stuppeo Scoti defensio. & quoad primum, inquantum reprehendit Scotum, quia non posuit partem formalem, dico quod mos est antiquorum Doctorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum, vt patet in naturali philosophia, & præcipuè in illa quæstione de intentione, & subiecto eius, non explicitè ponere partem illam, quam nos formalem, seu rationem formalem sub qua, nuncupamus. Et ne plenissimam de hoc faciam inductionem, lippis & tonsoribus luce clarius manifestum, contentus sis Notitiæ sola S. Thom. auctoritate, qui 4. Metaph. in illa autem lectione quarta, de subiecto logicæ loquens, dixit esse ens rationis, & nô posuit partem formalem, quæ est vt instrumentum sciendi, vel notificandi: si igitur quis Scotum in hoc explicitè reprehendit, nonne S. Tho. implicitè alibi condemnat? imò Alulidũ Rosadè vatem suum, qui in Prologo primi Posteriorum dixit, quòd subiectum in primo libro Post. sunt præmissæ conditionatæ, & reliquit partem formalem, quam reprehensionem ille sacrilegam existimaret, & quod peius est Græcos Aristotelis interpretes lędit, vt Ammonium, Eustratiũ, Ioannem Grammaticum, & alios, qui subiectum in logica ponunt demonstrationem sine addito, vt parte formali. Quantum verò ad id quod ipse dicit, subiectum huius libri esse vniuersale, seu prædicabile, inquantum prædicabile inquid,

vel

Confutatio primæ cóclusionis.

vel in quale: hæc eius conclusio deficit in duobus. Primo, quia dicens, vniuersale vel prædicabile, cum illa disiunctiua, vel, putat quod vniuersale, & prædicabile sunt nomina synonima, & fallitur, quia se habent vt subiectum, & propria passio, vt bene dixit Magister Alphonsus à vera cruce Hispanus. q. 4. concl 3. aduersus Nominales. Secundo deficit in parte formali, nam prædicari in quid, vel in quale, sunt differentiæ ipsius vniuersalis, per quas descendit in suas partes subiectiuas, seu in quinque vniuersalia, vt benè dixit Doctor subtilis. q. 27. Sed modus considerandi se tenet ex parte intellectus considerantis, & cũ hoc originem habet à natura rei consideratæ. Et quoad rationem eius ex 6 Metaph. t. 2 ꝙ modus considerandi sumitur à modo diffiniendi, & sic cum quinque prædicabilia prędicentur in quid, vel in quale, ideo prędicari in quid, vel in quale, est modus considerandi; hęc auctoritas est contraria sibi. Vt arguatur sic; quod sumitur ab aliquo, non est illud, sed modus considerandi sumitur à prædicari in quid, vel in quale, ergo modus considerandi non est prędicari in quid, vel in quale. Maior probatur, quia dato opposito, tunc idem esset sumptum, & id à quo sumitur, & idem sumeretur à seipso, & idem esset origo, & originatum &c. quod expressam implicat contradictionem. Minor patet ex concessis, ergo cõclusio est falsa, videlicet, quòd modus considerandi sit ly, prædicari in quid, vel in quale: secunda conclusio eius est, quòd vniuersale, inquantũ est instrumentum introducens nos ad totam logicam, est subiectum ad ęquatum huius libri.

Confutatio secundæ conclusionis.

Ista conclusio deficit etiam in duobus. Primò, quoad partem materialem, quæ est ly; vniuersale; non enim specificat de quo vniuersali loquitur, & ideo nihil percipit Nouitius nisi vocabula, & quædam nomina latina, quæ non audiuit in grammatica: si enim omnes logici, vt patet in illis decem opinionibus supra enarratis, distinguunt de vniuersali pro denominato. i. ꝓ prima intentione, & pro significato. i. pro secunda intẽtione, nonne mirũ est, si iste solus nõ distinguit? scias paupercule Nouitie, ꝙ sumi debet hic, vniuersale, pro secunda intentione. i. vniuersalitate, q̃ est genus ad oẽs secundas intentiones quinq; vniuersalium, vt supra diximus, & infra ẽt dicemus: deficit ẽt hæc cõclusio quoad modum considerandi, qui erat, (inquantum est instrumentum introducens nos ad totam logicam,) & defectus in hoc consistit, quòd logica est instrumentum aliarum scientiarum, vt 1. Physicor. 35. 8. Physic. 70. 2. Metaph. t 5. & 7. Metaph. com. 2. dicebat Auerroes, modo si vniuersale esset instrumentum introducens ad totam logicam, tũc daretur instrumentum instrumenti, amplius instrumenta sunt demonstratio, vel definitio, vel species, argumentationis, vel alia quæuis maneries disciplinæ, quarum nulla est ipsum vniuersale respectu logicæ, ergo vniuersale, siue reale, siue intentionale, non est instrumentum introducens ad totam logicam. Vnde vera, & indubitata conclusio sit illa, quam nos supra posuimus videlicet, quòd subiectum totale prędicationis, primum primitate adæquationis, in hoc libro Porphyrij est; vniuersale intentionale, vt introductorium ad totam logicam; vniuersale intentionale, quoad rem consideratam, & vt introductorium ad totam logicam, quoad modum considerandi; dico, vniuersale intentionale, ad excludendum vniuersale reale, quod pertinet per se ad Metaphysicum, vt introductorium ad totam logicam, ad differentiam vniuersalis intentionalis, quod consideratur in libris Topic. vt pars artis probabilis, seu syllogismi probabilis: his tamẽ non obstantibus contra eam arguo.

Vera & indubitata ppria conclusio.

Contra hanc concl. arguit primo.

Et primò subiectum alicuius scientiæ debet esse ens; habens principia partes, & passiones, sed vniuersale intentionale non est ens, habens principia partes, & passiones, ergo non est subiectũ in hoc libro. Maior est Aristotelis. 1. Posteriorũ. t. 179. Minor verò probatur: & quòd non sit ens.

Primo sic. inquit Aristot. in prædicamentis, in cap. de substantia, quòd omne aliud à prima substantia, aut dicitur de illa, aut est in illa, sed vniuersale intentionale est aliud à prima substãtia, & nec dicitur de illa, nec est in illa, ergo vniuersale intentionale non est. Minor probatur. Nam vniuersale intentionale non dicitur de substantia prima, quia solę secundæ substantiæ sunt illę, quę dicuntur de primis, nec sunt in illa, quia tunc substantia prima esset vniuersalis, sicuti illud in quo est albedo dicitur album.

Arguitur a

Secundo sic. Omne ens, aut est dependens, aut est independens, sed vniuersale intentionale, nec est dependens, nec independens, ergo vniuersale intentionale non est ens. Maior probatur, q̃a quicquid est, aut habet causam sui esse, & sic est dependens, aut non habet causam sui esse, & dicitur independens, vt est Deus, à quo tùm Cęlũ, cùm Natura dependet 12. Metaph. t. cum. 38. & de dependenti habetur 2. Metaph. tex. 18. & 7. Metaph. c. 9. quod vnumquodque fit a suo vniuoco. Minor probatur, quia si vniuersale intentionale esset quid independens, uel esset quid ꝑ se subsistens, ut Deus, intelligentia, cœlum &c. aut existens, ut materia prima, quæ omnia sunt in causata, & in producta secundum Aristotelem; neque est ens dependens, quia tunc aut esset a natura, idest effectus naturalis, & terminus transmutationis, & sic esset singulare. 1. Physic. 64 aut esset ab intellectu, & sic esset quid fictitium, vel figmentum, sed utruoque horum est absurdum, ergo uniuersale intentionale non est ens. Pro solutione horum argumentorum nota vnum Nouitie, quòd intellectus possibilis est virtus passiua. 3. de Anima. com. quinto, & quidquid intelligit sub ratione vniuersalis intelligit, & ideo vniuersale est ens, quia sub ratione non entis nihil intelligit ipse intellectus. Vnde ad primum argumentum respondeo, quòd Aristoteles loquebatur ibi de ente reali, nam cum ibi comparasset Aristoteles substantias secundas, & accidentis quoad prędicationem dicens, quod sub-

Notandum pro solutione horum argumentorũ.

Ad 1. resp.

substantiæ secundę prædicantur de primis vniuocè, idest nomine, & definitione, vt Homo, & Animal de hoc homine, & hoc Animali. Et accidentia in abstracto, nec nomine, nec definitione, vt albedo non prędicatur de Sorte, nec secundum nomen albedinis, nec secundum definitionem albedinis, quę est; color disgregatiuus visus; Accidentia verò in concreto solo nomine, nō autem definitione, vt homo est albus; Ex prędictis postea infert dicens, quòd omnia alia prętet primam substantiam, aut sunt in illa, & sunt accidentia realia, aut dicuntur de illa, & sunt substantię secundæ, quę omnia sunt entia realia seclusa quocumq; opere collatiuo ipsius intellectus. Et sic remanet solutio argumenti, quòd vniuersale intentionale, nec est substantia secunda, nec accidens reale; sed accidens intentionale causatum ab intellectu.

Contra.

Contra, Aristoteles diuidit substantiam in primam, & secundam, si illa diuisio est bona, debet esse per membra opposita secundum Boetium in libro de diuisione, ergo cùm substantia prima sit terminus primę intentionis, substantia secunda erit terminus secundę intentionis, vt opponantur, ergo malè dicitur ꝙ Aristoteles loquitur ibi de ente reali, seu eius dictū debere intelligi in terminis primę intentionis.

Prima resp. Scoti.

Ad hoc est vna responsio Scoti in quęst. 4. prędicabilium, substantias secundas esse accidentia intentionalia, quibus competit per se de pluribus prędicari, vniuersale intentionale verò esse quid superius ad substantias secundas, eo quòd substantia secunda dicit vniuersale intentionale applicatum ad aliquid in genere substantię, sed vniuersale intentionale in sua communitate sumptum indifferenter se habet, ut diuersimodè ad diuersa possit applicari. Huic responsioni non plenè acquiesco, semper enim circa eam dubitaui: & ideo ego aliter respondens

Propria resp. omnia motiua euacuans.

dico, quòd uniuersale intentionale est aliud à prima substantia, dicitur de substantia prima, & est in substantia prima: est aliud à substantia prima, quia est ens rationis, & substantia prima est ens reale: est in substantia prima, & dicitur de illa, inquantum substantia prima habet esse cognitum apud intellectum, nam conceptus substantię primę communis ad omnem substantiā primam, dicitur esse uniuersalis; & ideo quando dicitur, ꝙ tunc substantia prima esset uniuersalis, Respondeo ꝙ licet hęc, uel illa substantia prima, ut Socrates, & hic equus, non est uniuersalis, illud tamen, quod pertinet ad communem rationem substantię primę, est uniuersale, pluribus substantijs primis communicabile. Volo dicere in summa, ꝙ uniuersale intentionale est in prima substantia, & dicitur de illa habēte esse cognitum apud intellectum, & quando dicitur, ꝙ solæ secundę substantię dicuntur de primis, Respondeo, prędicatione essentiali, in cap. de substantia circa principium, ibi, sola enim hæc eorum, quæ prędicantur, primam substantiam indicāt; Vniuersale uerò intentionale prędicatur de substantijs primis prędicatione denominatiua accidentali; & quando infertur, ꝙ substantia prima esset vniuersalis, Respondeo ꝙ esset vniuersalis denominatiuè, vt habet esse cognitum. Et ad illud ꝙ tunc diuisio non esset per opposita, cum Ammonio respondeo, ꝙ illa non est diuisio, sed quidam ordo inter substantiam primam, & substantiam secundam, quæ quodammodo opponuntur in ratione primi, & secundi, in ratione substandi quoad accidētia communia magis principaliter, vel minus principaliter.

Ad 2. arg. resp.

Ad secundū argumentum respōdeo, ꝙ vniuersale intentionale est quid dependens, & non à natura, sed ab intellectu, & cū dicitur, id quod est ab intellectu esse figmentum. Respōdeo, ꝙ ea quæ sunt ab intellectu sunt in duplici differentia, quædam enim sunt ab intellectu effectiuè propriè, & talia sunt entia realia, vt est habitus scientificus ex frequentia actuū intelligēdi acquisitus, actus intelligendi, species intelligibilis, quę fit ab intellectu Agente, &c.

Ea quæ sunt ab intellectu sunt i triplici differentia.

Quędam verò sunt ab intellectu effectiuè impropriè, & hæc adhuc sunt duplicia, Alia enim sunt, quibus nihil correspōdet ad extra ex parte rei, & hæc sunt fictitia, & chimerica, vt Tragelaphus Monsaureus, &c. Alia verò sunt ab intellectu, quibus aliquid correspōdet ad extra ex parte fundamenti, vt est species, cui correspōdet ad extra, homo; Genus, cui ad extra correspōdet, Animal: & hoc modo vniuersale intētionale effectiuè impropriè est ab intellectu, cui ad extra correspondet vniuersale Reale, quia materialiter, originaliter, & occasionaliter, est à proprietate reperta in re reali primæ intentionis, & propterea non est figmentum.

Notabile Scoti dictum.

Hinc dicebat Scotus in prædicamentis quæst. 3. ad tertium, & in prędicabilibus q. 4. ad tertium, ꝙ res non est tota causa intentionis, sed tantùm occasio, inquantùm mouet intellectum, vt actu consideret, sed intellectus est causa principalis.

Contra resp. replicatur.

Sed contra; Inquit enim Boetius in libro de vnitate, & vno, ꝙ Omne quod est, ideo est, quia vnum numero est, sed vniuersale intentionale cui aliquid correspondet ad extra, non est vnum numero, ergo non est.

Ad replicam respondetur.

Ad hoc dimissis aliorum glosis, respōdeo Boetij auctoritatem sic esse intelligendam. Omne ens reale præter operationem intellectus in sua natura cōpletè subsistens, ideo est. i. ideo tale est, quia vnum numero est. i. indiuiduum, & hoc aliquid. Et ideo uniuersale intentionale de quo nos loquimur, quia nō est hoc aliquid completè subsistens pręter intellectus operationem, non sic est vnum numero. Remanet igitur firma conclusio ꝙ uniuersale, intentionale est ens, & ut inquit Tiberius Bononiensis digressione prima cōclusione prima, non solùm intrinsecè, & formaliter, sed extrinsecè, & obiectiuè, & ꝙ est ens rationis, dicibile de substantia prima, causatum ab intellectu effectiuè impropriè tanquàm à causa æquiuoca, Materialiter uerò, & originaliter à proprietate rei.

Arguitur 2. quod non habeat principia, partes, & passiones, &

Pręterea secundo contra eandem conclusionem arguo, probando aliam partem minoris. Primi argumenti, uidelicet, ꝙ Vniuersale nō habet principia, partes, & passiones: & primò quòd

non

Primo, quod non habeat principia, & partes.

non habet principia sic. Si vniuersale haberet aliquod principium, aut hoc esset principium incomplexum in causando, aut principium cõplexum in cognoscendo. Non in causando, quia tale principium non esset nisi intellectus, & rerũ proprietates, à quibus mouetur intellectus ad causandum vniuersale, intentionale & tũc cum ista sint entia realia, consequenter vniuersale intentionale esset ens reale; non potest esse principium complexum, quia ad cognoscendum vniuersale intentionale, non est necessaria notitia principiorum complexorum, vt est hoc principium, omne totum est maius sua parte, &c. Neque vniuersale intentionale habet partes, cũ non sit ens quantum, partitionem recipiens. Ad hoc respondeo quòd vniuersale pro secunda intẽtione, seu formaliter sumptum, habet principia incomplexa in causando, quæ sunt quatuor causæ,

Ad hoc arg. resp.

Quatuor causæ concurrũt ad producendum ens rationis.

Quarũ prima est causa efficiens, puta, intellectus possibilis. Secunda est causa materialis, videlicet duo obiecta cognita. Tertia est causa originalis occasionalis, & sunt proprietates repertæ in illis duobus obiectis cognitis. Quarta est causa instrumentalis, & est actus collatiuus ipsius intellectus possibilis, comparantis illa duo obiecta cognita, mediantibus eorum proprietatibus. Modo quando dicitur, quod causæ istæ cum sint reales, debent producere effectum realem.

Motiuum.

Responsio.

Respondeo quod si intellectus, qui est potissima causa inter istas quatuor, esset causa efficiens propriè efficientia vniuoca, tunc id quod ab eo procederet, esset ens reale, sed quoniam causa prima quæ est intellectus, & tres reliquæ, sunt causæ æquiuocè, producunt effectum intentionalem in natura dissimilem, sicuti à simili dissimiliter demonstratio, quæ est ens rationis, est causa æquiuoca scientiæ demonstratiuæ, quæ est ens reale; Et dico à simili dissimiliter, quia simile non currit super quatuor pedes, cùm in 1. libro fidei orthodoxæ cap. 27. dicat Damascenus, quod quando aliquid in omnibus est simile, idem vtique erit, & non exemplum, oportet esse enim est in exemplis, & simile considerare, & dissimile, vt Scotus etiam dixit quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione prima, Antonius Andreas 7. libro Metaphys. quæstione prima, & secundo libro de anima commento 67. Commentator Auerroes.

Similitudo nõ currit quatuor pedibus secundũ Sco. Auerroem, & alios.

Ad motiuum de partibus respon.

Ad illud verò, quòd vniuersale intentionale non habet partes. Respõdeo non habere partes quantitatiuas, bene tamen partes subiectiuas, quæ sunt quinque vniuersalia, vt species eius, de quibus vniuocè prædicatur, vt cum Scoto contra Albertum Magnum, infra suo loco dicetur. Et dico non partes quantitatiuas, seu integrales, propter quosdam Antiquos dicentes, quòd ad hoc, vt aliquid sit subiectum scibile, habere debet partes integrales, quia forma simplex, vt inquit D. Boetius in libro de Trinitate, subiectum esse non potest; quod non rectè dixerunt, & ratio contra eos est, quia Anima est substantia simplex, & subiectum in libris de anima ex sententia Alberti Magni, Sancti Thomæ, & Aegidij Romani in primo libro de anima, & tamen anima non habet partes integrales, vt contra Alexandrum Aphrodiseum tangit Auerroes primo Physicorum com. 62. & ibidem animaduertit Achillinus, de anima rationali; & sic Boetij dictum in libro de Trinitate cap. 3. intelligi debet de subiecto accidentis, & nõ de subiecto considerationis, iuxta Scoti glossam in prologo senten. quæst. 3. ad primum Argumentum principale:

Albertus. S. Tho. & Aegidius.

Scotus.

Dico etiam quòd habere debet partes subiectiuas, propter Petrum Nigrum in suo clypeo quæstio. 5. dicentem, quòd partes quas habere debet subiectum scientiæ humanitus inuentæ, non debent esse partes integrales, vel subiectiuæ, sed partes definitiuæ, idest, quòd tale subiectum sit definibile, eo quòd medium in demonstratione, est Definitio subiecti, quod nos non negamus, sed per partes intelligit Aristoteles, partes subiectiuas, quas actu, vel potentia habet ipsum subiectum, & hoc propter argumentum, quod adducit de Mundo, qui & si est vnus in actu, est tamen plures in potentia, non obstante quòd de facto constat ex tota sua materia, in plures tamen partes diuisibili, vt per Diuinam potentiam esse possint plures sensibiles mundi. Et argumentum quod adducit de Angelo facientem speciem, supponit dubium, vt patet ex Scoto, qui 2. senten. distin. 3. quæst. 7. cum multis alijs sustinet oppositum, dicens quòd plures Angeli numero distincti esse possunt sub eadem specie.

Petrus niger.

Contra.

Motiuum Petri Nigri euacuatur.

Tandem probatur, quòd vniuersale non habet passiones. Et primo sic, si vniuersale intentionale haberet aliquod proprium, aut illud propriũ esset singulare, aut vniuersale; cùm ista sint opposita primo poster. tex. 12 non potest esse singulare, quia cùm passio conuertatur cum suo subiecto, tunc singulare conuerteretur cum vniuersali, quod falsum, quia si hoc esset concedendum, potius deberet species conuerti cum genere vniuersali, quàm singulare, at hoc non conceditur ab Aristotele in cap. de substantia, quando inquit, quòd genera cum speciebus non conuertuntur. Nec illud proprium est quid vniuersale, quia tunc idem esset quod suum subiectum, quod falsum, cum proprium non indicet essentiam rei, cuius est proprium primo Topic. cap. 4.

Arguitur 3. vniuersale nõ habere passiones.

Ad hoc respondetur ex Scoto, quòd illud proprium est vniuersale, verbi gratia, sit passio vniuersalis quæ vocetur ,A, tunc hæc erit vera ,A, est vniuersale, & talis prædicatio erit denominatiua, non quòd ,A, sit de essentia ipsius vniuersalis:

Resp. Scoti.

Contra, per te vniuersale est subiectum ipsius ,A, suæ propriæ passionis, quæ est ei accidens, sed subiectum non prædicatur denominatiuè de accidente, ergò nec vniuersale prædicabitur de ,A, sua propria passione.

Contra.

Ad hoc respondetur quod vniuersale prædicari de sua passione dupliciter potest intelligi, vno modo videlicet, Considerando vniuersale, vt quid, seu secundum suam quidditatem, sicuti Animal, vt quid, seu quidditatiuè prædicatur, de homine. Alio modo intelligi potest vt vniuersale

Respõ. cum distin. de prædicari, vt qd, & vt modus.

præ-

prædicetur de sua passione, vt modus. i. denominatiuè; tunc dico, quod & si vniuersale non prædicatur de sua passione primo modo. i. vt quid, prædicatur tamen vt modus, & maximè in intentionalibus, sic ego gloso Scotum, & Ant. Andream, vt gratum faciam nouitijs Scotizantibus. Sed cótra, si hæc responsio esset vera, tunc à pari ista etiam propositio denominatiua esset vera, albũ est homo, in qua homo non vt quid, sed vt modus prædicatur de albo, quod falsum. Ad hoc dupliciter resp. primo, quod prædicatio denominatiua subiecti de accidente valet in terminis secundæ intentionis, videlicet, quando accidens, & subiectum accidentis sunt entia rationis, vt se habet in præsenti de vniuersali, & sua passione, quorũ vtrunque est ens rationis. Secundò resp. quod illa propositio; accidens non prædicatur de suo subiecto, valet de accidente communi, non tamen intelligi, & verificari potest de accidente proprio, etiam sic quemadmodum in terminis realibus quandoque de passione prædicatur subiectum, ita etiam in entibus rationis, vniuersale prædicatur de suã passione, cùm dicitur, A, est vniuersale.

Contra replicatur.

2. Probatur vniuersale nõ habere aliq̃ passionem.

Secundò probatur vniuersale non habere aliquam passionem sic: si vniuersale intentionale haberet aliquam passionem, tunc illa passio inesset omni, soli, & semper, vt inquit Porphy. & sic esset proprium, quod est falsum, falsitas consequentiæ probatur, quia illa passio contineretur sub proprio, quod est quarta species vniuersalis, & conuerteretur cum vniuersali, quod est genus illius speciei; ac si diceremus, quod Socrates cõtinetur sub homine, qui est species animalis, & conuerteretur cum animali, quod est genus hominis, dicendo Socrates est animal, & animal est Socrates, & quia nihil ponitur sub specie, & conuertitur cum genere illius speciei, vniuersale intentionale nullam habebit passionem de ipso demonstrabilẽ. Ad hoc ex Scoto. q. 6. respondetur, quod illa passio est proprium denominatiuè. i. ly proprium, quod est quartum prædicabile, prædicatur de illa passione prædicatione denominatiua; & sic, A, passio vniuersalis, non continetur sub proprio, & si denominatur à proprio, & sic absurdum non est in entibus rationis, aliquid denominari à specie, & conuerti cum genere. v, g. dici de pluribus 1. Perihier. c. 5. quod est proprium vniuersalis, denominatur à proprio, dicendo, dici de pluribus est proprium vniuersalis, & conuertitur cum vniuersali, dicendo, vniuersale est quod aptum natum est prædicari de pluribus, & id quod est aptum prædicari de pluribus est vniuersale. Etsi tu dices, quod hæc est definitio vniuersalis, ego dicam quod ly, esse in multis, 2. post. tex. com. vlt. erit proprium ipsius vniuersalis, quod conuertetur cum vniuersali.

Resp. ex Sco.

3. Probatur vniuersale nõ habere aliq̃ passionem.

Tertiò sic. Accidens non est subiectum accidẽtis 4. Metaph. tex. com. 14. quia accidentis est in alio subiectari. puta, in supposito, quod illi substernitur, & supponitur, non autem aliud suppositare, sed vniuersale intentionale est accidens, ergo non potest habere aliquam passionẽ accidentalem cui subijciatur, & substernatur. Ad hæc de mente Scotistarum resp. quod duplex est subiectum accidentis, vnum, videlicet subsistens, suppositans, ac vltimatè terminans dependentiam accidentis. i. vltimatum, & mediatum subiectum accidẽtis, & tale subiectum non est, nisi substantia, quæ est basis, & vltimatum fundamentum totum accidentium. Alterum subiectum accidentis est, quod proximum, & immediatum subiectum dicitur, cui immediatè inhæret, & inexistit ipsum accidens, & tale subiectum bene potest esse aliud accidens, sicuti dicimus, quod superficies est immediatũ subiectum albedinis, quæ per superficiem inhæret parieti & hac supposita distinctione de subiecto accidentis, ad argumentum formaliter respondetur, quod & si vniuersale intentionale non potest esse vltimatum subiectum accidentis. i. suæ passionis, quæ est accidens, potest tamen esse subiectũ immediatum, & proximum suæ passionis, sicuti se habet superficies respectu albedinis; & ad hoc capiendum do tibi exemplum nouitie, quòd eo ordine quo se habent ista tria, videlicet paries, superficies, & albedo; habent se etiam ista, videlicet vniuersale reale, vt animal, vniuersale intentionale, & passio, vniuersalis intentionalis, vt aptũ esse de pluribus dici: & sicuti albedo immediatè inhæret superficiei, mediatè verò ipsi parieti vltimatè suppositanti ipsam albedinem, ita etiã passio vniuersalis intentionalis, quæ vocetur, A, immediatè inest vniuersali intentionali, mediatè verò vniuersali reali: & sic vniuersale intentionale habet passionem, cuius est immediatum subiectum, & ad hunc sensum nullum absurdum est, vnum accidens esse subiectum alterius accidentis, de qua re in cap. de accidente conclusione 7. aliquid dicemus.

Ad hoc ex Scotistis resp. notabilis dist. de subiecto accidentis.

Exemplũ ad hoc valde appropriatum.

4. Probatur vniuersale intentionale nõ habere aliq̃ passionem.

Quartò, & vltimo arguo, quod vniuersale intentionale nullam habeat passionem sic. Omnis propria passio, est minus ens quàm suum subiectũ, sed vniuersale intentionale per te habet passionem, ergo illa erit minus ens quam vniuersale intentionale, sed vniuersale intentionale est ens rationis, ergo illa passio erit minus ens quam ens rationis, sed minus ens ente rationis est nihil, ergo illa passio erit nihil, & consequenter non scibilis. 1. post tex. 10. Maior probatur in realibus, de homine, & risibili sua passione, quorum vnũ est minus ens altero, puta, risibilitas ipso homine, quod est subiectum eius. Et quòd minus ens ente rationis sit nihil. Probatur, quia ens rationis est quid minimum infra latitudinem ipsius entis communissimè sumpti, vt patet consideranti tenuem entium rationis entitatem; vniuersale intentionale igitur nullam habebit propriam passionem; nec erit in hoc libro Porphyrij subiectũ; Ad hoc q. 6. ad 4. respondet Scotus, & Ant. Andreas. q. 1. ens rationis latitudinem habere, sicuti & ens reale. Volũt dicere quod in ente rationis sunt multi gradus sicuti in ente naturæ. i. in ente naturali, seu in rebus naturalibus. Et sic illud quod est minus ens ente rationis in vltimo gradu, est nihil. Sed passio vniuersalis intentionalis est ens rationis,

Ad hoc resp. ex Scoto.

tionis,& non minus ens ente rationis,simpliciter in vltimo gradu, & ideo passio vniuersalis est ens rationis,& non est nihil,licet sit minus ens quàm vniuersale intentionale suum subiectum; hæc est Scoti,& Antonij Andreæ respōsio, quæ cùm fundetur in gradibus entis, illam sic explico: Res naturæ sic sunt gradatæ In primo gradu perfectionis sunt corpora cœlestia ingenerabilia, & inalterabilia primo cœli tex.20.cum intelligentijs dantibus eis motum. In secundo sunt homines generabiles, & corruptibiles. In tertio sunt animalia irrationalia In quarto sunt plantæ,& isti tres gradus sic se habēt,ꝙ homo hoc modo viuit, scilicet, Vegetatiua, sensitiua, & intellectiua : bruta sola vegetatiua,& sensitiua; plantæ sola vegetatiua.In quinto gradu sunt mineralia , vt aurum, æs, ferrum, &c. In sexto sunt entia Meteorologica in alto loco producta, vt grando, nix, pluuia, &c. In septimo sunt quatuor elemēta,vt ignis,aer,aqua, & terra. In octauo, & vltimo gradu est Materia prima, omnium substantiarum minima 2. de anima textu secundo,ita vt 12 libro confessionum cap.7.dixerit D.Augustinus,quòd duo fecit Dominus Deus,vnum prope se.i.naturā Angelicam, alterum verò prope nihil i.Materiam primam ; isti igitur sunt gradus in ente naturæ de mente Scoti, & Antonij Andreæ: à simili etiam dantur gradus in ente rationis. In primo est ipsa ratio .i. intellectus qui intransitiuè dicitur ratio : seu ens rationis. In secundo gradu est ens rationis.i.obiectum cōceptum à ratione.i.intellectu , & dicitur ens rationis obiectiuum,& tale est vniuersale reale, quod dicitur ens rationis obiectiuè quatenus est obiectum rationis.i.intellectus qui dicitur ratio. In tertio gradu est ens rationis subiectiuè, vt species intelligibilis, habitus scientificus, &c. In quarto gradu est ens rationis, quod causatur per actum collatiuum ipsius rationis, & hoc dicitur vniuersale intētionale.In quinto est propria passio vniuersalis intentionalis de eo demōstrabilis. In sexto gradu est modus intelligendi tale intelligibile. In septimo est via intelligendi illum modum intelligēdi illud intelligibile,& sic vel sistendū est in hoc septimo, vel vlterius possumus progredi, & cùm non detur processus in infinitum, mente cōcipere debemus vltimum gradum, quo nō datur minor,& vlterior,quasi actu sit euacuata tota latitudo entis rationis per omnes gradus possibiles,semper diminuendo per recessum à primo gradu:& sic omne minus ens ente rationis in hoc vltimo gradu est nihil, cuiusmodi nō est passio vniuersalis intentionalis.Et tūc Scoti responsio est talis, vniuersale intentionale habet passionem de ipso demonstrabilē, quæ est ens rationis, sicuti est suum subiectum, verùm minus ens rationis.i.in minori gradu , non autem minus ens ente rationis in vltimo gradu. Hęc igitur est Scoti responsio à nobis sic explicata, quam optimam censent etiam Thomistę;verùm vt destructiuam maioris partis doctrinæ ipsius Scoti, perit enim doctrina distinctionū , cùm clarè hinc inferatur nullam aliam dari de mente Aristotelis, & Auerrois distinctionē, nisi Realē, & Rationis,sed quia altissimum est hoc negotium, & capacitati ipsius nouitij improportionatum, & nos alibi hūc passum in nostris scartafacijs super Scotum bene examinaulmus,pro nūc sat sit mōnstrasse locum , & interea Scoti solutio sustineatur , quam confirmauit Petrus Niger in quæst.16.sui clypei, qui ad hoc argumentum respondens dixit, quòd minus ens ente rationis simpliciter, quod se extendit ad omne ens rationis, oportet, vt sit nihil,sed minus ens ente rationis in determinato gradu , non oportet, vt sit non ens , sed sufficit quòd sit determinatū ens rationis; & sic vniuersale intentionale est magis ens rationis, quàm sua propria passio,eo quòd vniuersale, vt subiectum habet rationem quid, seu se habet,vt quid,& passio rationem modi,seu se habet vt modus; sed contra hāc responsionem insto: quia ex illa sequeretur, passionem esse magis ens quàm subiectum : quod probo, quia ens rationis est ens diminutum, & minus ens ente reali, ergo cùm vniuersale vt subiectum,sit magis ens rationis, quàm sua passio , erit ens magis diminutum , quia magis distat ab ente reali, & sic erit minus ens quàm sua passio. Ad hoc respōdeo quòd vniuersale est minus ens, quàm sua passio,per recessum ab ente reali,sed est magis ens rationis,quàm sua passio intra latitudinem entis rationis, quia à simili dixit Aristoteles 5.Met.cap.de perfecto textu 21. quòd nos rationem boni, & perfecti etiam ad mala transferentes, dicimus bonum, & perfectum calumniatorem, bonum & perfectum furem, vnde ille dicitur perfectior fur, qui plura magis occultè furatur, ille verò imperfectior qui minus furatur, & hoc intelligi debet in genere furti,quia in genere moris, ille est melior,.i.minus malus fur, qui minus furatur,ille verò peior qui plura,nā 10 Ethicorum cap.5.Vir virtuosus est mensura, & regula actuum humanorū: sic etiam in genere entis simpliciter, vniuersale est minus ens quàm sua passio, licet in genere talis entis, puta entis rationis vniuersale sit magis ens rationis,quàm sua passio quatenus immediatè sustentat illam, & non sustentatur ab illa. His igitur quatuor Argumentis sic solutis, firma remanet nostra conclusio, ꝙ subiectum totale,seu prædicationis in libro Porphyrij,est vniuersale intentionale,vt introductorium ad totam Logicam : quod est ens habens principia, partes, & passiones, principia quatuor incomplexa, partes subiectiuas, vt quinque prędicabilia, & passionem videlicet de pluribus prædicari 1. Periher.c.5.& hæc quoad primum argumentum principale, & omnes partes eius sufficiant dicta.

Secundo principaliter contra prędictam conclusionē arguo sic:Si vniuersale intentionale esset subiectum in hoc libro, aut igitur vniuersale intentionale inquantum intentio, aut inquantum est applicabile rei primæ intentionis,non inquantum intētio, quia sic pertinet ad Metaphysicum, cuius est considerare vnumquodque inquātum ens, quod probatur, quia idē est intētio inquantum

Marginal notes:
Gradus entis naturę sic sūt dispositi.
Gradus entis rationis quos bene mastica bis.
Clara Scoti resp.
Petrus Niger
Contra.
Responsio.
Epilogus conclusionis decisuæ, & solutio primi argumenti principalis.
Secundū arg. principale.

tum intentio, & intentio inquantùm ens, sed Metaphysicus considerat ens inquantum ens, ergo etiam considerat intentionem inquãtùm est intentio: Nec vniuersale vt applicabile rei primæ intentionis, quia sic esset aggregatum per accidens, de quo non est scientia 6. Metaph. tex. 4. & 7. Metaph. tex. 16.

Ad 2. Arg. respondetur ex Scoto, & Ant. And.

Ad hoc optimè respōdent Scotus quæst. 7. & Ant. Andr. quæst. 1. ꝙ Argumentum hoc procedit per insufficientem diuisionem, cùm non procedat per membra opposita, sed per membra coincidentia, & ratio est, quia idem est intentio inquantum intentio, & inquantùm applicabilis rei, cùm secundum Auicennam Logica sit de secundis intentionibus applicatis primis.

Explicatio resp. Scoti.

Sed cum toto hoc ad argumētum articulatim respondeo. Et primo ad primum diuisionis membrum dicens, ꝙ Metaphysicus considerat omne ens reale inquantùm ens, non autem ens rationis, sicuti est vniuersale intentionale, de quo nos loquimur in præsenti; vel dato ꝙ Metaphysicus consideraret secundam intentionē, nō tamen illam considerat inquantum est intentio, sed inquantùm est ens, iuxta suum modum cōsiderandi, quo alia considerat; Nam considerare aliquid inquantùm ens, est considerare illud sub præcisissima ratione entitatis transcendentis; considerare verò aliquid vt tale est, non est aliud nisi cōsiderare illud sub ratione proprij quod quid est, & sic Metaphysicus primo modo, Logicus verò secundo modo, intentionem considerat: Metaphysicus enim aliqua per se primò considerat, vt Ens, & passiones entis, Alia per se non primò, vt partes subiectiuas entis, Aliqua verò reductiuè, & per accidens, vt priuationes, negationes, & secundas intentiones, seu entia rationis.

Cōsiderata à Metaphysico sunt in triplici differētia.

Et sic nō est idem intentio inquantùm Intentio, & Intentio inquantum ens, sicuti nec homo inquantùm homo, & Homo inquantùm ens. Quia Homo inquantùm homo consideratur à Physico quoad finem naturaliter attingibilem, vt sunt scientiæ & virtutes. Sed quoad finē supernaturalē, seu supernaturaliter attingibilem qui est ęterna Beatitudo consideratur à Theologo, Homo verò inquantum ens cōsideratur à Metaphysico, & ideo dicebat Scotus in prologo senten. quæst. 3. quòd Homo quadrupliciter potest considerari.

Homo quadrupliciter pōt cōsiderari scdm Sco.

Primo vt Animal rationale, & sic intelligitur quidditatiuè inquantùm homo; secundo vt substantia, & sic concipitur in communi. Tertio vt naturaliter mansuetus, & sic intelligitur per accidens, cùm mansuetudo sit accidens ipsius hominis. Quartò vt nobilissimum animaliū, & sic relatiuè: Erat secunda pars diuisionis, quòd nec vt applicabilia rei, quia sic esset aggregatum per accidens.

Ad illud de aggregato p accidens, respondetur.

Respondetur quòd intentio, vt applicata, vel applicabilis rei, non facit aggregatum per accidens cum re, quia res primæ intentionis non cadit in intellectu illius totius, vt pars; idest ex re, & intentione, seu ex vniuersali reali, & vniuersali intentionali non fit vnum per accidens, ita vt res sit pars illius totius aggregati ex duobus, sed res primæ intentionis in esse obiectiuo se habet vt subiectum illius intentionis, terminans respectū, & dependentiam illius intentionis. Et huic solutioni acquiesce Nouitie, contra quam ad euitandum maiorem difficultatem non replico.

Tertium arg. principale.

Tertio principaliter ad idem arguo sic. Vniuersale est de consideratione omnis scientiæ 1. poste. cap. 7. ergo non tantùm est subiectum libri Porphyrij.

Responsio.

Respondeo responsione sæpè tradita, ꝙ vniuersale incomplexum in prædicando de quo nos nūc loquimur, dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, pro per se denominato, substrato connotato, Materiali, pro fundamento, pro absoluto, pro ente reali, idest pro prima intentione, vt est Animalitas vniuersalis, pluribus animalibus specie differentibus communicabilis, & Humanitas omnibus hominibus, &c.

Nota hæc synonima ad expeditè loquendum, & expositores intelligendum.

Alio modo sumitur vniuersale pro per se significato, pro formali, pro eo quod significat, pro forma, pro respectu rationis, pro ente causato à ratione, pro vniuersali Logico, id est pro secunda intētione. Hac distinctione pręmissa. Ad argumentum respōdeo, ꝙ omnis scientia realis est de vniuersali primo modo sumpto, idest de vniuersali reali. Sed Logica tractat de vniuersali secundo modo sumpto, idest pro secunda intētione. Volo dicere, vt capiat me Nouitius, quòd Physica, & Metaphysica tractant de vniuersali reali, quod est ens reale, & non est per actum collatiuum intellectus. Vt est Animalitas, Humanitas, Equinitas, &c. & vt vno verbo dicam, tales sunt rerum quidditates: Logica verò tractat de vniuersali intentionali, quod est ens rationis, causatum per actū collatiuum Intellectus, vt sunt genus, quod tribuitur Animali, spēs, quæ tribuitur homini, & cætera alia prædicabilia, quibus cōmune vniuocum est vniuersale intentionale cōmuniter sumptum, etiā ab actu collatiuo intellectus causatum, per comparationē factam inter quinq; vniuersalia, quæ sunt genus, species &c. Et propterea cum oīs scientia agat de vniuersali, siue reali, siue rationali, Arist. 6. Metaph. inter scientias Logicā non connumerauit, puta, inter Physicā, Mathematicā, & Metaphysicam quæ sunt sciētiæ reales, quia tractant de vniuersali reali, & Logica tractat de vniuersali intētionali, & est scientia rationalis, vt patet ex illa Logicę definitione, ꝙ Logica est scientia rationalis directiua actuum rationis, & sic quasi hic liber est pars logicæ, & tractat de vniuersali, non de vniuersali reali, sed intētionali debet pertractare. Et consequenter subiectū in hoc libro est vniuersale intentionale:

Contra replicatur.

Sed contra, De vniuersali intētionali tractatur in lib. Topic. ergo non est maior ratio, cur potius vniuersale intētionale sit subiectū in hoc lib. Porphyrij, quàm in lib. Topic.

Responsio.

Ad hoc resp. verū esse, ꝙ vtrobiq; de vniuersali intentionali pertractatur, sed diuersimodè, Nā in lib. Topic. pertractatur de vniuersali intētionali inquantū est pars artis probabilis, seu vt dirigit ad syllogismum Topicū, hic verò prout introducit ad totā Logicam, & præcipuè ad partē analiticā, & sic ly, vniuersale intētionale, se hēt indifferēter ad syllogismū topicū, & ad syllogismū demonstratiuū, qui opinionem, & scientiā aggenerant.

Quartũ argu. principale.

Quartò, & vltimo cõtra eandem primam concl. sic arguo. Omnis scientia concedit, & supponit subiectũ suũ esse, aut quia est per se notũ, aut quia ex alia scientia desumitur, 1. Phys. com. 83. 2. Phys. 22. 2. de anima 27. & 12. Metaph. com. 5. Sed vniuersale intentionale non est per se notũ, nec ab alia scientia sumitur, ergo non est subiectũ in hoc libro. Minor probatur, & primò q vniuersale intentionale non sit per se notũ, cũ secundæ intentiones sint difficiles cognitu, & à paucis, inter quos præcipui sunt Scotistæ, à quibus nõ recessit D. Caietanus in sua profundissima Logica. Ita vt Ioannes Anglicus, & Mauritius Scotistę dixerint, quatuordecim requiri ad faciendũ ens rationis, quæ super quintã Scoti quęstionem benè declarauerunt, sed apud illos, qui de ente rationis nihil cogitant, oĩa sunt facilia, nõ ob aliud, nisi quia scienti, & ignoranti oĩa sunt plana. Herueus enim de ente rationis integrũ composuit tractatum, & q ita sit, de secundis intẽtionibus adeo magna exorta est inter Thomistas, & Scotistas dissentio, q adhuc sub iudice lis est; & ideo miserrimus est ille Logicus, qui his terminis, in oĩ bona schola vsitatis, saltim superficialiter non est tinctus: & q vniuersale intentionale ab alia scientia nõ sumatur, patet hoc clarissimè, cùm oĩs alia scientia de solo vniuersali reali habeat pertractare. Sequitur igitur q vniuersale intentionale non est subiectũ in hoc libro:

Responsio.

Ad hoc respõ. q illa maior est intelligenda de subiecto scientiarũ realiũ, & secundum Auerroẽ est simpliciter concedenda, quãuis contra Auerroẽ dicat Scotus, q & si nõ à priori, à posteriori tamen probari põt subiectũ esse, modo quia vniuersale intentionale est subiectum in hoc libro, qui est pars Logicę, quę est sciẽtia rationalis, probari põt esse, imò produci;

Contra.

Cõtra. Scientia specificatur ab obiecto qđ supponit, sed scientia istius libri specificatur, & distinguitur per vniuersale intentionale, vt suũ obiectum, ergo illud pręsupponit, vt per se notũ, aut ab alia scientia acceptũ.

Responsio.

Ad hoc cũ Nicolao Boneto, resp. q intellectus possibilis vno actu collatiuo producit vniuersale intentionale, & alio actu recto cõcipit esse subiectũ in hoc libro, & tũc præsupponitur, productũ vt ponatur subiectũ in hoc libro, vt introductoriũ ad totã Logicã, & sic nõ est ab alia scientia acceptũ, nec est per se notũ, nisi post exactã illius consideratione. Quòd si quærat aliquis, quomodo subiectum scibile est scientię pręsuppositum?

Petitio.

seu qualiter de subiecto præsupponitur si est, ut 1. poste. textu 2. voluit Aristoteles?

Respon.

Respõdeo, de hoc multiplicẽ esse loquendi modũ; quorum primus est Heruei Britonis, q de subiecto sufficit,

Prima opin.

pręsupponere, si est nõ repugnantię, idest q ei nõ repugnet actualis existentia, sicuti cõpetit ei suũ esse, & sic de ente rationis Logico potest esse scientia, quia ei non repugnat vt sit, eo modo quo ipsum potest esse, Quod de illo ente rationis debet intelligi, cui aliquid correspondet ad extra ex parte fundamenti, quicquid dicat Petrus Niger negans de ente rationis posse scientiam haberi, cuius rationes, similiter & motiua Frãcisci de Maironis in quæstionibus prohæmialibus supra dissoluimus. Alia opinio est dicentium de subiecto

Secũda opi.

præsupponi, si est reale, ita q subiectum sit ens reale, siue actu, siue potentia existens.

Tertia opi.

Tertia opinio est Petri Nigri in suo clypeo quęst. 5. de subiecto supponi debere, si est actualis existentiæ, vt in demonstratione formentur propositiones veræ: vnde inquit, q cuiuscunq; subiecti in aliqua sciẽtia humanitus inuenta, & acquisita, requiritur actualis existentia, propter actualem impressionẽ speciei intelligibilis concausaliter concurrentis cum intellectu Agẽte ad actum intelligendi, quo mediante aliquis habitus generatur: vnde inquit q obiectum scientiæ potest se habere ad sciẽtiam duobus modis, vno modo videlicet, in ratione causæ mouentis intellectũ, & concausantis scientiam per actualem impressionem speciei intelligibilis, & ad hoc requiritur actualis existẽtia subiecti. Alio verò modo subiectũ se habet ad scientiã in ratione terminantis, & tunc non requiritur actualis existentia, sed sufficit q habeat esse in potentia, vel in actu, præsupposita tamen generatione ipsius scientiæ: sed ista opinio (pace eius dixerim) peccat in duobus:

Reprobatur hæc opinio.

& primò inquantũ dicit, q actualis intellectio causatur ab intellectu Agẽte, quod prius dixit, etiam Franciscus de Maronis in suo conflatu lib. 1. dist. 3. quęst. 6. & dist. 36. quæst. 1. art. 3. quod falsum est, cùm actus intelligendi producatur ab intellectu possibili informato spẽcie intelligibili: secũdo deficit ista opinio, non quidẽ quoad distinctionẽ de obiecto motiuo, & terminatiuo, quæ ẽst Arist. 3. de aĩs tex. 54. S. Tho. par. 1. q. 56. art. 1. & cõis omnium Scotistarum consensus, sed deficit quoad applicationem, eo q dummodo obiectum possit intellectui per propriã speciẽ formaliter repræsentari, siue actu existat, siue potentia, põt ipsum intellectum mouere, & sic obiectum põt esse scibile motiuè absq; actuali eius existentia, quicquid etiã dicat Suessanus 1. Phys. tex. 69. has duas rationes obiectiuales, puta mouendi, & terminãdi cõfundens;

Quarta opin. Scoti.

sic igitur 4. opin. Sco. 1. Poste. q. 7. & 1. sen. dist. 3. quæst. 2. vbi de scientia distinguẽs dixit, q duplex est scientia scilicet, abstractiua, & intuitiua, abstractiua dicitur illa, quę est ipsius quidditatis prout abstrahitur ab existẽtia actuali, & nõ existentia actuali, Intuitiua verò est quidditatis secundũ q actu existit; vnde inquit, q sciẽtia est obiecti scibilis secundũ q abstrahit ab existẽtia actuali, se ua scientia nõ esset perpetua, sed re scibili corrupta, cõsequutiuè sciẽtia ẽt esset corrupta, & ideo de subiecto scibili sufficit, vt pręsupponatur esse essentiæ, tàm quoad rationem mouendi, quàm quoad rationem terminandi, quod ex Auerroe confirmatur 9. Metaph. commen. vltimo dicente, quòd nobilius est scire ea quæ sunt in actu, quàm ea quæ sunt in potentia, ad quod postea accessisse videtur etiam ipsemet Niger in suo clypeo quęst. 48. dicens, quòd ad veritatem propositionis non necessario requiritur actualis existentia rerum, & de prima conclusione hæc sint dicta.

Secunda conclusio de subiecto partiali.

Secunda conclusio de subiecto partiali sit ista. In hoc Por

phyrij

phyrij libro subiectum partiale sunt quinq; vniuersalia. De subiecto priocipali verò duplex extat opioio, prima Auerroia, q est differentia, quia 2. de anima commen. 2. teuet à simili, q formā est magis substauria quàm cōpositom. Alia opinio

Tertia concl. de subiecto principali.

est cōmunis Scoti, & aliorum, q subiectum principale in hoc libro est, ipsa species, & ratio opposita est, quia compositum quod assimilatur speciei, est magia substantia q̃ forma, quę assimilatur differentiæ, de qua re nos alibi disputauimus, pertinet.o rea ista ad 7. li. Metaph. Tertia iñ cōc. sit ista subiectū principale lo hoc Porphyrij libro est species, quæ vt totū quidditatiuum essentiatiuū dicens totam essentiam indiuiduorū, pręstat ipsi differentiæ, quāuis differentia sit quidditatiuum constitutiuum ipsiua speciei: & de intentione, seu subiecto huius libri, hæc sufficiant dicta.

De Vtilitate Libri prędicab. Porphyrij.

DIcto igitur de Intētione, & Subiecto huius libri, reliquum erat ad vtilitatem, seu potiua necessitatem accedere, & quia quatoor esse istas vtilitates communiter ferunt, videre oportet etiam quatuor vtilitates totius Logicæ: quarum Prima est facilitas diffiniendi, diuidendi, & arguendi: Secunda vtilitas, est promptitudo discernendi verum à falso: Tertia, facilitas arguendi, & respondendi in omni materia in Topicis. Quarta, est facilitas soluendi Paralogismoa peccantea in forma in lib. Elenehorum. Hia quatuor totius Logicæ vtilitatibua, Aliæ quatuor correspondēt in lib. Prædicab. qui est para Logieæ Prima est ad prædicamentorum doctrinam: Secunda ad definitiooem. Tertia ad diuisionē. & Quarta ad demonstrationem: De prima vtilitate quoad prædicamenta, est vna opinio Angeli Thij, quæ potios est delitamentū à studio contradicēdi causatum, cuius hæc sunt verba: Ego verò qoic quid dicant alij, vel paucam, vel nullam video vtilitatem ex hoc in libro prędicamētorum Aristotelis, imò potiua videmua oppositum, tractatum de prædicamentia buic libro inferuire. Hæc ille, ita loquens, quia tenet hunc lib. esse partem Logicæ, non autem necessariom, Auerrois vestigia sequutus, qui io principio huiua libri dixit, quòd cùm corrat consuetudo, vt aperiantur libri Logicæ in eo &c. quasi vellet dicere Aoerroea, libros Logieæ Aristorelis declarari posse absq; Porphyrio, qui non fuit apud Auerroem magnæ auctoritatis, sed vt quibusdam amicis suis morem gereret, hanc in Porphyriom edidit commentationem; vt clarē patet ex calee pręsentis commentationia, vbi quędam dicit Auerroes ne Porphyrius propter hunc libellum commendatus redderetur: Alia opinio est, communis Græcorū, & Latinorum consensus, vt Albeeti Aegidij. Scotistarum, Ammonij, Tiberij Bonooicosia, & Aliorum qui veritatem, & non studium contradicendi affectantes, dicūt quadrupliciter hunc lib. esse necessarium. Et primo ad prędicamentorum doctrinam acquirendum, quā vtilitatē qualis sit,

Quatuor vtilitates totius Logicæ.

Quatuor etiā vtilitates huius libri.

De prima vtilitate opinio Ang. Thij.

Secunda opi. Ammonij, Alberti Aegidij & Scotistarū hunc librum ad quatuor esse vtilem.

sic explico: Prædicamentum dupliciter sumi potest, vno modo incomplexè, alio modo complexè; prędicameotom incomplexè sumptum, nec affirmat, nec negat, sed facta inuicē prędicamentorum complexione affirmatio fit, & negatio: & sic decem sunt huiusmodi prędicamenta incomplexa realia, licet vndecimum detur non reale in quo reponuntur entia diminuta, seu secundæ intentiones secundum Scotum, & Petrum Nigrum in prędicamentis quæst. 6. de mente Heruei: Prędicamētum verò complexè sumptum, est habitudo rerum sub eodem genere generalissimo inuicem ordinabilium secūdū sub, & supra, & à latere. vt sic sumebat Porphyrius cap. de specie dicēs, fiat autem manifestum qood dicitor in vno prędicamēto, est autem substātia genus, sub qoa corpus, &c. Nunc verò videamus qualiter hic lib. ad prędicamenta sit vtilis, pro nunc vtilitatē cum necessitate confundentes; & quid Ammonius dicat videamus sic loquēs. Nam Arist. in categorijs de summis decem vocibus differit, & differentija, ac proprio inter se distinguit; cū igitur eo lo loco Arist. de generibus, & differētijs, atq; proprija disputet, vtile est nosse qoid sit genus, quid differentia, quid proprium, quid species, vt eorum facilius rationes assequamur: Albertus Magnoa verò inquit, vtile est secundum q adminiculum est, scire intentionem generia, speciei, differētiæ, proprij, & accidētis, antequàm determinetur de his, quæ in vno genere ordinātur, vt species, & antequàm determinētur quæ ex vno genere diuiduntur per oppositas differētias, & antequàm assignētur vniuscuiusq; generis propria, & ampla diuisio generū in subiecta, & accidētiū genera determinentur: Aegidius verò sic inquit, vidēdum est qualiter est necessariū illa cognoscere ad lib. prędicamentorū. Nam prędicamentū est ordinatio prædicabiliū; ordinantur enim ibi genus superius, & species inferius, & differētię à latere, & ita oportet cognoscere ista tria, & quia nō ordinātur nisi proprię differētiæ, ideo oportuit scire quid propriū, & quia in prędicamēto substantię, accidens poni non debet, ideo oportet scire q̃d accidens: Ant. And verò sic etiā habet, valet scientia huius lib. ad doctrinā Arist. de prędicamētis, nā in prędicamento ordinatur species sub genere, ordine directo, & differētię à latere ordine indirecto, q̃a oportet pręscire quid genus q̃d species, quid differentia, & quia in genere cōtinentur differentiæ essentiales per se, & nō accidentales, ideo oportet scire quid propriū & qoid accidēs, ut caueantur à coordinatione prędicamētali: ecce igitur quomodo patet error Angeli Thij, & veritas opinionis nostrę, & cōis omnium, quando dicimus, q iste liber est necessarius ad prędicamēta, imò non solum ad prędicamēta Arist. sed ēt Architę, ut inquit Ammonius. Ab his nō recessit Paulus Venetus dicēs, q sola species definitur per genus, & differentiā, accidētia verò siue propria, siue cōia nō ingrediūtur definitionē, & ideo cognoscere oportet quid accidēs, & quid propriū, ut sciatur quid ingreditur definitionē, demōstrationē, & q̃ l nō.

Prędicamentum dupliciter pōt sumi.

De prima vtilitate.

Ammonius.

Alb. Magnus

Aegidius Romanus.

Antonius Andreas.

Paulus Venetus.

De 2. Vtilit. Secunda vtilitas est ad definitionum assignat'onem: quam negat, et iste Hidruntinus, putans se loqui de mente Auerrois, & dicens, quod iste libet nō est vtilis ad definitionē, nec ad pręcognoscendum genus, & differentiam, ex quibus cōponitur definitio, nec ad dandum regulam componendi definitionē: & non facit differentiam inter lib. Porphyrij, & cognitionem prædicabiliū in eo cōtentā: sed hæc opin. falsa est, facta inductione per oēs prædictos Doctores, vt de vtilitate ad prędicamenta est dictū, imò ex Arist. 6. Top. c. 4. 1. Poste. tex. 2. Them. & 1. Metaph. 48. ibi, ex quibus. n. definitio est, illa pręcognoscere oportet; ac nota esse, similiter quæ p inductionē, &c. Et quia de definitione multa diximus, in nostro discursu de triplici intellectu, ne tñ destaudetur Nouiti*, ex multis pauca afferā: Definitio, vel diffinitio à definio est dicta, qđ idem est, ac determino, vel limito, vnde definitio dicitur determinatio, vel limitatio, hinc definitio dicitur terminus 1. Top. c. 4. 2. Phys. tex. 19. & 6. Metaph. tex. 2. sumpta metaphora à termino in fine agri posito, qui agrum vnius ab agro alterius separat. Quę definitio quadruplex est, videlicet. *Quidditatiua, Descriptiua, Quid nominis 1. Poste. 37. & Causalis: Quidditatiua est ex genere, & differentia, vt animal rationale, est definitio hominis, descriptius, vt animal risibile, quid nominis, vt 4. Phys. vacuum est locus carens corpore, & causalis per tria, vel quatuor genera causarum, vt ibi videre potes: libet iste vtilis est ad definitionem, tàm quidditatiuam, quàm descriptiuā: probatur, Ammonius enim sic inquit, nā definitiones ex genere constant, & differentijs ijs, quibus diuisa genera constituuntur, Alb. vero tract. 2. cap. 1. sic inquit, est autem necessarium, & vtile ad diffinitionum assignationem, quæ omnes prout prędicabiles sunt ex genere, & differentia cōstituuntur, in quibus cauere oportet, ne aliquid accidentale ponatur, non enim potest vitari malū, nisi cognitum, vt dicit Boetius, & Caietanus: Aegidius verò similiter inquit, quòd in definitione oportet illa scire, nam species diffinitur, ideo oportet scire quid species, & quia diffinitur per genus, & differentiā, ideo oportet hæc scire, & solū per proprias differentias, ideo oportet scirē quid proprium, & quia accidens non debet poni in definitione, ideo oportet scire quid accidens: Ant. Andreas verò breuibus inquit, nam species definitur per genus, & differentiam, ideo diffinientem oportet præscire quid species, quid genus, quid differentia, & quia in definitione non debet poni accidens proprium, siue cōmune, ideo oportet pręscire quid sit accidēs propriū, & cōmune, vt caueri possit: eccè igitur quomodo patet Hunc lib. conducere ad definitionem, idest ad præcognitionem eorū ex quibus cōponitur definitio, & quæ à definitione remouentur: Ego verò aliter sic; & quia quod definitur est species, cuius solius est perfecta definitio 7. Metaph 53. oportet cognoscere speciem, quæ debet definiri, & quia definitio constat ex genere, & differentia, oportet cognoscere genus, & differentiam, & quia à differentia fluit quoddā accidēs quod dicitur proprium illius speciei, oportet cognoscere propriū, & quia genus quod est loco materiæ sequitur, vt vmbra corpus, aliud accidēs separabile quod dicitur accidens, oportet cognoscere accidens. Tertia vtilitas est ad scientiam de diuisione: pro cuius rei plena intelligentia, Noto, quod diuisio venit à verbo diuido, & diuidere est quasi vnum, vt duo videre, facta separatione illius, ita vt pars separetur à parte, hinc dico quod isti duo termini differunt, vt alibi diximus, videlicet. Diuisio, & distinctio; diuisio est in rebus materialibus quantitatiuis, vt sic dicimus quod lignum diuiditur in suas partes, ita vt resultet pars sit separata ab alia parte, & sit extra illam partem: Distinctio verò est in rebus spiritualibus, vt sic dicimus, quod vna intelligentia quæ mouet orbem Lunę, distinguitur ab intelligētia quę mouet orbem Mercurij, & quod Anima Socratis distinguitur ab anima Platonis; vnde omnis diuisio est distinctio, non autem è contra; v. g. lignū diuiditur, & distinguitur in suas partes, vna verò anima distinguitur ab alia, non autem diuiditur ab illa, licet isti termini quandoq; confundātur, vt cum dicit Porphyrius, quod differentiæ specificæ diuidunt genus, & constituunt speciem. Hic verò loquitur Porphyrius tàm de diuisione, quàm de distinctione, sed principaliter de distinctione, q multiplex est, ex Boetio in lib. de diuisione, quem optimè cōmentatus est Ant. Andreas dicens, quod omnis scientia honorata, fructuosa, & vtilis, est attente speculanda, qualis est doctrina, & scientia de diuisione, quod auctoritate Andronici Rhodij Senis, in lib. de diuisione, Plotini, Porphyrij, & Peripateticorum probare contendit, quod apud sectam Peripateticam scientia de diuisione semper fuit in honore: Prima ergo diuisio est generis in species, qua diuisione animal diuiditur in suas species, videlicet in hominem, & Leonem: Secunda est diuisio generis per differentias, vt Animal aut est rationale, aut irrationale, & hęc diuisio largitur definitiones 7. Metaph. 43. Tertia diuisio est nocis in sua significata, qua diuisione diuiditur canis in cœlestem, Marinum, & terrestrem; qui sunt æquiuoca æquiuocata respectu canis, qui est æquinocum æquiuocans: Quarta diuisio est totius integralis in suas partes integrales, aut omogeneas, ut carnis in partes carnis, aut etherogeneas, ut diuisio corporis in manus, pedes &c. hac diuisione diuidi animam falsò dixit Alexander super tertium de anima, ut de eo etiam dicit Auer. primo Physic. commen. 62. Quinta est diuisio totius essentialis in suas partes essentiales, idest in materiam, & formam, ut sic diuiditur homo in animam, & corpus, ut partes eius essentiales, seu essentiatiuas, & constituentes essentiā ipsius hominis, de hac loquutus est 3. de Anima commentario primo Auerroes, Herueus Brito primo senten. distin. 8. quæst. 4. & Scotus primo senten. distinctione tertia, quæstione secunda, versus finem. Sexta diuisio est totius vniuersalis in suas partes subiectiuas, idest, in sua inferiora, ut ibidem dicit Scotus, ut sic genus diuiditur in

Opinio falsa Angeli Thij.

De definitione vide in nostro discursu de triplici intellectu, in 3. parte.

Ammonius.

Albertus.

Aegidius.

Ant. Andr.

Propria opi. quā sequitur.

De 3. Vtilit.

Diuisio, & distinctio non sunt idem.

Ant. And. ex auctoritate Andronici, Plotini, Porphyrij, & Peripateticorū Diuisionem commendat.

Multiplices species diuisionis, q quatuordecim sunt.

j. & ij.

iij.

iiij.

v.

vj.

vij. in suas species, & species in sua indiuidua. Septima est diuisio totius in suas partes potestatiuas, seu potentiales, quæ diuisio dicitur esse totius virtualis cõprehendentis plures potentias, vt inquit Herneus, vt sic distinguitur Anima hominis in veg. sens. & intellectiuam, & intellectiua in memoriam, intellectum, & voluntatem, de qua loquuti sunt Simplicius Themistius, & D. Tho. 3. de anima tex. 1.
viij. Octaua diuisio est totius in loco in suas partes, vt sic ly, vbiq;, diuiditur in hunc, & illum locum, & hic locus in sex differentias positionis.
viiij. Nona diuisio est totius in tẽpore in suas partes, vt sic ly, semper, diuiditur, in preteritum, præsens, & futurum.
x. Decima diuisio est totius in modo, in suas partes in modo, vt sic ly Homo, diuiditur in hominem album, nigrum, calidum, &c.
xi. Vndecima Diuisio est subiecti in accidentia, vt sic diuiditur pannus, verbi gratis, dicẽdo, quòd pannorũ alius albus, alius niger, &c.
xij. Duodecima Diuisio dicitur accidentis in subiecta, vt sic dicimus, quòd alborum aliud est paries, aliud lignum.
xiij. Decimatertia Diuisio dicitur accidentis in accidentia, vt alborum aliud dulce, aliud amarum, &c.
xiiij. Decimaquarta Diuisio est, Analogi in sua analogata, vt sanorum aliud animal, aliud Medicina, aliud vrina, aliud dieta: hæc de Diuisione, quæ vt recta sit debet esse bimembris per membra opposita, vel ad bimembrem per membra opposita reducibilis secundũ Boetium. Nunc verò videamus quomodo hic liber est vtilis ad diuisionem, seu quomodo necessariũ est cognoscere hæc quinque prædicabilia, quę ad Diuisionem conducunt, reliquas verò decẽ Diuisiones entis, quas supradiximus in quęstione prohemiali, vtrum ens rationis sit scibile, nunc dimitto.

Opinio falsa Angeli Thij

Angelus Thius cap. vltim. in quo de non vtilitate huius libri pertractat, inquit, non esse ei difficile eadem via Porphirij sententiam improbare, sed qualiter ipse improbatus remaneat, videamus quid de hac re dixerint grauissimi viri, in omnibus, veritatis vestigia insectantes.

Opinio Ammonij, Alberti, Aegidij, & D. Caietani melior.

Albertus Magnus tractatu 2. capit. 1. quem sequutus est D. Caietanus & vterq; post Ammonium, sic inquit, post multas enarratas diuisiones, quare scientia generis, speciei, differentiæ, proprij, & accidentis, adminiculum est ad scientiã diuisionum, generis in species, accidentis in accidentia, vel accidentis in subiecta, vel subiecti in accidentia, si autem non est vtilis ad omnes modos diuisionis supra positos, non tamen per hoc remouetur quin sit vtilis ad diuisionem; simile dicit Aegidius Romanus sic inquiẽs, valet ad Diuisionem faciendam, diuiditur enim genus in species, per differentias essentiales, non accidentales, siue sit accidens proprium, siue commune, ideo oportet scire ista quinque, tria vt eligãtur, scilicet genus, species, & differentia; duo vt caueantur scilicet accidens & proprium. immo quia dixit Aristoteles in ante prædicamentis, diuersorum generum non subalternatim positorum diuersæ sunt species, & differentiæ, deseruiunt etiam hæc prædicabilia ad notitiam regularum, quas in ante prædicamentis tradidit nobis Aristoteles: 4. vtilitas est, ad Demostrationem; sed antequam vlterius progrediamur. Notandũ primo ꝙ Demonstratio venit à verbo Demonstro, as, hinc demonstrare nil aliud est, nisi per aliquid, de aliquo, aliquid monstrare, 1. poster. t. 1. idest per mediũ terminum de minori extremitate, seu demonstrationis subiecto, propriam passionem in conclusione monstrare, asserere, & verificare, & propterea Demonstratio, assertio, & verificatio ab Auerr. dicitur 1. poster. commento 1. verbi gratia, per Animal rationale, quod est medius terminus, de homine qui est subiectũ & minor extremitas, risibilitatem quæ est propria passio, probare & affirmare, demonstrare est. Hinc patet hæc in Demonstratione vt quæst. 1. diximus actu & formaliter reperiri 1. post. tex. 57. & 76. videlicet. Id quod scitur, & est conclusio demonstrata: id per quod scitur, & est Medium, seu Medius terminus: Id de quo aliquid scitur, & est subiectum demonstrationis seu minor extremitas, id quod de alio scitur, & est propria passio. v. g. in hac demõstratione. Omne animal rationale est risibile, Omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis: Id quod scitur est ista conclusio, omnis homo est risibilis, id verò per quod ista conclusio scitur, est ly Animal rationale, vt Mediũ: id de quo aliquid scitur, est minor extremitas, vt homo: id quod de alio, i. de homine scitur, est sua passio, puta risibile. Noto scd'o ꝙ demõstratio duplex est secundum speciẽ de mẽte Gręcorũ, vt Alex. Ammon. Ioãnis Grãmat. & Eustratij, 1. post. At secundũ Auer. tres sunt species Demõstrationis, quę sunt istæ: Demõstratio Quia, Demõstratio propter quid. & Demonstratio simpliciter: Dixit hoc Auer. 1. phys. comm. 2. & 8. phys. comm. 58. in vltimis verbis, ibi, in hoc igitur sermone sunt tres demõstrationes s. causæ & esse, causæ tantum, & Demonstratio signi. Demonstratio causæ dicitur Demonstratio à priori, & propter quid: Demõstratio signi dic.r Demõstratio ab effectu, à posteriori, à non causa: sed quęret Nouitius. quando Demonstratur per Demõstrationẽ quia? Respondet Auer. 1. phis. comm. 2. cũ semper Demonstratio procedat per notiora nobis, si contigerit vt nota apud nos non sint nota apud naturã, tunc erit, Demõstratio Quia, & nõ simpliciter. sed iterũ quęret: quę est Demõstratio causę, & esse? Respõdet ibidẽ Auer. ꝙ si cõtigerit vt notũ apud nos, sit notũ apud naturã, tũc Demonstrationes erunt causę & esse, i. simpliciter 2. cęli 35. Iterũ Quæret quis, Quę est Demonstratio causę tm̃? Responsio est, qñ Demonstratur per causam, qua probatur tantũ ꝙ effectus sit, & talis causa est nota naturæ vt causa, & ignota nobis cũ nõ sit sensata. Tripliciter igitur contingit Demonstrare, aut ab effectu ad causã, vt qñ scimus aliquẽ effectũ esse, & ignoramus causã eius quæ sit, & tũc cognitio illius causę dici.r cognitio acquisita per Demonstrationẽ, quia, v. g. ego co-

De 4. vtilitate.

Quid sit demonstrare.

Quatuor dicuntur in Demõstratione reperiri.

Demonstratio duplex secundum Grecos. Triplex vero secundum Auerroem. videlicet Demonstratio quia, simpliciter, & Demõstratio propter quid.

Petitiones tres. Responsiones.

gnosco obscurationē luminis in medio, si vlterius progredior in inuestigando causam, ista vocatur Demonstratio Quia, per quā cognosco talē cām esse, interpositionē lunæ inter solem, & aspectum nostrum: Demonstratio causę tm̄ est vel propter quid tm̄, cùm procedit Demonstratio per causam, sed effectus iam notus fuerat ante ipsam causam, v.g. si quis cognoscēs eclipsim, causam inuestigaret, & per hanc causam probaret effectū, diceretur Demonstratio causæ, quia solū ostenderet causam, sed non probaret effectum esse: Demonstratio vero simpliciter secundum Auerr. & Themist. 2. poste. cap. 2. est quæ absoluit duo quæsita s3. esse, & quamobrem est: vel esse, & causam.i. inhærentiam passionis, & causam inhærentiæ secundum Auer. 2. cœli 35. v.g. cùm aliquis effectus non fuit amplius cognitus, sed cùm primū incepit cognosci, per causam cognoscitur, talia demonstratio dicitur simpliciter, quia effectum probat, & causam ostendit, & ista demonstratio dicitur causę, & esse 1 Phys. com. 2. & 2. cœli 35. sed demonstrationes istæ propter quid, & à priori, rarò habēt ur in Philosophia naturali, habentur tamen 6. Phys. tex. 1 2. 8. Phys. co. 58. 2. cœli com. 26. & text. 127. 2. cœli commen. 45. & secundo de anima commen. 24 Istæ sunt tres species demonstrationis apud Auer. licet detur alia, quæ dicitur ducēs ad impossibile 1. cœli 95. ad demonstrationem signi reducibilis: vbi scias, quòd tàm secundum græcos, quàm secundū Auer. datur demōstratio simpliciter seu potissima, sed secūdum græcos est eiusdē speciei cum demōstratione pp quid, secūdum Auer. verò specie distinguitur, sed opinio Grecorū est probabilior: Amplius noto, ꝙ triplex est demōstratio secundum speciē, videlicet, Demōstratio Logica, Physica, & Mathematica, & per Demōstrationē Logicam non intelligo illam, quę fit in Logica ex terminis intentionalibus, sed illam quæ fit in sciētijs realib⁹, & procedit ex propositionibus veris, & vniuersalibus, non autē proprijs 4. Phys. 87. 8. Phys. 80. & 1. cœli 70. Demonstrationes naturales sunt ex causis naturalibus, quæ per viā trāsmutationis suos effectus producunt 4. cœli commē. 20. Demōstrationes verò Mathematicæ seu simpliciter causæ, & esse, sunt ex propositionibus notis nobis, & naturę; cuiusmodi oō sunt propositiones in scientia naturali 2. cœli com. 59. 3. cœli com. 61. & 1. Metaph. 19. & hoc, quia demonstrationes naturales, aut procedunt per nota tātùm nobis, & sunt demōstrationes quia, aut per nota tantùm naturæ, & sunt demonstrationes causæ tantùm, seu propter quid, vt in posterioribus diximus, & melius dicemus. Nunc verò pro Tyronibus his pręsuppositis, quomodo hic liber ad Demōstrationem sit vtilis videamus: Quoniā autem primò vitia sunt extirpāda antequam inserantur virtutes, vt Aegid. in antepredicamentis nos monuit, ne ad veritatem comparandam viā prohibeant, obstruant, & intercludant: primò sese offerat nobis deliramentū illius Angeli Thij, cuius verba sunt ista: Illud verò qđ addidit Porphyrius, ꝙ sit etiam vtilis ad demonstrationem, multam fecit nobis admirationem, non enim de forma demonstrationis in illo libro agitur, neq; de materia demonstrationis, nisi per accidens, & ideo malè nos sophysticè fallit per accidens ipse Porphyri⁹; hęc ille in pręcognitionibus Porphyrij: & in rei veritate nō ab re admiratur cùm admirationis causa sit ignorātia, vt in prohæmio Metaphysicea dicebat Aristoteles. Sed iste logiculus videtur mihi non philosophari, sed studio maledicendi addictus Philosophiam, & Logicam labefactare. Vnde ad grauissimos viros veritatis sectatores transeamus: Quorum primus sese offert Ammonius inter Græcos, hunc librum pro demonstratione componenda commendans, & postea Albertus Magnus tract. 2. cap. 1. dicens, omnino hunc lib. necessarium esse ad demonstrationem, cuius medium secundum potissimū modum demonstrandi, est diffinitio dicens quid, & propter quid, sola positione à demonstratione differens. Et postea Aegidius qui sic habet; similiter hic in demonstratione, ista sunt necessariò scienda, nam id quod demōstratur est propriū, & demōstratur de subiecto, idest, de specie, vt habere tres angulos equales duobus rectis de triangulo, & ideo oportet scire quid proprium, quid species, & cùm demonstretur per medium quod est diffinitio, quæ datur per genus, & differentias, & non demonstretur accidēs commune, sed proprium, ideo scire oportet qđ sit accidēs, quid clarius? Hoc idem Ant. Andreas sic habet; & quia in demōstratione cōcluditur passio de subiecto, quod est species, per mediū quod est definitio, quæ vt dictum est constat ex genere, & differentia, oportet scire quid genus, quid species, quid differentia, & quid proprium. Et quia demonstratione non concluditur accidens commune, oportet scire quid sit accidens, vt à demōstratione excludatur, &c. Et tandē D. Caietanus Logicus peritissimus, qui post Scotū, solus iudicio meo, abdita Logicæ secreta penetrauit, sic habet. Ad demonstratiuam autem, quoniam demōstrationis mediū est definitio, quæ ex genere, & differentia cōstat, Minor autē extremitas est species, Maior vero proprium, quod de specie concluditur, accidens autem procul à Demonstrationibus inspicere oportet, &c. Ego verò pręter hanc viam probandi hanc vtilitatem his omnibus cōmunem: Dico ꝙ ad demōstrationem sunt vtilia hæc prædicabilia, vt patet 1. Post. tex. 30. in tractatu de pseitatibus. Vbi quatuor ponit, modos per se, Aristoteles: Primus est per se prædicandi quando prædicatum est de essentia subiecti sicuti est definitio. Vt in ista propositione, homo est animal rationale, in qua est genus, & differentia. Secundus modus est per se inhęrēdi, vt homo est risibilis, ecce proprium. Tertius est per se essendi, vt homo, & sic est species. Quartus modus est causandi, qui aut est causa per se, vt iugulatio est causa mortis, aut per accidens, vt deambulatio est causa pluuiæ, ecce causa per accidens ad fugam, quæ non ingreditur demonstrationem, neq; accidens

Quid sit Demōstratio quia propter quid & simpliciter

Notandū triplicē esse Demonstrationem secundū speciem.

Opin. seu potius deliramē tum Angeli Thij.

Opin. Ammonij, Alberti, Aegidij, Antonij Andreę & Caietani.

D. Caietanus Logicus peritissimus.

Propria opin.

ndens à tali causa productū probari potest de sua subiecto: hęc igitur de vtilitate istius libri, quicquid dicat ille Hidruntinus, ad cuius confusionem addo quintam vtilitatem ex Ammonio, cuius verba sunt ista, Fructus igitur is ex hoc percipitur opere, vt quæ ab Antiquis sparsim cōfusęq; tradita fuerunt, in vnum à Porphyrio coacta, breui atq; enucleata dispntatione clandantur. Et de vtilitate hęc sint dicta, de qua re optimè dixit Magister Philippus Mucagata in prohęmio, & Boetius dicēs, φ vtilitas huius libri quadrifariam spargitur, &c. & id ipsum dixerunt Burleus, & Grasiadeus Esculanus.

De Ordine.

Quid est quo tuplex sit ordo.

De ordine nūc agimus, sed vt de ordine tractantes ordinate procedamus, videndum est prius quid sit ordo, vt deinde assignentur varij modi ipsius ordinis, nihil obstāte illo primi de cœlo, φ multiplex prius est distinguēdum quàm definiendum, quia Ammonius inquit in cap. de genere, φ vocabulorum ambiguitas magnū persępè errorem atq; obscuritatem solet parere, cū qui loquitur dicat vnum, & qui audit percipiat aliud, veluti si quia mente sua concipiens de cane cœlesti loqui, dicat φ canis ardētes calores inuehit, aut fructus perficit, & audiens, de cane terrestri putet hoc esse dictum, tunc sic loquens in errorem auditorem impellet. Quod nobis non cōtingit, quia omnia significata ordinis nobis deseruiunt, cùm hic vocabulorum multiplicitatem declarare, quę initium est oīs perfectę cognitionis, principaliter intendamus. Sed quæret primò quis, quid est ordo? Respondeo cum Occhā Scotista 1. sent. dist. 30 & 44. ex sententia D. Aug. 19. de ciuitate Dei, hoc modo. Ordo est parium, dispariumq; rerum sua cuiq; loca, tribuens dispositio. Vel aliter sic potest Ordo definiri. Ordo est habitudo prioris ad posterius, & posterioris ad prius: est enim in omnibus Ordo secūdo de gen. tex 57. quamuis non eodem modo in omnibus rebus 12. Metaph. tex. 52. cui opponitur cōfusio, quæ est priuatio, & carentia ordinis, vt patet in exercitu 1. Phys. 46. cuius forma est ordo militū, sicuti forma domus est dispositio lapidum, iuxta illud vulgare dictum, vbi non est ordo, ibi est cōfusio. i. vbi est carentia ordinis, ibi est cōfusio opposita ordini. Hinc ordinem appetunt omnia, & rectè disponi, vt patet in pręcipuis partibus vniuersi, videlicet in corporibus cœlestibus, & elemētis, vbi corpora superiora continent inferiora: Modo verò varias Ordinis acceptiones in medium afferamus. Primus ordo est, qui dicitur ordo durationis, inter illa repertus, quorū vnū est prius duratione quàm alterū, sic patet pro fundamento. i. vt homo, est prior filio sumpto vt homine, cū pater sit senior filio. Secundus dicitur ordo originis, qui est inter duo, quorum vnum est, & dicitur producens, Alterum verò productum, sicuti in diuinis, iste ordo est inter differentiam specificam, & propriam passionem, quæ ab illa habet originem, hic ordo originis ponitur in Diuinis ad intra, quem mihi alias Scotizanti relinquo, quando cum Scot. quatuor signa originis soleo declarare. Tertius ordo dicitur causalitatis, qui est inter causam, & causatum. Vt sic sol est prior aīali genito ex putri materia; & ignis generās igne genito. Quartus est ordo Naturæ, inter subiectū, & accidēs propriū, vt sic vniuersalia sunt priora natura singularibus 1. Phys. tex. 2. & 1. post. tex. 12. Quintus ordo dicitur eminētiæ, seu perfectionis, & dignitatis, qui est inter aliqua quorum vnum est pręstantius altero, sic 10. Metaph. in vnoquoque genere est vnum primū, quod est metrum, & mensura omnium aliorum, penes cuius accessum, & recessum omnia mensurantur. Sextus est ordo communitatis; vnde omne superius est prius communitate suo inferiori, vt sic substātia secūda est prior quàm substantia prima. i. cōmunior, licet substātia prima sit prior in substādo quoad accidētia cōmunia. Septimus est ordo localis inter illos, quorū vnus est prior alio in aliquo loco. Octauus est ordo generationis, qui reduci potest ad ordinem originis, & causalitatis, vt sic dicimus, quòd priora generatione, sunt posteriora perfectione 8. Physi 58. & 9. Metaph. 15. Isti sunt potiores, & magis famosi ordinis modi, licet alij etiam sint, & fortè ad istos reducibiles. Videamus nunc quia tempus expostulat, de ordine huius libri Porphyrij, qui est principaliter intérus. Ammonius, Albertus Magnus, Aegidius Romanus, Antonius Andreas, Scotus, Caietanus, & Burleus dicunt, hunc esse primum librum in Logica: ex Scoto patet in initio suarū quęstionum supra hunc librū in primis verbis, quando inquit; circa Logicalia diligenter intendens, vt veritatea quę in eis sunt dubiæ clarius elucescant, mouendo dubia primò supra librum Porphyrij &c. Et ex Aegidio & constat sic dicente. Finis intra est cognitio huius libri, & prædicamētorum Aristotelis; finis verò extra est triplex, videlicet, Remotus, vt cognitio Logicæ, Remotior, vt cognitio Philosophię, & Remotissim⁹, vt Beatitudo Aīę; huius opinionis est etiā Boetius, & Simplicius, in antepraedicamentis in expositione secundę regulę, quando inquit, φ genus multipliciter dicitur, vt Porphyrius indicauit, & docuit in suis introductionibus: solus. n. Hieronymus Balduinus de secta maledicentiū, qui totam Logicam turbauit, in quodā suo quęsito tenet, hunc librum non esse primum in Logica, imò nec librum prędicamentorum, sed librum Perihermenias, cuius opinioni non acquiescens Bonus discipulus Angelus Thius, dixit librum hunc esse primum non necessariò, sed de bonitate doctrinę, fortè quia nō est de essentia Logicę, sed de bene esse, cùm sit admiculatiuus ad librum prędicamentorum, vt ex Aegid. hic dicit. Nus verò aduersus pręceptorem, & Discipulum talem statuimus conc. lib. Porphy. ratione doctrinę in eo contentę, necessariò pręcedit omnes libros Logices, vt patet auctoritate tot grauissimorū hominū. Et quia res non est magni momēti pertrāseo.

Petitio quid sit ordo? & respon.

Octo ordinis spēs hic enumerantur.

Prim⁹ est ordo durationis.

Secundus est ordo originis

Tertius est ordo causalitatis.

Quartus est ordo naturę.

Quintus est ordo eminentiæ.

Sextus est ordo cōitatis.

Septimus est ordo localis.

Octauus est ordo generationis.

Prima & vera opinio Ammonij, Alberti, Aegidij, Anto. Andr. ex Scoti, & Caieta. & Burlei.

Huius libri duplex finis, videlicet intra, & extra & hic adhuc triplex.

2. Opin. Balduini.

Conclusio

De Diuisione.

DOminus Caietanus in duas partes diuidit hunc librum, videlicet. In prohæmium, & Tractatum, idipsum dicit Aegidius, Ant. Andr. Burleus, Petrus Tataretus, & Mucsgata: prohęmium incipit, ibi: Cùm sit necessarium Grisaori, &c. Tractatus verò adhuc diuiditur in duas partes; prima incipit, ibi; Videtur autem neque genus, &c. s. ibi, commune quidem est omnibus, &c. Vnde in tres partes diuiditur, videlicet in prohęmium, Tractatum, & epilogum. Tractatus est exequutio, seu pars exequutiua eorũ, quæ in prohęmio proponuntur, pertractanda, & ideo notitia habita in Tractatu dicitur absoluta; Epilogus verò in hoc libro est, in quo omnia prædicabilia adinuicem comparantur penes eorũ conuenientias, & discrepantias, & ideo notitia in eo habita dicitur comparatiua, eo quòd ibi Porphyrius 20. cõparationes facit, comparando vnumquodq; prędicabilium ad reliqua quatuor: quoad prohęmium verò, dico ꝙ prohęmium, prologus, & præfatio triplex est, est enim prohæmium Rhetoricum tantùm, Philosophicum tantùm, & mixtum ex vtroque: prohęmium Rhetoricũ est illud, in quo Auditor redditur Attentus, Beneuolus, & Docilis; quo prohęmio vsus est Arist. lib. 1. de anima, quod ideo ponitur inquit Auer. sępe, vt inducatur Auditor in amorẽ illius artis; prohęmium Philosophicum est illud, in quo tantũ proponitur res tractanda, & nõ redditur auditor attentus, Beneuolus, & Docilis, quo prohæmio vsus est Arist. primo Perihor. & primo libro priorum: prohęmium verò mixtum ex vtroque est illud, in quo proponitur res tractanda, & vt auditor ducatur in amorem illius scientię redditur attentus, Beneuolus, & Docilis: sed quæret quis ex Nouitijs, quale est hoc Porphyrij prohæmiũ? Respondeo mixtum ex vtroque. i. partim Rhetoricum, & partim Philosophicum, idest in eo fiunt quæ fieri solent in prohæmio Rhetorico, & quæ fieri solent in prohęmio Philosophico; & sic hoc prohæmium dicitur vnum secundum quid, non autem vnum simpliciter. Quæres, quem facit attentũ Beneuolũ, & Docilem Porphyrius in hoc prohæmio? Respondeo principaliter Grisaoriũ Discipulum, vt inquit Albertus, Antonius, Andreas, D. Caietanus, & alij; & cõsequenter reliquos huius libri amatores, cupientes ad Arist. Logicẽ introduci. Quæres iterũ, vbi seu quibus verbis redditur Grisaorius, attẽtus, Beneuolus, & Docilis? Respondeo redditur attentus propter necessitatẽ propositam, quando inquit, cum sit necessariũ, redditur Beneuolus propter vtilitatem, ibi, vtili existente, nam vt inquit D. Boetius, si vis quemquàm in tuam sententiam distrahere, vtile ei proponas oportet iuxta illud, vulgus amicitias vtilitate probat. Redditur Docilis cũ proponat modum procedẽdi, videlicet, breuẽ, & facilẽ, ibi, tentabo breuiter veluti introductionis modo hinc dicebat Boetius in libro de disciplina Scholariũ c. 6. ꝙ discipulus debet esse attẽtus ingenio ad intelligendum, Beneuolus animo ad audiendum, & Docilis exercitio ad retinendum; ponitur etiã prohæmium Philosophicũ, ibi, nosse quid sit genus, quid differentia, &c. Vbi proponuntur quinque prædicabilia pro materia, seu subiecto partia li istius libri, in tractatu postea singillatim declarands: de qua re videndus est Arist. 3. libro Rhetoricorum ad Theodectem cap. 14. Nos verò primam partem ad vnguem verbotenus declarabimus, similiter, & secundam puta tractatum, qui in quinque capita iuxta numerum quinque prędicabilium diuiditur. Tertiam verò partem tanquam non adeò necessariam, breui sermone per conclusiones, explicabimus, cùm in ea non tantas sit facilitas, quanta existimatur est à quodã logiculo omni labori, ac speculationi succumbẽte.

Burleus, Paolus Venetus, Gratiadeus, & Paulus Sõcinas.

Propria opinio præcedẽtium explicatur.

Prohæmium triplex.

Petitio qualis prohæmiũ est huius lib. Porphyrij? Responsio.

Petitio resp.

Petitio.

Responsio.

De Proportione.

AEgidius Romanus, & Caietanus in initio prohæmij dicũt hunc lib. non esse de essentia Logicæ, sed de bene esse, cũ sit Adminiculatiuus ad Arist. prædicamenta, & ideo secundũ ipsos, proportio huius libri ad prædicamẽta, est instrumenti ad rem, & serui ad dominum, hanc eandem opinionem sequutus est ille Angelus Thius in præsenti dicens, hunc librum illam proportionem habere ad totam Logicam, quę est serui ad Dominum, & cum hoc incidit in foueam contradictionis, in quodam enim dubio ab ipso moto, vtrum liber Porphyrij sit pars Logicæ, dicit, ꝙ est pars Logicæ, verum non pars necessaria. Modo verò tradens proportionem huius libri ad Logicã, dicit, ꝙ est proportio serui ad dominum, & quia seruus non est pars Domini, sequitur secundum eum ꝙ hic liber non est pars Logicæ, quod manifestam in eo implicat contradictionẽ, & hoc prouenit, quia oportet mendacẽ esse memorem: dicendum igitur est secundũ melius opinantes, ꝙ proportio huius libri ad totã Logicam dupliciter põt intelligi, vno modo si sumitur hic liber, vt est Porphyrij, seu pro compilatione à Porphyrio facta, & tunc bene dicit Aegidius, ꝙ talis proportio, est serui ad dominum, quia vt sic iste liber nõ est de essentia Logicæ: Alio modo sumi põt hic liber formaliter pro notitia quinque prędicabilium in eo contenta, & sic est pars Logicæ, & pro portio eius ad Logicam, est proportio, partis ad totum; quod nos dicimus. Et Angelus Thius, vtcumque dicat sibi contradicit. Dices quid est proportio? Respondeo quòd Analogia grece, seu proportio Latinè, est habitudo vnius ad alterum, sic proportio diffinitionis ad diffinitionem est proportio quidditatis ad quidditatem 7. Metaph. com. 14. & 15. & proportio temporis ad tempus est sicut proportio motoris ad motorem 7 Phys. 35 & 8. Phys. 80. sic materia prima cognoscitur per Anal. & proportionẽ ad materiã secundam 1. Phys. 69 2 Phys. 26. 7. Metaph. 35. & 12. Metaph. 37 Nota ꝙ differunt similitudo, & proportio, quia similitudo ponit conuenientiam extremorum, vt obiectum intelligibile tanquam

Petitio resp.

Notandum.

perfectio intellectus habet proportionem similitudinis cum intellectu, proportio verò dicit dissimilitudinem extremorum, vt sic Anima est proportionata corpori, & anima est spiritualis, & corpus est materiale.

De Via Doctrinæ.

Isti tres termini videlicet. Via doctrinæ. Ordo doctrinæ, & Maneries disciplinæ, inter se differunt.

PRo huius rei intelligētia, Noto primo, ꝙ isti tres termini differunt, videlicet. Ordo doctrinæ, via doctrinæ, & Maneries disciplinæ: Ordo doctrinæ est ab vniuersalioribus, & facilioribus incipere ex Auer. in prologo 1. Phys. & Arist. tex. 57. Via doctrinæ est species Demonstrationis, videlicet, demonstratio quia, propter quid, & demonstratio simpliciter 1. Physi. com. 2. & 8. Physic. 58. vt supra diximus: Maneries disciplinæ, est vt inductio, enthimema, & exēplum, diuisio, diffinitio ex Auer. in prologo 1. Physi. circa finem, de qua re dicemus in præludijs prędicamentorum: hoc stante; est vna prima opinio Angeli Thij, quę in his dictis consistit: primum in hoc lib. Porphyrius nō vtitur via doctrinæ, idest aliqua specie demonstrationis: secundum, Porphyrius vtitur manerie disciplinę, vt est inductio, enthim. exemplū. Tertium dictum, definitiones hic datæ sunt tantum quid nominis, & verba eius sunt ista, Nos igitur contra omnes pręter Auerroē, hāc ponimus conclusionem, neque descriptiones, neque definitiones istas esse, sed diffinitiones q d nominis tantum: & totum probat auctoritate sui Auerrois: quoad primum dictum, an illud ad libitum finxerit, considerate, cùm neminem hucusq; legerim Doctòrem hoc asserentem, bene tamen Ammonius, Albertus, Aegidius, Ant. Andreas, Caietan⁹, & alij affirmant, hunc librum vtilē esse ad demonstrationem, nemo tamen illorum dicit Porphyrium hic demonstrare, nisi hæc opinio fuerit alicuius Lectoris Patauini sui coëtanei concurrentis, & in hoc per accidens benè dicit, sed impertinenter hanc opinionem hic commemorauit: secundum dictum erat, quòd vtitur manerie disciplinæ, vt inductione, enthimemate, & exemplo, sed ab hoc cæteri non dissentiunt, nec rē nouam dixit, quia prædixerat hoc Aegidius in prohæmio dicēs, ꝙ forma tractatus est diuisio libri, & forma tractandi. i. modus agendi, seu maneries disciplinæ qui quincuplex est, scilicet. Diffinitiuus, Diuisiu⁹, Probatiuus, Improbatiuus, & Exēplorum positiuus, & iste non est necessarius propter scientiam, sed propter addiscentem: Tertium dictum erat, quòd istæ non sunt verę definitiones, sed ꝙ hoc sit falsum patebit infra in cap. de genere, vbi est proprius locus. Nunc tamen primo ex Arist. 1. Topic. c. 7. ꝙ omne in suo genere est quid, secundo ex Auer. 7. Metaph. com. 14. ꝙ accidentia habent proprias quidditates, nec per definitionē explicabiles, modo secundæ intentiones accidentia sunt: tertio ex Sco. q 15. vbi inquit, ꝙ generis est vera definitio, vbi (prędicari de pluribus,) vel vniuersale ponitur loco generis, (& differētibus specie in quid) loco differentiæ, &c. vt ibi postea dicetur, non enim oportet cum huiusmodi Sophisticantibus studio contendere, sed ludo eos contemnere, isti enim ex habitu maledicendi leuiter Porphyrium impugnant, & ꝙ peius est, auctoritate Auerrois, qui his nostris tēporibus non est in magno pretio. Vt patet ex destructione eius facta à peritissimo viro nostro Ambrosio Leone qui nobilissimę Nolanę Ciuitatis decus est, & ornamentum, fuit enim Auer. inimicus non solū Auicennæ, & Algazelis, sed etiā doctrinæ Porphyrij, vt patet ex eius commētario supra Porphyrium circa finem: Reliquū est modo veram quam sequimur ponamus opinionem, quæ asserit, Aliquas à Porphyrio traditas veras esse definitiones, quas ab Aristotele 1 Topic. c. 4. desumpsit, & propterea impugnans in hoc Porphyrium, Aristotelem reprobat, nesciens se reprobare, sicuti ignis naturaliter comburens lignum, nescit se comburere. Sed vnum scias Nouitie, ꝙ Tabula aimaræ facit multos loqui, Auerroe citando, Auerrois verò doctrinam qualiscunque sit, nihil intelligendo, vt diuina ope in dies experieris.

Opin. Angeli Thij.

Improbatur Ang. Thius.

Ambrosi⁹ Nolanus commēdatur.

De Nomine Libri.

NOmen, Titulus, vel Inscriptio huius Libri, non eodem modo ponitur à Porphyrij interpretibus. Quidam enim dicunt talem esse titulum: Porphyrij Phænicei introductio, vbi intelligitur ad Grisaorium, ad prædicamenta, & ad totam Logicam, & licet aliqui addant ad prædicamenta, non tamen debet addi. Vnde secundū Ammoniū inscribitur: Introductio; per antonomasiam, vt dicit etiam Dominicus de Soto, idipsum dicit Caietanus, ꝙ inscribitur Isagogè, idest introductio: Antonius Andreas verò, & Petrus Tataretus hunc titulum admittunt Aegidium Romanum sequuti. Incipiunt Isagogè Porphyrij ad Cathegorias Aristotelis: Isagogè. i. introductio ad Cathegorias. i. ad prædicamenta; hanc etiam opinionem sequitur Magister Philippus Mucagata; qui animaduertit duas translationes reperiri huius libri, Vnam Victorini, alterā verò Boetij: prima sic incipit. Cùm sit necessariū Menanti: Secunda verò, cùm sit necessariū Grisaori, forte quia horum duorum terminorum, vnus est nomen proprium, alter verò est cognomen: à Scoto verò hunc titulum habemus, videlicet, lib Porphyrij. Alij verò colligunt, hunc titulū, de quinque vniuersalibus, uel prædicabilibus, ut Ioānes Anglicus, & Mauritius Scotistæ: Alij uerò de quinque uocibus, &c. & omnes benè dicunt cùm de hac re nemo possit assertiuè, sed solùm probabiliter loqui, de qua re dici potest cum Nicolao de Lyra super Genesim cap. 3. quòd melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis.

Multiplex huius libri iscriptio. Vt Ammonij, Dominici Soti, Caietani, Anto. And. Scoti, Io. Anglici. Mauritij, & aliorum.

Nicolai de Lira dictum

De Nomine Auctoris.

DE auctore istius libri, tandem reliquū erat aliquid præfari. Et dico ꝙ auctor alicuius libri quadruplex esse potest: aut enim aliquis scri-

Nota quatuor modos scribendi.

bit



bit alienam materiam nihil addendo, vel mutando, & iste dicitur scriptor: Aut est aliquis qui scribit aliena, addendo, sed non de suo, & iste potius dicendus est compilator: Aut aliquis scribit aliena, & sua, sed aliena tamquàm principalia, sua verò tamquàm annexa ad manifestãdum, & iste dicitur commentator: Aut aliquis scribit sua, & aliena, sed sua tamquàm principalia, aliena verò tamquàm annexa ad suorum dictorum cõfirmatione, & talis verè dicitur Auctor: Boetius enim dicit indubitatum esse, quòd hic liber sit Porphyrij: idem dicit hic Aegidius, & Ant. And. qui Porphyrius super Aristotelis prædicamenta per modum interrogandi optimè scripsit à Dexippo plura accipiens. Et in hoc cæteri Doctores vnanimi consensu conueniunt; sed vnus tantũ Magister Philippus Mucagata inquit, se ab alijs accepisse, quòd hic liber primo fuit à Platone editus, & Sophistes inscriptus, postea verò fuit à Porphyrio repetitus, & sic inscriptus est Isagogè Porphyrij in cathegorias Aristotelis, Ad Menãtium Grisaorium Romanum discipulũ suum, patritij ordinis: iste enim Porphyrius fuit Platonicus Plotini discipulus, qui Iamblicum habuit discipulum, & Menantium Grisaoriũ, regnauit anno à Natiuitate Domini 280. Aureliano, & Deucletiano Romanis Imperatoribus, olim Christianus, postea verò furore percitus, ac ira commotus in Christianos, multa aduersus Christianam religionem scripsit, sed hodie prædicamenta, & hæc prædicabilia ex suis operibus apud nos extant, qui in Sicilia Philosophiam stipendio legens, sicuti & nos Neapoli, Grisaorij precibus commotus, hunc librum composuit, ipsiq; nuncupauit, cuius libri vt cõpilator, vel commentator, est Porphyrius, & sic nihil obstante, quòd iste Porphyrius fuerit primò Christianus, deinde Apostata effectus, vt habetur septimo libro Historiæ tripartitæ, contra nostram fidem blasphemus, quindecim libros, non quidem lectione, sed Ignè dignos conscripserit, hic tamen eius libellus, sine quo prosperè nemo philosophari potest, legendus permittitur. Ad cuius prohæmium nunc accedamus.


Prima opin. Boetij, Aegidij, Ant. Andreæ, quòd liber hic à Porphyrio fuit æditus.

Secunda opi. Philippi Mucagatæ, quòd fuit à Platone primo æditus.





P O R P H Y R I I PROHEMIVM.



Text. prim.



CVM sit necessarium Grisaori, & ad eam quę est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam, nosse quid sit genus, quid differentia, quid species, quid proprium, & quid accidens, & ad definitionum assignationẽ, & omnino ad ea quæ de Diuisione, vel Demonstratione sunt.

Pręsens liber i tres partes diuiditur.

PRAESENS Porphyrij liber, quem Diuina ope exponendum sumpsimus, vt nostrorũ Discipulorum iustæ petitioni satisfaceremus. In tres principes partes erat diuisus, videlicet, In prohemium, seu partem prohemialem. In tractatum, seu partem exequutiuam; & in eam partem, quæ Epilogus, seu pars comparatiua nuncupatur, in qua quinque hæc vniuersalia ad inuicem cõparat Porphyrius. Quoad primam igitur partem spectat. Dico ꝙ prohemium in tres præcipuas alias partes diuiditur; in quarum prima reddit Porphyrius Grisaorium Discipulum, Attentum, Beneuolum, & Docilem: Attentum propter necessitatẽ, dicendo, cùm sit necessarium. Beneuolum propter vtilitatem, quando dicit, vtili existente, &c. Docilẽ propter modum procedendi breuem, dicẽdo tentabo breuiter, &c. In secunda parte principali huius prohemij, Porphyrius quasdam perarduas, ac difficiles quæstiones enarrat, à quibus vult se abstinere, quia excedunt limites introductionis: In tertia verò parte, vult specificare, & suam in hoc sententiam manifestare, quam Philosophorũ sectám in hoc prædicabilium tractatu vult sequi, dicens, ꝙ vult sequi vestigia sectæ Peripateticæ. i. Aristotelicæ, & hoc vt plurimum, & pro maiori parte; Et quia ordinem appetunt omnia, & rectè disponi, vt 12. Metaph. 52. dicebat Arist. in tota hac mea expositione sicuti, & in toto reliquo ipsius Logicæ, hunc ordinem seruabo: Primo terminos in textu positos in singulis lectionibus declarabo, in hoc ab Auerroe monitus 1. Physic. com. 71. & 6. & hic cap. 4. secundo literam verbotenus seu aduerbum construã: Tertio ex textu vnam, vel plures conclusiones colligam. Quarto contra tales concl. dubitabo. Quinto ad obiecta respondebo. Quãtũ igitur ad primũ. Primã partẽ aggrediẽtes, terminos in textu positos explicem⁹.

Prohemiũ in tres partes diuiditur.

Ordo nouiter ab Auctore excogitatus, & in hac expositione obseruandus.

[Cùm] Tripliciter sumitur secundum Scot. 3. lib. sent. dist. 9. primo copulatiuè, vt emi equum cum omnibus ornamentis, non autem solitariè, & solum nudum equum. Secundo associatiuè, vt venit Alexander cum omnibus amicis suis; sumitur etiam pro quando, sic sumebat Auer. 8. Metaph. com. 7. ꝙ cum duo fuerint quorum alterũ est causa alterius, & habuerint idem nomen, & vnum habet illud nomen propter aliud, illud aliud est dignius illo nomine Quarto sumitur ly, cum, prout est nota suppositionis, & sic sumitur in præsenti secundum Ammonium, nam supposito, ꝙ cognitio quinq; prædicabilium sit necessaria ad illa quatuor ideo dixit hic Porphyrius.

Dictio, cum quadrupliciter sumitur secũdum Scotũ, & Ammonium.

[Cùm sit necessarium Grisaori] sed hic dubitabis, Cur Porphyrius dixit, cùm sit necessarium, & nõ dixit, cùm necessarium sit? Ad hoc respõdet Boetius, à quodam suo discipulo interrogatus, qui Fabius nominabatur; dicens, ꝙ sicuti in ædificijs se habet, vbi prius fundamenta subijciuntur, deinde parietes eriguntur, secus ruit tota fabrica, sic etiam nisi sit substantia, nulla accidẽtia erunt. Ideo prius posuit, esse, vt substãtiam, deinde necessarium, vt accidens; nam necessitas, & contingentia accidentia sunt ipsius entis, & idipsum etiam dicit Philippus Mucagata.

Dubitatio literalis.

Boetij Respõsio, & Philippi Mucagatæ.

[Necessarium] ly necessariũ terminus est multiplex 5. Metaph. cap. de necessario, & 12. Metaph. com. 38. & quatuor modis sumitur ibi apud Aristotelem, vt notant hic Antonius Andr. Paulus Venetus, & Paulus Soncinas, licet sex Necessarij significata colligat Ammonius in fine primi capitis super hoc prohemiũ. Nos autem quatuor illa ab Aristotele posita necessarij significata in medium afferemus: Et primo dicitur necessariũ simpliciter sine quo nullo modo naturaliter res potest aliter se habere, vt cibus, seu alimentum cunctis animantibus ad restaurandum humidum, vt inquit Paulus Venetus, & respiratio animalibus viuentibus super terram ad refrigerandum, & reprimẽdum nimium cordis calorẽ, & dico viuentibus super terram, propter pisces, qui non indigentes hac refrigeratione non respirant, quamuis aliqui dicant Delphinum, & Balenam respirare, de quibus terrestribus animalibus in lib. de respiratione dicebat Aristoteles, ꝙ impossibile est viuentem non respirare, & respirantem non viuere: Secundo modo dicitur necessarium secũdum quid, seu ad benè esse, vt sic equus necessarius est rectè valenti ad cõmodè iter agendum, sine quo

Necessarium quadrupliciter secundum Ammonium, Paulũ Soncinatem, in hoc prohemio Antonium Andream, & Paulum Venetũ.

Primo.

Secundo.

tamen posset ille pedester, quamuis minus commodè deambulare, vel nauigare ad Athenas ad pecuniam obtinendã, & Medicina ad expellendũ febrim, vt inquit Paulus Venetus hic notabili primo. Tertio modo dicitur necessariũ violentũ, vo. luntario cõtrariũ, seu triste, iuxta illud Sophoclis, dicẽtis, etiam vis me cogit hæc facere; sic si stuppæ applicetur ignis, necessario, idest, violenter comburetur, quia si posset nollet comburi, sic etiam proiectio Mercium in mare dicitur necessaria necessitate violenta, nauim iactãtibus austria. Quarto modo dicitur necessarium, quod nõ contingit aliter se habere, idest, incorruptibile est, & æternum, vt sic Deus dicitur ens necessarium, & Demonstratio dicitur esse necessariorum 5. Metaph.cap.5.1.Poste.tex.7 & tex.28. eo ꝙ demonstratio est conclusionis necessariæ, seu æternę veritatis; hæc igitur sunt quatuor necessarij significata communiter afferri solita. Sed vt pleniorem habeatur à Nouitio necessarij notitia. Propterea de necessario, & contingenti sibi opposito, hæc in medium affero: Ens duplex est videlicet, Necessarium, & Cõtingens: Ens necessarium duplex est, puta, incomplexum, & complexum. Necessariũ incomplexum duplex est, scilicet, Ex se, & à se, & hoc tàm secundum Philosophum, quàm secundum Theologum: quoddam est necessarium incomplexum ex se formaliter, sed ab alio productiuè: Necessarium verò complexum duplex est, nempe aut primi modi dicendi per se, aut secundi modi dicendi per se.

Nota plenissimã notitiã de ly necessariũ, per hanc diuisionem habitam.

ET quia necessario opponitur contingens. Dico ꝙ contingens etiam duplex est, videlicet. Complexum, & incomplexum: sed cùm 3. Physi. in prohemio dicat Simplicius, ꝙ tunc nota fit nobis definitio cum partes definitionis bene considerauerimus, hoc de diuisione est dicendum putani, ꝙ tunc diuisio fit manifesta cùm mẽbra diuidentia erunt nota. Et propterea partes prædictæ diuisionis paulatim, & membratim explicando dico. Quod necessarium complexum illud est quod habet necessitatem sui esse, ita vt esse desinere non possit, vt dixit Gabriel libro 1. senten. dist.10. quæst.3. hinc 2.libro suæ Metaph.cap.2. & 3.dixit Auicennas, ꝙ vnum tantùm est necessarium incomplexum, seu necesse esse, quod est, Deus; omne vero aliud à Deo est possibile, & cõtingens; quod dixit etiam Scotus 1. sent. dist.8. quæst.4.ad secundum argumentũ dicens, ꝙ nullum ens productum diuidi potest in necessariũ, & contingens; cùm omne tale possit aliquo modo desinere esse. Auer. vero 12. Metaph. com.41. dixit, Ens diuidi in necessarium, & contingens, & duplex esse necessarium, quoddam ex se permanens, & incorruptibile, vt sunt Intelligentiæ, quas spiritus, & Angelos vocat primo cœli com. 22. Intellectus possibilis, cœli. Materia prima, & Deus. Quoddam est necessarium ex alio, vt motus cœli, qui ex se est possibilis, & contingens, ab alio verò, puta, à Motore æterno necessarius, qui Motor in mouẽdo non fatigatur, cum cœli nec sint graues, nec leues primo cœli tex.18. quam Auerrois sent. sequutus est postea D. Thomas quoad substantias, licet omnia hęc ponat producta, quę Auer. 8. Phys. ponit Deo coęterna. Et de hoc necessario incomplexo subsistenti loquebatur Aristoteles 5. Metaph.cap.5. iuxta quartum significatũ, à quo sumpsit Ammonius in præfatione prædicabilium dicens, illud esse quod non potest aliter se habere. Quod duplex est, quoddam ex se, & à se, quod secundum Theologum est pater in diuinis, qui improcedibilis est, in quo est Diuinitas seu diuina essentia incommunicabiliter, idest à nullo communicata, cùm sit principium totius deitatis ex D. Aug. Quarto de Trinit.cap. 20. Necessarium verò ex se formaliter, & ab alio non effectiuè, sed productiuè, est filius qui à patre solo procedit, & Spiritus sanctus qui à patre, & filio secundum Auic. verò necessarium ex se, & à se est Deus; Necessarium verò ex se, & ab alio est Intelligentia prima, à Deo immediatè producta, & omnes aliæ intelligentiæ vsq; ad vltimam, quam Colchodeam appellitat. Et sic duplex necessariũ posuit Auic. videlicet, ex se, & ex alio, vt 8. Physic. 79. 2. cœli 71. & 12. Metaph. com. 41. dixit Auerroes.

Quid sit necessariũ incõplexũ secundum Gabrielem, Auicennam, & Scotum.

Auerroes, & S. Tho. in vno concordant.

Necessarium ex se formaliter, & ab alio productiuè secundũ Doctores sacros. Et quid de hoc senserit Auicennas.

Necessarium cõplexũ quid?

Necessarium verò complexum necessitate complexa, est illud, quod non potest non esse verum, vt sunt propositiones primi, & secundi modi dicẽdi per se 1. poste. tex. 30 & 31. videlicet, quando prædicatum est propria passio, vel prædicatũ includitur in subiecto, quod quinque modis contingere posse, 2. sen. dist. 2. quæst. 2. concl. 1. dixit Ioannes Capreolus. Contingens vero complexũ est, propositio de materia cõtingenti, vt ista, paries est albus; Contingens verò incomplexum est quod potest non esse quoad suam existentiam, cui opponitur necessarium, quod non contingit aliter, & aliter se habere 4. Metaph. com. 25.

Nota quindecim acceptiones necessitatis, & primo vnde dicatur necessitas, secundũ Gulielmũ Occham.

Sed hic aduertat nõ solùm Nouitius, ꝙ necessitas à qua res dicuntur necessariæ, dicitur à non cesso, quasi non cessans esse, vt dixit Gulielmus Occham lib.1. sen. dist.6. Et multiplex est: & Prima necessitas est, quæ dicitur Absoluta seu simpliciter, cuius oppositum includit cõtradictionem, qua necessitate necessaria est hæc propositio de secundo adiacẽte; Deus est; & ista de tertio adiacente, Homo est rationalis, &c. Secunda necessitas est quæ dicitur conditionata, seu secundum quid, vt cùm dicimus, ꝙ si homo vult volare, necessariæ sunt ei alæ, idest facta hac hypothesi; ꝙ aliquis velit volare, indiget Alis. Vt dixit Occham 1. sent. dist. 17. & quolibeto 6. quæst. 2. D. Bonauentura libro 1. sen. dist. 16. quæst. 1. & D. Thom. 1. parte quæst. 16. art. 2. Tertia necessitas est quę dicitur necessitas violentiæ seu coactionis, vt fluctuante Mari, necesse est merces proijcere; vel si gutta aquę in magnum ignem immittatur, necesse est illam corrumpi 1. de gen. tex. 39. Quarta dicitur Necessitas indigentiæ, vt Scholari necessarij sunt libri, & viuenti necessarium est alimentum. Quinta necessitas dicitur Ineuitabilitatis, vt sic Mors est necessaria quæ euitari non potest, iuxta illud Horatij, Pallida Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumq; turres, &c. Sexta dicitur

Prima necessitas dicitur absoluta.

Secunda dicitur necessitas cõditionata.

Tertia dicitur necessitas coactionis.

Quarta dicitur necessitas indigentiæ.

Quinta dicitur necessitas ineuitabilitatis.

Sexta dicitur

tur necessitas exigentiæ, vt si forma verè materialis educi debet de potentia materiæ, vt necessariè præexiguntur præuiæ dispositiones, cùm actus actiuorum fiant in patiente beoè disposito 2. de anima tex. 28.

Septima dicitur necessitas immutabilitatis.

Septima est necessitas immutabilitatis, quæ si est immutabilitas simpliciter, in solo Deo reperitur, si verò est secundum quid, etiam in alijs reperitur, Intelligentiæ enim dicuntur immutabiles in naturalibus secundum quid, quia possunt a Deo tam in essentialibus, quàm in accidentalibus mutari; sic cœlum dicitur immutabile, quia nec corrumpitur, nec alteratur primo cœli tex 20 & 21.

Octaua dicitur necessitas ad finem.

Octaua dicitur necessitas ad finem, vt inquit Gabriel 3. sententiarum, distinct. 16. quæstione vnica; & illud est quod sic dicitur necessariũ, sine quo aut simpliciter, aut non ita commode, finem possumus consequi, sic dicebat Dominus Caietanus 1. parte summæ Sancti Thomæ quæstione prima, commentario primo, quòd duplex est necessarium, videlicet. Simpliciter, & ad finem; Et ad finem adhuc dupliciter, vel ad esse, idest sine quo nullo modo possumus finem consequi, vel ad bene esse, idest, sine quo non ita commodè finem assequimur.

Nona dicitur necessitas Defectibilitatis.

Nona necessitas dicitur Defectibilitatis, seu Materiæ, quæ est causa omnia Defectus, hac necessitate, omne compositum ex materia prima, & forma necess: est vt corrumpatur, defectu se tenẽte ex parte materiæ propter priuationem sibi annexam, per quam semper ad maleficium tendit 1. Phys tex. 80.

Decima dicitur necessitas secundũ causam formalẽ.

Decima necessitas est secundum causam formalem, vt necessarium est humidum humectare, & calidum calefacere.

Vndecima dicitur necessitas secũdum causam materialem.

Vndecima dicitur necessitas secundum causam materialem, qua necessitate necessarium est contraria inuicem se destruere, quia 2. de gen. contraria in materia conueniunt, & in forma differunt, & contrariorum vnum est priuatio alterius 3 de anima 25. 10. Metaph. 15. & 12. Metaph. com. 22.

Duodecima necessitas dicitur violẽtiæ.

Duodecima necessitas dicitur necessitas violentiæ in genere causæ efficientis, quæ aliter dicitur necessitas coactionis, vt sagitta quæ grauis est necesse est sursum tendat à sagittante proiecta, quæ necessitas ideo violenta dicitur, quia motus naturalis grauiũ 1. cœli tex 17. est motus rectus deorsum.

Decimatertia necessitas secundũ causã finalem.

Decimatertia necessitas dicitur secũdum causam finalem, vt ad recuperandam sanitatem necessaria est Medicina, cuius finis est sanitas, & ad habendam scientiam de accidentibus proprijs, necessaria est Demonstratio, primo priorum capite primo, quoniam circa demonstrationem, & gratia scientiæ demonstratiuæ.

Decimaquarta necessitas consequẽtis.

Decimaquarta necessitas dicitur necessitas consequentia respectu eius quod non potest non esse, vt dicit Gabr. lib. 3. dist. 20. quæst. vnic. vel Logicè loquendo necessitas consequẽtis est, cùm in syllogismo infertur conclusio vera gratia materiæ, & gratia formæ, verbi gratia, hæc conclusio, omnis homo est risibilis, probata per hoc Medium, quod est, Animal rationale, dicitur necessaria necessitate consequentis, quia præmissæ sunt veræ & necessariæ.

Decimaquinta dicitur cõsequentiæ.

Decimaquinta verò necessitas dicitur necessitas consequentiæ & tunc est quando sequitur cõclusio uera, & necessaria quoad illationẽ, seu vim inferendi gratia solius formæ syllogisticæ, non obstante, quód præmissæ sunt falsæ, v. g. si hæc conclusio. Omnis homo est risibilis sic syllogizetur, Omne lignum est risibile, omnis homo est lignum, ergò omnis homo est risibilis, tunc ista conclusio dicitur necessaria necessitate consequentiæ inquantum est in modo, & figura hic syllogismus per quem probatur, quamuis eius præmissæ sunt falsæ. Et hæc de isto termino, necessarium, pro Nouitijs introducendis sint dicta. [Grisaori] iste uocabatur Menautius quoad nomen, & Grisaorius quoad cognomen, vt supra diximus, De quo in præsenti inquit Albertus quòd fuit quidam Porphyrij discipulus. Et Granadeus dicit, quod fuit eius Amicus. Et Caietanus addit, Patritij ordinis, à quo Porphyrius fuit requisitus. Sotus verò Hispanus inquit, quòd si hoc nomen, Grisaorius, esset nomen Græcũ; idem esset, ac auratum ferens ensem, sed quia est nomen latinũ, dicitur à Chrisa ciuitate Phrigiæ, & ita fuit iuuenis Siculus à Chrisa fluuio apud Syracusas sic dictus. Alij verò dicunt esse ciuem Romanum, virum Patritium; Albertus uero, & Aegidius conuenientes, quòd iste fuit quidam Porphyrij discipulus, non determinant, virum Romanus fuerit, an alterius generis, seu nationis, fortè hoc erat clarum apud Aegidium, cùm fuerit conciuis eius, de quo sic inquit; Grisaorius erat quidam discipulus Porphyrij, qui non poterat intelligere librum prædicamentorum Aristotelis, & rogauit Magistrũ suum Porphyrium, vt ipse faceret aliquam introductionem ad librum prædictum, ipse uerò motus precibus sui discipuli, condidit hunc librum. Ego uerò à pluribus ueritatem colligẽs.

Propria opin.

Dico quòd Grisaorius erat Iuuenis Romanus, Patritij ordinis, cui Porphyrius Siculus Romæ Mathematicam legebat, cùm autem uellet Porphyrius Siciliam petere ad aliquod negotiũ peragendum, Rogatus fuit à Grisaorio discipulo, ut sibi componeret historiam de igne Aethneo, qui continuò comburit, & accensus apparet in Montibus Aethneis in Sicilia, ubi uulgus dicit esse fauces inferni; cui pollicitus est Porphyrius se suis precibus satisfacturum, vnde cùm petijsset Siciliam Porphyrius, interea peruenit ad manus Grisaorij Logica Aristotelis, quam cùm non posset intelligere, scripsit ad Porphyrium rogans eum, ut si illã historiam confecisset quæso mitteret, si uerò non, aliquid scriberet cuius ope adiutus posset Aristotelis prædicamenta, & totam Logicam intelligere; & quia historiam non scripserat, ex libris Top. Aristotelis, & tota Logica collegit tractatum quinque

prædicabilium, qui inscribitur, Isagogè Porphyrij ad Grisaorium, & sic scribens ad Grisaorium, qui Romæ erat, dixit, cùm sit necessariū Grisaorij, &c. quæ epistola loco prohemij, modo habet.

Verba textus [Et ad eam, quæ est apud Arist. prædicamentorum doctrinam] [Et] Ammonius duas causas assignat, cur Porphyrius dixit, Et; Prima est, quia non solū ad Cathegorias hic liber conducit, sed etiam ad ea oīa quæ ipse paulopost subnectit, videlicet, ad definitionē, diuisionem, &c. & ad vniuersam Philosophiam. Secunda est, Et, idest nō solùm ad Arist. Cathegorias, sed ad reliquas etiā cathegorias Architæ, vt nonnulli dicunt, quam glossam Ammonio parum gratam, quidam acceptat, putās, esse propriā Ammonij sententiam

Verba textus [Apud Aristotelem] i. quę tradita est ab Arist. vt inquit Gratiadeus, vel ad eā quę est apud Aristotelis libros doctrinam prædicamentorum, ut inquit Albertus. Quæres cur dixit Apud Aristotelem, & non dixit, Aristotelis? Ad hoc Respondeo quod tempore Porphyrij, Dubium erat, An ista prædicamēta essent Arist. vel Architæ? Et si Aristotelis, cuius Aristotelis? cùm multi fuerint Aristoteles, puta, octo, vt inquit. Diogenes Laertius 5 lib. de vitis Philosophorū, & etiā Ammonius. Et si Architæ quis nam erat iste Architas? Vtrum Tarentinus Italus, vt voluit Iamblicus, An Archita Græcus, vt voluerunt Alij, & ideo de hac re dubius Porphyrius, quia arduū erat negotium, vt Nouitio explicaretur, dixit (Apud Arist.) i. qui cōmuniter ascribitur Aristoteli, & sic nō solùm ad differentiā Architę dixit [Et apud Aristotelē] differt. n. in bona grammatica dicere, liber est Petri, & liber est apud Petrū. Dices adhuc dubium remanet, apud quē Arist. ex illis octo? Ad hoc Respondeo secundū Græcos, quod apud Aristotelem Stagiritam, vt ex Plotino est manifestū apud Simpliciū, qui multa dixit contra hæc prędicamenta tamquàm Arist. Stagiritæ, ex qua Plotini auctoritate colligitur, quòd hic liber non est alicuius Architæ, sed Aristotelis Stagiritæ vnius ex illis octo, qui uocantur Aristoteles; hoc etiam patet ex ipsomet Porphyrio in lib. de interrogatione, & Respōsione Interrogatione quarta super prædicamenta, vbi dicit quod Erminius Grecus commentatus est hæc prædicamenta tamquàm Aristotelis Stagiritæ, quod etiam præstiterunt Dexippus, Ammonius, & Simplicius Græci. Et testatur Auerroes in sua paraphrasi, de quo multa dicit, vt in lib. destructio destructionum disp. 3. fol. 18. quòd intellectus Aristotelis fuit finis humani intellectus, quare creatus fuit, & datus nobis diuina prouisione, vt non ignoremus possibilia sciendi. & primo Physi. in prologo, sunt mille, & quingenti anni, & non est inuentus error in verbis eius, & in vno individuo reperiri tantam virtutem, est quid miraculosum, & ideo reperitur esse diuinus magis, quàm humanus, de cuius laudibus 3. cœli com. 1. primo de gen. 38. 3. de anima 14. 12. Metaphy. 14. & 18. & Tertio Metheororum c. de Iride. Tandem inquit Auer. Natura fecit vltimum posse in producendo hūc hominem, concludo igitur hunc librum esse Aristotelis, qui fuit filius Nicomachi, Amintæ Regis Macedonum Medici, vt inquit Ammonius, ex matre Phæstide ortus, vt illud Epigramma testatur; Nicomacho genitore satusq;, & Phæstide matre, est Asclepiadis Diuus Aristoteles.

Dubitatio cur dixit Aristotelis? Responsio.

Dubitatio, et responsio ex Plotino.

Laudes Aristotelis.

Terminus prædicamentum duplex. [prædicamentorum] prædicamentum dupliciter sumitur, videlicet complexè, vt exemplificat Porphyrius dicens. Vt substantia, corpus, corpus animatum, &c. Et incomplexè, vt substantia, quantitas, &c. quæ sunt genera generalissima:

Doctrina, quid? ex Aegidio Romano. quid etiā Disciplina. [Doctrina] Hic ex Aegidio notabis, quòd Doctrina, & Disciplina idem sunt, quibus communis est scientia. Quæ sic describitur; scientia est arbor arduissima, cuius radix amarissima, cuius fructus dulcissimus, & siquis radicis amaritudinem abhorruerit, fructus dulcedinem non gustabit: Doctrina enim est sermo ab ore Doctoris progrediens, in animo auditoris similem habitum relinquens: Disciplina uerò est quidam habitus ex doctrina docentis derelictus in animo addiscentis, quę causalitas, uel derelictio qualis sit primo Poste. quæst. 2. docet Scotus: Hinc cōmuniter dici solet, quòd doctrina, & disciplina idem sunt re, ratione uerò distincta, doctrina enim dicitur respectu Doctoris docentis, Disciplina uerò respectu discipuli addiscentis, ut primo Poster. benè inquit Philoponus, & uniuersa latinorum Schola. Sicuti actio, & passio 3. Phys. tex. 21. sunt idem motus realiter, sed ille unus motus dicitur Actio respectu mouentis, & passio respectu mobilis. Sed, an de prædicamentis possit esse doctrina? in prędicamentis a nobis responsum est.

Verba textus [Nosse] Nosse, uenit a uerbo nosco is, ui, tum (cuius compositum est cognosco), à quo uenit, Notio, quæ nil aliud est, nisi id per quod deuenitur in notitiam, & cognitionem alterius, vt si ego per, A, uenio in cognitionem ipsius, B; A, dicitur notio ipsius, B, unde notio est ratio formalis cognoscendi aliquod ignotum, & quia per quinque prædicabilia de facili posset Grisaorius peruenire in cognitionem prædicamentorum &c. ideo dixit, Nosse, & non dixit,

Cur dixit Nosse? Noscere, eo quòd aggrediens prædicamenta debet nosse, idest, prius cognouisse hæc quinque vniuersalia, ita ut doctrina prędicamētorum fiat ex præexistenti cognitione prædicabiliū, & propterea meritò non dixit, noscere, ne Grisaorius simul admiretur si non potuit intelligere prædicamenta quando peruenerūt ad manus eius, fine auxilio huius libri, uel postquàm habuit hunc librum à Porphyrio sibi traditum, uoluisset simul acquirere scientiam prædicabilium, & prædicamentorum, quod damnauit Aristoteles uō abre 2. Metaphysic. tex. 15. & reprehendit Auer. quia absurdum est simul quærere scientiam, & modum sciendi: Reliqui uerò termini, puta, Definitio, Diuisio, & Demonstratio, quia supra in quęstione de subiecto sunt declarati pertranseo in præsenti: Sed dubitabis, cur Porphyrius definitionē præposuit Diuisioni, cū definitio sit

Dubitatio literalis. Duplex Ammonij resp.

Diui-

diuisione posterior? Et ratio dubitandi est, quia Arist. in ueniendo definitionē, utitur uia ablatio nis, licet hoc damnauerit Alpharabius, ut primo cœli com. 100. dixit Auerroes. Ad hoc quæsitum dupliciter Respondet Ammonius, primò nihil prohibere, ut pro arbitrio hoc fecerit Porphyri⁹ ordinem præposterum obseruando, cognoscēs q de definitione agitur non solùm post diuisionem, sed etiā post Demonstrationē, ut Arist. fecit 1. post. tex. 8. cùm in 2. libro poste. de Demonstratione, in 2. lib. de definitione, tractauerit. Et hoc patet à simili, quia in hoc prohemio præposuit differentiā speciei. Secundo Respondet Ammonius, quia cōcreta definibilia, sunt nobis notiora, cùm compositio sit prior resolutione, & facilior, definitio enim per modū cōpositionis se habet, Diuisio uerò per modū resolutionis, quæ Definitio, & Diuisio, sunt eadem subiecto, affectione uerò, & ratione distincta, in illa enim aliquid resoluitur, ex quib⁹ cōponitur primo Phys. tex. 65. 3. cœli 25. & 3. Metaph. 15. Sed iterū dubitabit Nonnullus: Videtur Porphyrius sibi nō con stare circa ordinem horum prædicabilium, nam in hoc prohemio præponit differentiā speciei, & postea in tractatu prius agit de specie, q de differētia: Ad hoc Respōdit quidā, & responsio cō sistit in hoc, primò quia differentia est uniuersalior specie, ideo hic præponitur differentia, quia rationale qd̄ est differentia continet plus, quàm homo qui est species, quia rationale continet hominē, & Angelum, species uerò unum tantùm continet, scilicet hoiem: & sic in prohemio obseruauit ordinē doctrinę præponendo differentiā speciei, in tractatu uerò ordinem, qui est e natura relatiuorū: ista responsio nec sapit Logicam, nec Philosophiā; peccat. n. in tribus: Primo quia dicit, q differentia est magis uniuersalis, cùm cōpetat hominibus, & Angelis, hoc dictum est uanum, quia Porphyrius loquitur de differentia in communi, quę abstrahit ab hac, & illa differētia, & sic etiam à pari loquitur de specie, ut est quędā secunda intētio applicabilis omnibus speciebus primò intētionalibus sumptis, ipse uerò Respondit de differentia, puta, rationali, q competit hominibus, & Angelis, quasi Porphyrius loquatur tantùm de rationali, ate quando differentiā nominat, quandoquidem de differētia loquitur in communi: Secundò peccat hoc dictū, quia cùm dicuntur Angeli esse rationales, tunc sumitur ly, rationale, pro intellectuali, quod competit homini, Angelo, & Deo. Sic dicebat Boetius, q persona est rationalis, id est, intellectualis naturę indiuidua substantia. Sed rationale quod ponitur ut differentia hominis, sumitur p discursiuo, quod Angelis nō cōpetit. Sed hominibus tantùmodo. Et sic Rationale est æquiuocū hominibus, & intelligentijs, ipsę enim intelligunt per species innatas non acquisitas, homines uerò per acquisitas, ut dicebat Scotus in Porph. quæst. 29. & tūc rationale sumitur pro intellectuali, sed rationale qd̄ est differētia hoīs, seu discursiuū, uniuocè competit omnibus hominibus, & solis; & tūc illud rationale, quod est differentia hominis non est uniuersalius homine, cū conuertatur cū illo. Tertiò peccat ista opinio dicē, q in prohemio Porphyrius obseruauit ordinē doctrinæ præponendo differentiā speciei: Contra hoc dictū quod est fundatū in terminis Logicalibus, dū vocat ordinē doctrinę illū ordinē, qui est ordo naturę; & ideo multis dimissis, ne p latum vagē diseedamus à vera Logica, q qui ignorat terminos, ignorat & rē terminatam; Dicamus nos ad dubitatio nē, q duplex est ordo, quidā est ordo naturæ, quidam verò est ordo doctrinæ: ordo naturæ est incipere à causa ad effectū, sic 1. Phys. in prohemio, principia, causæ, & elemēta sunt nota naturę; ordo verò doctrinę est, incipere à facilioribus sequendo ordinē facilitatis: Tunc dico, q Porphy. sequutus est ordinē naturę incipiēdo à causa ad effectū, Nam ordine naturę, prius differentia vnitur generi, seu cōtrahit genus, postea verò resultat species cōposita ex genere, & differentia, iuxta illud eiusdē Porphyrij in c. de differētia in initio, ibi, Aīali. n. adueniens rationalis differentia aliud fecit, &c. In tractatu verò sequutus est ordinem Doctrinę, q requirit, & sequitur meliorem modū cognoscendi & hunc ordinē Porphy. obseruauit in tractatu, vbi post genus declarauit speciē, quia sunt relatiua, & simul cognitione ex Arist. 5. Metaph. & in prædicamentis c. de relatiuis: Sed contra, cognitio dicit esse per priora, & notiora; sed vnū relatiuorum non est prius, & notius altero ergo vnū non cognoscitur per alterū, hoc solsunt Apollo, q nos in prædicamētis plura dicimus. Quarto errat ista Responsio, qū dicit, q species vnum tm̄ continet, scilicet hominem: cōtra; hoc dictū nullum habere pôt bonū sensum, & ideo omnīquāq; est falsum; qa vel sumit speciē pro prima intentione, aut pro secunda intentione. Si pro prima intentione, dictū est falsum, qa species vt sic, non continet solum hoiem, sed equū, Leonem, &c. Si pro secūda intentione, etiā plures species continet, seu de pluribus alijs speciebus pro secunda intentione prędicatur, vel de pluribus speciebus pro prima intentione, vt habet esse cognitū apud intellectū, quæ species tūc vt quid, est species; sed vt modus est, scilicet vt modus, est species scd̄m Sco. in prędicab. q. 12. hæc ad exercendū nostrorū discipulorum ingenia, non autem studio contradicendi sint dicta. Possem enim non sine forti, & euidenti ratione multa dicere, sed relinquo, A Martiali Poeta monitus sic dicēte: Cùm tota tibi ponatur Auas, sed pectore tantùm, & ceruice sapit, cætera redde coco.

Respon.

Dubitatio Il teralis.

Responsio cu iusdam.

Falsa respō-sio in tribus deficiens. & primo.

Secundo deficit ista solutio.

Tertiò deficit ista solutio.

Vera, & indubitata responsio.

Cōtra responsionem per̄ catur.

Declaratio digressionis D. Caietani, an necessarium hic sumatur pro vtili, idest necessario secundum quid, an pro necessario simpliciter.

ET quia D. Caietanus digressus est in præsenti, quęrēs quomodo sumitur hic necessariū, eius digressionem explicare intendo, quæ in quatuor præcipuas partes est diuisa. In prima p. po.

nit ad vtramq; partem argumēta. In secunda affert duas opiniones, vnā Alberti sui ducis, Auerrois verò alteram. In tertia parte Respōdet sequēdo Opinionem Auerrois. In quarta parte modificando Alberti opinionē, saluat illam. Dimissa igitur prima parte, vt clara: Quoad secundā partē, puta, opinionū enarratiuā, Dico ꝙ de hac re multò plures sunt opiniones ꝙ̃ hic affert Caietanus.

Prima opin. Alberti Magni.

Prima igitur opinio est Alberti Magni in tract. 2. c. 1. qui præmissa distinctione ꝙ duplex est necessariū videlicet. Ineuitabile, & vtile; & ꝙ necessariū Ineuitabile est necessariū simpliciter, necessariū vtile secundū quid; tūc Respōdet Albertus ꝙ dupliciter considerari possunt hæc vniuersalia, vno modo vt habent rationē prędicabilium. i. ad inuicem ordinantur in recta linea prędicamentali secundū sub, & supra; est enim prædicamentū complexè sumptum coordinatio plurium prędicabiliū secūdū sub & supra. i. vt diuerso respectu sunt genera, & species subalternæ, species specialissimæ, & genus generalissimū, & sic ineuitabile est, & simpliciter necessariū prçcognoscere prędicabilia ante prędicamenta. Alio modo cōsiderātur hæc vniuersalia, prout oēs res limitatę, & materiales ad sua genera reducuntur, & genera illa ad quę res reducuntur, per suas species diuiduntur, iuxta illud Arist. in antepraedicamentis regula secūda. Diuersorum generū nō subalternatim positorū diuersæ sunt species, & differētiæ, &c. Et hoc modo vniuersalia necessaria sunt. i. vtilia ad prędicamentorum doctrinam cōparandam: hæc est opinio Alberti quāuis Caietanus ponat de mēte Alberti hanc distinctionē esse de prædicamētis, nō autē de prædicabilibus; tñ primum sensum facere mihi videntur Alberti verba, & cū hoc quouis modo dicat, clara habetur Alberti sentētia, ꝙ necessarium sumitur hic pro necessario simpliciter quoad prędicamēta, & vt alij dicunt secundū quid quoad def. diu. & demonstrationē.

Hæc vniuersalia dupliciter cōsiderantur secūdum Albertum.

Caietanus.

Secunda opinio Auerrois Caiet. Ant. Andreæ, Ioānnis de Magistris, Philippi Mucagatę Burlei, Gratiadei. Aegidij, Boetij Seuerini, & Petri Tatareti.

Secunda opinio est Auerrois in principio suę paraphrasis c. 1. qui dicit, hic necessariū sumi pro vtili, Ratio opinionis Auerrois est, quia notitia illa quę habetur hīc de prędicabilibus per eorū definitiones, aut pertinet ad artē demōstratiuam. i. ad libros post. & præcipuè ad caput quartū. & quintū, & ad secundū post. vel ad lib. Perihermen. c. 5. & sic cōfugiendū est ad istos libros potius, quàm ad hūc. Aut ꝑtinet ad artē probabilem seu materiā contingentē, & sic pertinet ad Dialecticam. i. ad libros Topicorum, puta, ad caput quartū, & tunc eò est cōfugiendū, & non ad hunc librum, hanc opinionem sequuti sunt Caietanus in pręsenti, Ant. Andr. Petrus Tataretus. Ioannes de Magistris, Magister Philippus Mucagata. Burleus, Gratiadeus, & Aegidius columna hic, cuius sentētia hinc inde ī his verbis cōsistit.

Huius libri duplex finis, videlicet, intra, & extra.

Finis extra est triplex.

Causa finalis huius libri duplex est scilicet, finis intra, & finis extra, Finis intra est cognitio huius libri, & prędicamentorū Arist. finis extra est triplex, scilicet. Remotus, & est cognitio Logicæ, Remotior & est cognitio Philosophię, remotissimus, & est Beatitudo Aīæ, & q̄a ex his verbis clarè colligi non pōt qualis necessitas sit ista, magis infra exponēdo literam, inquit, ꝙ dupliciter est necessariū, vno mō simpliciter, qua necessitate aīal nō pōt esse sine alimēto, alio mō scd̄m q̄d sine quo res non pōt bene esse, vt vestis. & hoc vlt. modo sumiē hic necessariū pro vtili. Hæc Aegidius, neq; ab hoc recedit Boetius Seuerinus: sed pro opinione D. Caietani ꝓ Nouitio noto, ꝙ ipsemet dicit par. 1. q. 1. com 1. ꝙ duplex est necessarium, quoddā videlicet simpliciter, quoddā verò ad finē. Necessariū ad finē adhuc dupliciter, vno modo videlicet, ad esse, alio modo ad bene esse, ꝙ ista ꝑdicabilia nō sint entia necessaria simpliciter simplicitate absoluta oēs dicunt, si verò loquimur de necessitate ad finē ad esse, hoc negat Caietan⁹, si verò ad bene esse, hoc cōcedit cū Auerroe, q̄d ēt alij diuersarū sectarū assenetāt.

Duplex necessarium ex Caietano.

Tertia opin. Soti Hispani.

Tertia opi. nō minus clara, ꝙ̃ vera, est opin. Dñici de Soto: q̄ in hac distinctione cōsistit, ꝙ hic liber dupliciter consideratē, vno modo quoad cognitionē quinq; vniuersaliū. Alio mō cōsideratur hic liber quoad cōpilationē quinq; vniuersaliū in eo contentā. Q̄d alij dicūt dupliciter hūc lib. considerari posse, vno mō materialiter. i. quoad cōpilationē in eo factā, alio mō formaliter. i. quoad cognitionē in eo cōtentā: Tunc resp. ꝙ si hic liber sumitur primo modo, necessarium sumitē pro necessario scd̄m q̄d, & sic iste liber est vtilis tm̄ ad lib. prædicamētorū. Si verò sumitur secundo modo. i. formaliter pro cognitione vniuersaliū, sic ly. necessariū; sumitē ꝓ necessario simpliciter. Et sic iste liber est necessari⁹ simpliciter. Sed adhuc q̄res, q̄ fuit Mēs Porphyrij sumēdi librū, primo modo. i. materialiter seu pro compilatione à se facta. An formaliter, & pro cognitione, in eo cōtēta? Ad hoc resp. Sotus, ꝙ sumitur hic necessariū pro necessario simpliciter, vt refertur ad lib. formaliter seu pro cognitione consideratū, idipsū dixit ēt Ammoni⁹, Alphons⁹ Hispa. Pau. Ven. & Sone. ꝙ hic liber est necessari⁹ simpliciter ī rōne finis q̄ ꝑfectè acq̄ri vult sciētia ꝑdicamentorū; Diu. Defin. & Demōstrationis: vbi not. ꝙ ꝑ quatuor causis sumitē necessitas quinq; vniuersaliū. s. finali, efficiēte, formali, & materiali. Finis. n. hui⁹ libri duplex est, videlicet, extrinsec⁹. & remotus, & est Gregorius pp quē hunc libr. cōpilauit. Intrinsecus, & propinqu⁹, & est notitia ꝑdicamētorū, diff. & diu. & demonstrandi eā efficiens fuit Porph. Causa formalis, mod⁹ tractādi, & introducēdi; Causa materialis sūt q̄nq; vniuersalia. Et ꝓbatur ex verbis ipsis, dicit. n. Porph. ꝙ est necessariū nosse q̄d genus, differentia, &c. Ecce ꝙ necessitas cadit super cognitionem prædicab. quam ab Arist. 1. Top. c. 4. sumpsit Porphy.

Dubitatio.

Responsio Soti.

A quadruplici caussa sumitur necessitas huius libri.

Dubitatio.

Responsio.

Dices erit diminut⁹ Arist. cùm lib. ꝑdicab. nō cōposuerit. Ad hoc resp. aliqui, Arist. lib. hūc cōposuisse, & ad nos nō peruenisse, sicuti cōposuit ēt libr. de defin. qui ad Arabes nō peruenit, vt testantur Auic. & Alpharabius: composuit etiam Arist. lib. de diuisione, qui nec modo extat, licet oppositum dicat hic Caietanus, idest, vel dicimus ꝙ prædicabilium doctrinā tradidit Aristoteles in Topicis: Dices contra, ergo libri Topicorum debuissent legi ante librum prædicamentorum? Respondeo ꝙ Doctor docēs

Dubitatio.

præ-

prædicamenta simul docere potuisset doctrinam
prædicabilium, quamuia hoc fuisset aliquãtulum
Discipulo difficile. Et ideo tractatio Porphyrij dĩ
citus necessaria secundum quid, idest, ad euitan-
dum maiorem laborem, nõ autem simpliciter, cũ
multi alij ante Porphyrium fuerint egregij Logi-
ci, atque Philosophi, qui etsi non habuerũt hunc
librum, habuerunt tamen vniuersalium cognitio
nem, quæ in eo nunc continetur libro, qui ad prę
dicamẽta, & ad totam Logicam faciliorem addi-
tum parat. Vnde ad primam rationem in oppo-
situm, & ad motiua Aueroia Respondemus. Ad
primam quę erat, ꝙ diminutus appareret Aristo
teles, & superfluus in Topicis, cùm de his ibi deter
minauerit, quæ erant in principio Logicæ deter-
minanda. Ad hoc respõdetur ꝙ Arist. non est di-
minutus, quia composuit hunc librum, & quan-
do subinfert ꝙ superfluus in Topicis, respondeo
ꝙ quæ minus exactè erãt tractata in Topicis, ma-
iori diligentia tractari poterant in peculiari tra-
ctatu, & magis distinctè: Ad motiua Auerrois,
qui semper conatus est deturpare hunc Porphy-
rij librum, vt patet in fine sui commentarij, & be
nè animaduertit Tiberius Bononiensis. Respon-
deo, & dum dicit, ꝙ hæc doctrina, vel pertinet ad
partem seu artem demõstratiuã, aut ad artẽ pro-
babilem; Respondeo, ꝙ diuersa ratione in omni-
bus his locis de his tractatur, in libris enim poste-
riorum, vt ingrediuntur regulas demonstratiuas,
in Topicis, vt sunt partes artis probabilis, seu vt
ingrediuntur syllogismũ Topicũ; hic verò in præ-
senti libro, vt sunt introductoria ad totam Logi-
cam. Et nota ꝙ his rationibus innitebatur An-
gelus Thius. Vt supra eum confutauimus: & hæc
de parua hac Caietani digressione sint dicta. Re-
manet ergò tuta vera, & magis quietatiua hu-
mani Intellectus sententia Dominici Soti, cùm
nulla aliarum opinionum se explicet, vtrũ loqua-
tur de lib. Porphyrij, an de doctrina in eo conten
ta. Sed solus iste dixit, ꝙ si est quæstio de necessi-
tate cognitionis vniuersalium, talis cognitio est
simpliciter necessaria, & hoc quodãmodo est cõ-
tra Albertum, qui dicebat, ꝙ non semper, si verò
est quæstio de necessitate huius opusculi, sic ne-
cessarium sumitur pro vtili; sed necessarium sumi
tur hic primo modo pro necessario simpliciter.
His igitur sic stantibus quoad digressionẽ D. Ca-
ietani, literam sic construe: Porphyrius igitur al-
loquendo Discipulum suũ sic inquit; O Grisao-
ri discipule de genere Romanorum, & patritij
ordinis [Cùm sit necessarium] idest vtile, vt dicũt
Auer. Caietanus, Aut. And. Petrus Tataretus, Io-
annes de Magistria, Philippus Mucagata, Boetius
& Aegidius Romanus; vel & melius, necessarium
simpliciter, Vt Ammonius, & Sotus: [Nosse]
idest prius cognouisse, [quid sit genus] .i. genus
Logicum [quid species] .i. illa quę ponitur sub as-
signato genere, & prædicatur de pluribus dif-
ferentibus numero in eo ꝙ quid [Et quid diffe-
rentia] .i. differẽtia specifica faciens aliud: siue in-
termedia, vt generica, siue vltimata, vt specifica
[Quid proprium] .i. propriũ Quarto modo sum-
ptum, quod conuenit Soli, omni, & semper, & cõ-
uersim prædicatur de re, non indicans substantiã
rei [Et quid accidens] Quod adest, & abest à su-
biecto prętet subiecti corruptionem, cum corru-
ptione tamen sui [Et ad eam Doctrinam prædi-
camentorum] .i. ad acquirendum doctrinam de
decem prędicamentis [quę est apud Aristotelẽ] .i.
siue sint ab Aristotele Stagirita composita, vel ab
alio Arist. etiam Gręco vno ex illis octo, vt refert
Diogenes, siue ab Archita Tarẽtino, vt vult Iam-
blicus, siue Archita Græco Peripatetico, vt volũt
alij [Et ad definitionum assignationem] .i. ad cõ-
ponendũ diffinitiones, quæ si sunt quidditatiuæ,
constãt ex genere propinquo, & differẽtia speci-
fica, si verò descriptiuæ ex genere, & proprio [Et
omnino ad ea quę in diuisione] omnino .i. vniuer
saliter, vt Paulus Venetus, & Gratiadeus ad il-
lam diuisionẽ quæ est generis in species per diffe
rentias oppositas [Et demonstratione sunt] idest
ad cõponendum demonstrationẽ, quę duplex est
secundũ Gręcos, videlicet. Quia, & propter quid,
& triplex secundũ Auerroem, addita demonstra-
tione simpliciter specie ab illis distincta. Sic igit̃
pro Tyronibus cõstrũcta litera. Ex texto, & litera
Porphyrij, hęc colligitur conclusio.

Ad primã rationem resp.

Resp.

Ad motiua Auerrois respondetur.

Verior opin. qui sequitur Auctor.

Constructio literæ.

CONCLVSIO.

Tantùm sunt quinque vniuersalia, videlicet. Genus, Differentia, Species, Proprium, & Accidens; Quorum cognitio est simpliciter necessaria ad prædicamenta, Definit. Diuisi. & Demonstrationem.

Cõclusio Textualis ĩ duas partes diuisa.

ISTA totalia conclusio in qua literæ sensus
cõsistit, duas habet partes, quarum prima est
de numero prædicabilium, secunda verò de ne-
cessitate cognitionis eorũ; quoad primã partem
duo faciã, primò sensum eius aperiã, secundò in
contrariũ arg adducã: Quãtum verò ad primum
spectat. Dico ꝙ ly, [tãtùm sunt quinq; uniuersa-
lia] dupliciter potest exponi, vno modo, uidelicet
gratia Alietatis, alio uerò modo gratia pluralita-
tis. Primo modo est falsa propositio, cũ multa a-
lia sint uniuersalia præter ista; gratia uerò plura-
litatis est uera, & hoc si sumitur uniuersale, pro p
se significato .i. pro secunda intentione, & tũc iste
erit sensus, Tantùm sunt quinq; intentiones uni
uersaliũ specie distinctæ, sub quibus oẽs intentio
nes uniuersaliũ continentur, & non sunt plures
quàm quinq;. Si uerò sumit̃ uniuersale pro per se
denominato .i. prima intẽtione, tũc est falsa q̃a vt
sic plura sunt q̃ quinq; p̃dicabilia, seu vniuersalia,
eo ꝙ decem sunt prędicamenta quorũ quodlibet
est uniuersale: sic igit̃ explicato sensu. Cõtra nũc
arguo, & probo ꝙ uniuersalia non sunt tm̃ quin-
que, sed plura, uel pauciora. Et primò, Accidẽs, &
genus, non sunt duo prędicabilia, ergò, prędica-
bilia nõ sunt quinq;. Antecedẽs probatur, q̃a co-
lor v.g. Est accidẽs cũ non sit de substantia corpo
ris colorati, & est genus ad albedinẽ, ut dicit Por-
phyrius in c. de specie in initio, ibi, album autẽ spe-
ciẽ coloris, &c. Ad hoc resp. ꝙ color q̃ est accidẽs,

Ista prima pars conclusionis duplicem sensum potest facere.

Notandum.

Arguitur primo prędicabilia nõ esse quinque.

Responsio.

dupli-

Responsio. dupliciter pôt considerari, vno modo in ordine ad subiectū in quo, idest, ad subiectum inhæsionis, cui inhæret, cùm accidentis esse sit subiecto inhærere, & in eo sustentari 7. Metaphys. & hoc modo dicitur accidens, quasi ad aliud cadens, puta, ad subiectum. Alio modo consideratur color in ordine ad subiectum de quo, idest, ad subiectum prædicationis, & sic dicitur genus, cuius subiecta prędicationis sunt partes subiectiuę seu species eius, vt Albedo, nigredo, &c. Interroganti enim alicui quid est albedo? Respondemus per eius definitionem. quod est color disgregatiuus visus, in qua definitione color, est, genus, & ly, disgregatiuū visus; est loco differentiæ, & hoc argumentum procedit de accidente, & genere etiam pro per se denominato, licet principaliter intelligi debeat pro per se significato. Secūdo dictum est supra in declaratione cōclusionis, quòd quinq; prædicabilia sunt species disparatæ ipsius vniuersalis; hinc arguo sic. Vnum disparatorum non includitur in alio, sed genus includitur in specie, vt v.g. Animal in homine, ergo genus, & species non sunt duo prędicabilia opposita, & disparata. Et consequenter prædicabilia non sunt quinque. Ad hoc Respondeo ꝙ genus, & species dupliciter possunt cōsiderari, vno modo pro per se denominato, idest pro prima intentione, vt Animal, & Homo. Alio modo possunt considerari pro per se significatō, vt sunt istæ secundæ intentiones genus, & species. Tunc ad argumentū. Dico, ꝙ sumēdo genus fundamētaliter, idest pro prima intentione, includitur in specie etiam fundamētaliter sumpta, vt Animal includitur in homine, cùm sit pars definitionis ipsius hominis: sumendo verò genus formaliter, & pro secunda intentione, sic sunt intentiones distinctæ coincidentes. Contra, & probo ꝙ genus, & species, vt sunt intentiones formaliter consideratæ coincidunt. Genus, & species formaliter sumpta, sunt species disparatæ sub vniuersali, & vera est ista propositio, genus est species vniuersalis, tunc Arguo sic, A parte in modo ad totū in modo, quando determinatio non est distrahēs, vel diminuēs, sed contrahens, valet consequentia; sed si ista est vera, genus est species vniuersalis à parte in modo, ista etiam erit vera, ergo genus est species ad totum in modo, & sic genus, & species etiam pro secunda intentione coincidunt, nec sunt intentiones disparatæ, & cōsequenter prædicabilia non sunt quinque. Ad hanc replicam Respōdeo, ꝙ genus est species non respectu eiusdem, sed respectu diuersorum, v.g. primum prædicabile quod dicitur genus respectu suarum specierum de quibus prædicatur in quid, est genus, & non species. At respectu vniuersalis, quod est genus ad quinque prædicabilia, est species, & non genus? & sic illud quod est genus tantùm, & non species, facit vnum prædicabile, & illud quod est species, & non genus facit aliud, quę sunt duæ intentiones disparatæ, & distinctæ, non obstante, ꝙ vnum, & idem est genus, & species, idest genus, vt quid, & species vt modus, prędicatione denominatiua. Et tunc ad formam argumenti à parte in modo ad totum in modo, Respondeo. quòd quādo dicis, genus formaliter sumptum est species vniuersalis, ergò genus formaliter sumptum est species, Concedo. Genus vt quid, & species vt modus seu denominatiuè, quod Porphyrius non negat. Contra, Oppositum nullo modo prędicatur de opposito. Sed cum dicis, ꝙ genus est species, prędicatur oppositum de opposito ergo. Respondeo, ꝙ genus, & species formaliter sumpta tripliciter possunt sumi, vno modo ambo vt quid, alio modo Ambo vt modus, & tertiò modo vnum vt quid, & alterum vt Modus, tunc dico ꝙ quando genus, & species considerātur ambo vt quid, vel ambo vt modus, tunc opponuntur, & vnū non prædicatur de altero, quia genus, vt quid, idest, secundum suam quidditatiuam rationem formalem genericam, non potest esse species secundum rationem formalem quidditatiuam specificam. Sed quando sumitur genus, vt quid, & species, vt modus, bene genus potest esse species, cùm non sint opposita. Modo quando dicimus, ꝙ genus, & species sunt duo prędicabilia distincta, vtrūq; consideratur, vt quid, & sic vnum nō prędicatur, de altero in actu exercito per verbum sum es est, in terminis secundæ intentionis, bene tamen in terminis primę intentionis dicēdo, homo est Animal. Tertio arguitur etiam ad probandum, ꝙ non sunt quinque, prędicari est proprium ipsius vniuersalis, ergo tot debent esse vniuersalia, quot sunt prędicata, sed prædicata sunt quatuor tantùm, puta terminus seu difinitio, genus, proprium, & accidens 1. Topic. cap. 4. ergò quatuor etiam sunt vniuersalia: imò sunt tātùm tria, quia ibi non ponuntur species, & differentia. Ad hoc respondetur optimè à Scoto, quæst. 12 non autē à Soto qui aliam viam est aggressus in prędicab. quæst. 5. Responsio autem consistit in hoc, ꝙ diuersus modus considerandi hæc prædicab. in hoc libro, & 1. Topic. cap. 4. facit, vt hic quinque, ibi verò quatuor enumerentur. Modus autē diuersus est iste, ꝙ hic considerantur penes prædicari in quid, vel in quale, nam si prædicabile prædicatur in quid, aut prędicatur de pluribus differentibus specie, & sic est genus, aut de pluribus differentibus numero, & sic est species: Si in quale, aut in quale essentiale, & sic est differentia, Aut in quale accidentale, & sic dupliciter. Aut videlicet, Conuertibiliter, & sic est proprium, aut nō conuertibiliter, & sic est accidens: Modus verò considerandi hæc prędicabilia in Topicis est, penes prædicare essentiam, vel non. Cōuertibiliter, vel non conuertibiliter, hoc modo. Omne prędicabile, aut prædicat essentiam, aut nō prędicat essentiam; si prędicat essentiam sic est terminus, idest definitio, & genus, definitio quæ dicit totā essentiam, genus quod dicit partem essentiæ, puta, materiam. Si non prędicat essentiā, sic est proprium, & accidens: Si prædicat essentiā, (vel saltem est quid essentiale fluens ab essentia) sic dupliciter, aut prædicatur conuertibiliter, aut non conuertibiliter; si conuertibiliter sic est terminus seu

Arguitur 2.

Respō. quòd genus, & species dupliciter considerari possunt videlicet, pro per se denominato, & pro per se significato.

Contra replicatur.

Responsio.

Contra iterū replicatur.

Responsio.

Arguitur 3.

Responsio Scoti.

Modus considerandi hæc in libro Porphyrij.

Modus considerandi hæc prædicabilia in libris Topicorum.

seu definitio quæ prædicatur conuertibiliter, & indicat substantiam rei, aut est proprium, quod non indicat substantiam rei: si non conuertibiliter, sic est genus & accidens. Et sic patet quo modo sic considerando prædicabilia sunt tantùm quatuor: & ad illud, quod hic non ponitur species, & differentia, & ideo videntur esse tria.

Resp.

Respondeo, quod non posuit differentiam, quia reducitur ad definitionem, nec ponitur species, quia species est tota definitio, ab illa sola rõne distincta, vt dicit Caieta. 1. Post. cap. 3. vel distinctione ex natura rei, vt volunt Scotistæ, & nos in 3. p. discorsus de triplici intellectu satis diximus.

Dubitatio.

Dices, si non posuit differentiam, quia reducitur ad definitionẽ, ergo nec ponere debebat genus, quod etiam est pars definitionis.

Responsio.

Respondeo, quod nõ posuit differentiam, & posuit genus, quia differẽtia prędicat essentiam conuertibiliter sicuti & definitio. Genus verò prędicat essentiam, sed non cõuertibiliter, & ideo vt esset sufficiens bimembris diuisio de prędicare essentiam & non essentiam, conuertibiliter & non conuertibiliter posuit, ipsum genus.

Arguitur 4.

Quartò arguitur, & probatur esse plura quã quinque: Primò quia in 1. Topic. cap. 4. ponitur definitio, ergo plura & sic sex sunt prædicabilia.

Responsio.

Ad hoc respondeo, quod duplicia sunt prędicata, vel prędicabilia, videlicet complexa, & incomplexa, modo dico quod definitio est prædicabile cõplexum, illa verò quinque sunt incomplexa, quod si vis numerare incomplexa, sunt tantũ quinque, & sic sumpsit Porphyrius, si vis connumerare illis prędicabile complexum, vt est definitio, sic erunt sex, & nihil erit contra Porphyrium.

Contra replicatur.

Contra, species etiam est prędicabile complexũ, ergo quatuor tantùm sunt prędicabilia incomplexa.

Responsio.

Respondeo duplex est complexum, videlicet confusum, & distinctum. primo Physicorum. tex. 4. Modo dico quod species est complexum confusum, & definitio est complexum distinctũ, & sic quodammodo quatuor tantùm sunt simplicia prædicabilia, sed species reducitur potius ad prædicabilia simplicia, quàm ad definitionem complexam, & hoc sumendo speciem pro prima intẽtione, si verò sumatur species pro secunda intentione, ut sumi debet intentio speciei, est simplex, sed intentio definitionis est complexa ex duabus intentionibus, videlicet generica, & differentiali.

Secũda pars replicæ.
Respõ. quod indiuiduũ dupliciter põt sumi.

Secundò indiuiduum est vniuersale, quia prædicatur de pluribus, dicendo Socrates est indiuiduum, Plato est indiuiduum, &c. Ad hoc respondetur quod, ly indiuiduum, dupliciter potest sumi, vno modo pro prima intentione, vt est hic homo, Socrates, Cicero, &c. Alio modo pro secũda intentione, vt est terminus intentionalis ab intellectu fabricatus, & sic habet rationem speciei, & reducitur ad speciem. Primo modo non prædicatur de pluribus, benè tamen secundo modo, nec propterea est sextum vniuersale ab omnibus alijs distinctum.

Tertia pars replicæ.
Respõ. quod duplex est vniuersale, videlicet trãscendens, & limitatum.

Tertio ens est vniuersale, & non est aliquod ex his quinque. Ad hoc respondeo, quod duplex est vniuersale, scilicet transcendens, & limitatum, ens est vniuersale transcendens, cùm ens transcendenter sumptum prima sui diuisione diuidatur in ens reale, & ens rationis, vt æquiuocum in sua ęquiuocata, adeò quod secundum se, nec est ens reale, nec est rationis positiuè, licet sit vtrunque permissiuè: quinque verò vniuersalia sunt vniuersalia limitata, & quia Porphyrius loquitur de vniuersalibus limitatis, ideo posuit quinque, quibus si addatur ens, erunt sex limitata, & illimitata simul iuncta.

Quarta pars replicæ.

Quartò minus principaliter. Quot modis dicitur vnũ oppositorũ, tot modis dicitur & reliquum. 1. Top. cap. 12. sed singulare, & vniuersale sunt opposita. 1. Post. tex. 12. & singularia sunt infinita quorum nõ est definitio. 7. Metaph. 37. propterea quod in eis datur processus in infinitum per accidens. 5. Physicor. com. 13. 1. Cœli. com. 22. & 2. de Gen. com. vlt. ergo & vniuersalia etiam sunt infinita, & sic non quinque.

Resp. ex Scoto, & Anton. And. cum declaratione eius.

Ad hoc respondeo, quod illa propositio, quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis dicitur & reliquũ de mente Sco. q. 12. & Ant. And. q. vltima. debet intelligi, quoad significata, non autem quoad supposita. i. indiuidua, si secũdum uẽm significationẽ illa opponuntur. Responsio ista breuis est, & indiget glossa: volunt dicere isti (qui paucis verbis sua dicta percipi cupiũt quę tamen tardò, vt puto percipiuntur) quòd duplex est multitudo, vna quidem suppositorum. i. singularium, & Indiuiduorũ, vbi nimis latè vtuntur nomine suppositi pro quocunque singulari. Alia est multitudo significatorũ, propositio Arist. 1. Top. cap 12. debet intelligi, quoad significata, quando illa opponuntur secundum omnẽ significationem. i. secundum omnia sua significata, non autem quoad supposita, non valet enim, bonum, & malũ sunt opposita, ergo quot sunt mala in mundo, tot sunt bona. i. quot sunt indiuidua bonitatis, tot indiuidua malitiæ, similiter album & nigrum sunt opposita; ergo quot sunt Res albæ, tot sunt Res nigræ, non valet. Valet tamen regula Aristot. quoad significata, vt vnum & multa opponuntur secundum omnem suam significationem, ergo quot sunt significata vnius, tot sunt alterius. verbi gratia. 5. Metaph. dicitur vnum quadrupliciter, v3. vnum numero, vnum specie, genere, & proportione: ita etiam ex opposito, dicuntur multa, numero, specie, genere, & proportione; similiter se habent acutum, & graue, sed acutum est in vino, aceto, voce, & gladio, sic etiam obtusum eius oppositum dicitur etiam in vino, aceto, voce, & gladio.

Respon.

Modo ad argumentum dicitur, quod cùm singularia, & vniuersalia non opponantur secundum omnem significationem, quia uniuersale est in singularibus, opponuntur quoad significata, nõ quoad supposita. v.g. vniuersale est communicabile pluribus, singulare non, vniuersale est ęternum, singulare est corruptibile, vniuersale est insensibile, singulare est sensibile, & singularia infinita, nõ uniuersalia. Remanet ergo firma conclusio quoad primam partem, quòd prędicabilia tantùm sunt quinque. Quorum sufficientiam

modo

modo inuestigemus.

Prima via sumendi sufficientiã quinque prædicabilium, est Alberti Magni, & postea Tiberij Bacculerij.

Primus modus sumendi sufficientiam prędicabilium, est Alberti Magni tract. 2. cap. 1. quem in hoc sequitur Tiberius Bononiensis, & impugnat Scotus. Vniuersale vel significat substantiam, vel accidens; si substantiam, vel totã, vel partem; si partem, vel materialem, & sic est genus, vel formalem, & sic est differentia, vel totam substantiam, & sic est species: quia species dicit totã essentiam, seu totum esse formale indiuiduorum de quibus prædicatur; si accidens, vel conuertibile, & sic est proprium, vel non conuertibile, & sic est quintum vniuersale, quod dicitur accidens; hęc Albertus: sed hanc opinionem reijcit Scotus sic; quinque vniuersalia sunt intentiones secundæ, & accidunt rebus primæ intentionis, quę sunt eorum fundamenta, sed nihil per se distinguitur secundum illud cui accidit, ergo nec intẽtiones distinguũtur per se penes res, sed Logicus per se considerat intentiones secundas adiunctas primis intentionibus, ergo hæc diuisio non est logicalis. Eo maximè quia omnia vniuersalia sunt in genere accidentis, cùm sint secundæ intẽtiones, ergo malè distinguũtur p significare substantiam, vel accidens, sed hæc impugnatio Scoti contra hãc opinionem Alberti pendet aliundè, videlicet à q. 34. An definitur genus, & alia prędicabilia, formaliter pro intentione secunda, An fundamẽtaliter pro intẽtione prima, vt est Aial, Homo, &c. Et quia Albertus tenet, ꝙ hic definiũtur res sub intentione, & Scotus tenet, ꝙ definiũtur intentiones, ideo iuxta suam opinionem, & eius fundamenta Albertum impugnat, de qua re infra: sed vnum hic notabis, ꝙ Tiberius Bononiensis, propositio. 7. ex illo dicto Alberti, ꝙ species dicit totam essentiam indiuiduorum. Colligit, ꝙ Sortes, & Plato sunt idem essentialiter. Sed hoc non est bene dictum, nam licet species specialissima dicat totam essentiã indiuiduorũ, & dicatur quidditatiua essentiatiuè, intelligitur ꝙ intantum species dicit totam essentiam indiuiduorum inquantum indiuidua nullum prædicatum quidditatiuum addunt vltra prędicata, quę conueniunt naturæ specificæ quidditatiuè, & essentialiter in ea inclusa; sed cum hoc indiuidua includunt intrinsecè differentiam indiuidualem vltra naturam specificam in eis repertã. Et ideo Sortes, & Plato non sunt idem essentialiter, quia licet tota essentia specifica sit in illis, non tamen in vnoquoque illorum totaliter, & secundũ omnem modum essendi. Tandem essentia resultat ex vnione materię, & formæ, quę dicitur natura, seu humanitas, quæ communis est omnibus hominibus, sed essentia Sortis resultat ex hac materia, & hac forma, quę distinguitur à materia, & forma Platonis, & ideo essentialiter distinguuntur propter distinctas partiales essentias, licet conueniant in essentia communi specificè sumpta, quæ est humanitas.

Hanc viã reprehẽdit Sco. & Ant. And.

Confutatio Tiberij Bononiensis, quoad vnum dictum.

Secunda via est apud Scot.

Secundus modus sumendi sufficientiam hãc, est talis: Ordo potest esse dupliciter, vel eorum quæ sunt in eodem genere inter se, vel eorum, ꝗ sunt in vno genere ad alia quæ sunt in alio genere: si in eodem genere, dupliciter; aut directus secundùm sub & supra, & sic sunt genus, & species, vel indirectus, & à latere, & sic est differentia, quę est supra speciem, & sub genere: si eorum ꝗ sunt in vno genere ad ea quæ sunt alterius generis, puta, accidentium ad substantiam, aut est ordo cõuertibilium, & sic est proprium, aut non conuertibilium, & sic est accidens; hic modus procedit etiam de rebus, & non de intentionibus, & ideo nec iste placet Scoto.

Tertia via est Scoti.

Tertius modus est Scoti. in Prędicab. q. 12. penes prædicari hoc modo. Omne vniuersale, aut prędicatur in quid, aut in quale, isti enim sunt primi modi prędicandi, & primę differentię vniuersalis, prædicari in quid est prædicari essentiã subiecti per modum essentiæ. i. per modum subsistentiæ: prædicari verò in quale, est prędicari p modum denominantis; si igitur vniuersale prædicatur in quid, dupliciter; vel prædicat totã essentiam subiecti, & sic est species, vel partem essentiæ, & sic est genus, quod non dicit totam essentiam speciei, quia sic differentia superflueret. Si prędicatur in quale, aut in quale essentiale, seu substantiale prædicando essentiam per modum denominantis. & sic est differentia specifica, quę est qualitas substantię 5. Metaph. com. 19. Aut in quale accidentale, & sic dupliciter, aut cõuertibiliter, & sic est accidens egrediens à principijs subiecti, & est proprium, aut accidens communiter non conuertibiliter, & sic est vltimum vniuersale, puta accidens; hęc Scotus.

Quarta via quam sequitur.

Quartus modus, & magis quietans intellectũ Niphij est talis. Omne prædicabile, aut prędicatur in quid, aut prædicatur in quale; si prędicatur in quid, aut prædicatur in quid de pluribus differentibus specie, & sic est genus, aut de pluribus differentibus numero & sic est species: si prædicatur in quale, adhuc dupliciter; aut videlicet in quale essentiale, aut in quale accidentale; si in quale essentiale sic est differẽtia: si in quale accidentale, dupliciter; aut conuertibiliter, & sic est proprium, aut non conuertibiliter, & sic est accidens: & sic remanet firma prima pars cõclusionis, quòd tantùm quinque sunt vniuersalia.

Falsa opinio Angeli Thij in duobus dictis consistẽ.

Quoad secundam verò partem conclusionis, videlicet ꝙ cognitio prędicab. est necessaria simpliciter ad prędicamenta, &c. Angelus Thius studio contradicendi ductus, inquit sibi videri totũ oppositum videlicet, ꝙ potius liber prędicamentorum faciat ad cognitionem prædicabilium. Nã volens Porphyrius. cap. de specie declarare quid sit generalissimum, quid subalternũ, & quid specialissimum, sumpsit prædicamentum substantię dicens, fiat autem planum quod dicitur, &c. Ecce ꝙ potius prędicamentum substantię facit ad huiusmodi cognitionem, quàm hęc ad prędicamenta. Secundò non intendit Arist. in lib. prędicamentorum inuenire genus generalissimũ, spẽm specialissimam, vel subalternam, sed intendit facere cognoscere, quæ sunt illę res, quę sunt substantię,

Confutatio illius.

ſtantiæ, quantitates, &c. Ad hęc motiua iſtius Logici empirici Reſpondeo. Et ad primum Dico, ꝙ ob ignorātiam famoſæ illius diſtinctionis, de actu exercito, & ſignato, quam Burleus primo Phyſi. tex. 60. Tiberius Bononienſis, Marcus Antonius Zimara, Alexander Achillinus, Auguſtinus Sueſſanus cognouerunt, cū tota ſchola ſubtilium, iſte depulſus eſt in aliā viam. Dicit enim Tiberius Bononienſis in cap. de genere in ſua digreſſione propoſitione prima, ꝙ triplex eſt prædicatio. Videlicet purè exercita, purè ſignata; partim exercita, & partim ſignata; quam diſtinctionem cum alijs in cap. de gen. declarabimus; pro nunc tamen: Prædicatio ſignata eſt, quæ fit mediantibus his verbis. Dicitur, prædicatur, affirmatur, verificatur, &c. Vt ſic iſta, genus dicitur de ſpecie, ſpecies prædicatur de indiuiduo, eſt prędicatio ſignata ſeu in actu ſignato: Prędicatio verò exercita eſt, quādo ponimus in exercitio ſeu in praxi ipſam prædicationē ſignatam; vt ſiquis dicat, genus prædicatur de ſpecie, vel Animal prædicatur de homine, iſta eſt prædicatio ſignata, quando verò exemplificantes dicimus, vt homo eſt Animal, iſta eſt prædicatio exercita, ſeu exercitata, de qua infra plenius in c. de genere: Hac diſtinctione ab omnibus pręterquām ab iſto cognita ſic ſtante, Reſpondeo ꝙ quādo Porphyrius volens declarare ſpeciē ſpecialiſſimam, genus ſubalternum, & generaliſſimum. Adduxit prædicamentum ſubſtantię, hoc fecit: Primò quia logica ſecundum Boet. eſt de ſecundis intētionibus applicatis primis; & quia ſpecies ſpecialiſſima genus generaliſſimum, & genus ſubalternum, eſt ſecunda intentio, & prædicamentum ſubſtantiæ eſt prima intentio, ſeu res realis primæ intentionis, ideo exemplificauit de prædicamento ſubſtantiæ, & alijs tanquam fundamētis ſecundarum intentionum. Secundò quia id qđ Porphyrius dixerat in actu ſignato de ſpecie ſpecialiſſima, & alijs, voluit reducere ad actum exercitum, v.g. dixerat in actu ſignato, genus generaliſſimum, genus ſubalternum, ſpecies ſubalterna, & indiuiduum, poſtea verò dixit, fiat hoc, ideſt, dictū in actu ſignato, manifeſtum in vno prędicamento ſubſtantia in actu exercito, vt ſubſtantia eſt genus generaliſſimum, corpus, corpus animatum, & animal, ſunt genera ſubalterna; homo eſt ſpecies ſpecialiſſima; Socrates, Plato, & Cicero, indiuidua: Et ꝙ hęc ſit mēs Porphyrij, patet ī ſimili in cap. de genere quando dixit, ꝙ ea quæ prædicātur, aut dicūtur de vno ſolo, aut de pluribus. De pluribus, vt genus, ſpecies, differentiæ, proprium, & accidens; exemplificans poſtea in actu exercito dixit, genus vt Animal, ſpecies vt homo. Ecce actus exercitus, & ſignatus, quem non percepit iſte Hydruntinus, & ideo in Porphyrium delirauit. Ad ſecundum motiuum eius, Dico ꝙ eſt contra ipſum, verum enim eſt, ꝙ Ariſtoteles in prædicamentis non vult inuenire genus generaliſſimū, quia hæc ſunt pręuia, & præcognita, ante tractatū prædicamentorū, & ideo hic liber Porphyrij erat neceſſarius, quia in prædicamētis agitur de rebus realibus, vt fundamentis ſecundarum intentionum, vt in prædicamentis in quæſt. de ſubiecto diximus. Amplius iſte, quod peius eſt, non facit diſcrimen inter librum Porphyrij, & cognitionem prædicabilium, quia licet ſuæ rationes habeant colorem quoad librū Porphyrij, non tamen quoad cognitionem ipſorum quinque prędicabilium, vt patet ex ſuperius dictis in declaratione vtilitatū iſtius libri contra iſtum. Remanet ergò Firma, atq; indubitata concluſio huius textus, quæ eſt talis. Tantùm ſunt quinque vniuerſalia, vt genus, differētia, ſpecies, proprium, & accidens. Quorum cognitio eſt ſimpliciter neceſſaria ad prædicamenta, Definitionem, Diuiſionem, & Demonſtrationem.

Ad primum motiuu eius. Triplex ꝓdicatio, uidelicet tantùm exercita, tantum ſignata, partim exercita, & partim ſignata.

Reſponſio.

Ad ſecundū motiuū eius.

Textus ſecundus.

Vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione, compendioſam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter velut introductionis modo, ea quę ab Antiquis dicta ſunt aggredi, Ab altioribus quidem quęſtionibus abſtinens, ſimpliciores verò mediocriter coniectans.

ISTA pars textus ad præcedentem ſic continuatur, poſtquàm Porphyrius reddidit Griſaorium diſcipulum attentum, proponendo ei neceſſitatem iſtius libri, Nunc verò reddit eum Beneuolum propter vtilitatem, dicendo, vtili exiſtente, &c. & Docilem propter modum procedendi breuem, volens ſe abſtinere à declaratione quarundam quæſtionum difficilium, quæ excedunt capacitatem ipſius Griſaorij, & cuiuſcunq; alterius Nouitij in Logicam introducendi, & ex his patet etiam intentio, & literæ expoſitio.

Verba textus

[Vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione] [Vtili.] Et quia vtilitas habet pro obiecto ipſum Bonum. Dico ꝙ ex 1. Eth. cap. 8. Triplex eſt bonum, videlicet. Honeſtum, Vtile, & Delectabile: Bonum honeſtum eſt illud quod propter ſe expetitur, vt ſunt virtutes, & ſcientiæ ſpeculatiuæ, quæ tandem propter Deum appetuntur: Delectabile eſt quod expetitur propter delectationē quam ingerit appetitui, nam intelligere quod eſt in nobis, eſt valde delectabile, & nobilius cunctis rebus, quæ ſunt in nobis 12. Metaphyſ. commen. 39. Bonum vtile verò dicitur quatuor modis: Primò dicitur bonum vtile, quod nō eſt appetibile propter ſe, ſed ſolùm propter aliud, ſine quo tamen illud aliud poteſt acquiri, vt ſic Medicina, ſimiliter, & ambulatio, dicitur vtilis non propter ſe, ſed propter ſanitatē, ſine quibus tamen poteſt ſanitas haberi; Secundo modo dicitur vtile, quod non eſt appetibile propter ſe, ſed ſolùm propter aliud, ſine quo tamen non poteſt illud aliud haberi, vt ſic Amputatio tibiæ corruptæ, eſt vtilis, quæ propter ſe non eſt appetibilis, cùm ſit turpe, & deturpatio corporis, ſed eſt vtilis propter aliud, ideſt, ob conſeruationem vitæ, ſine qua abſciſſione ſanitas haberi non poteſt, ſic etiam comeſtio vtilis eſt ad extinguendum famē.

Triplex bonū

Vtile in quadruplici differentia.

Tertio

Tertio modo dicitur vtile propter ſe, & propter aliud, ſine quo illud aliud poteſt haberi, vt ſtudere Medicinę eſt bonum propter ſe, quia eſt quid honorabile, & propter aliud, puta, ꝓpter lucrũ, quod & ſine ſtudio medicinæ poteſt haberi, ſed per artes mechanicas. Similiter potio dulcis, eſt vtilis propter ſe, & propter aliud, puta, propter ſanitatem, ſine qua tamen ſanitas poteſt haberi. Quarto modo dicit̃ vtile propter ſe, & propter aliud, quod dicitur honeſtum, delectabile, & neceſſarium, ſine quo tamen illud aliud non poteſt ita bene, & faciliter acquiri, vt ſic intenſum & cõtinuatum ſtudium eſt vtile propter ſe ſcholari, cùm ſciẽtia ſit bona & honorabilis. ex 1. de Anima. tex. 1. Et propter aliud, puta, ad bonum doctoratum, ſine quo intenſo, continuatoque ſtudio, talis doctoratus faciliter, & ita benè haberi non poteſt. Et hoc vltimo modo vtilis eſt cognitio prędicabilium; nam liber iſte eſt vtilis ſecundum ſe quoad finem intrinſecum, vt inquit Aegidius, qui eſt cognitio ſui, & quoad finem extrinſecum, qui eſt parare aditum ad totam logicam. [exiſtente] exiſtere, & ſubſiſtere differunt,

Exiſtente.

vt infra dicetur, exiſtere enim ſeu exiſtentia competit omni enti quod habet actum pręſentialitatis i. quod pręſentialiter eſt in rerum natura, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens, ſubſiſtere verò eſt, ſub ſe ſiſtere, & competit tantùm ſubſtantijs perfectis, vt eſt Socrates, Plato, &c. [Iſtarum

Iſtarum rerũ

Dubitatio.

rerum] Hic dubitabis, quid intelligit Porphyrius per iſtas res. Reſpondeo duplex eſt opinio: prima

Prima opin. Ant. And. & Aegidij Romani.

eſt Ant. And. qui inquit exiſtente ſpeculatione. i. conſideratione, iſtarum rerum. i. dictarũ vtilitatum, idipſum dicit Aegidius Romanus. Secunda opinio, & melior eſt Alberti Magni, tract. 2. c. 1.

2. opin. Alberti, & aliorum etiam, & melior.

ꝙ per iſtas res, intendit Porphyrius quinq; prędicabilia, & Albertum ſequitur Petrus Tartaretus, Paulus Venetus, & plures alij, [ſpeculatione]

Speculatione.

contemplatiuum idem eſt quod ſpeculatiuum, cui opponitur practicum 6. Metaph. tex. 2. vbi dicitur, ꝙ duplex eſt ſcientia, videlicet practica,

Scientia duplex.

& contemplatiua; practica eſt de obiecto factibili, vt eſt medicina; ſpeculatiua verò non, & eſt triplex, videlicet, Phyſica, Mathematica, & Metaphyſica, ſic contemplatio .i. ſpeculatio de proprijs eſt poſterior ea, quę de communibus eſt; vt conſideratio de materia prima eſt prior conſideratione de hac, & illa materia rerum particularium. 1. Phyſi. t. 57. & 3. Phyſi. com. 1. Dices

Dubitatio.

quare dixit iſtarum rerum ſpeculatione? Reſpondeo ad denotandum ꝙ logica non eſt ſcientia tã

Reſpon.

tùm practica, vt voluit Petrus Aureolus apud Anto. And. 1. Metaph. q. 1 t. nec neutro modo. i. nec practica, nec ſpeculatiua, vt voluit Gerardus Odo carmelita, in prologo primi libri Eth. q. 3. ſed ꝙ eſt ſcientia ſpeculatiua, vt voluerũt S. Th. 4. Metaph. lect. 4 Scotus. q. 1. Tyberius Bononienſis in prohemio prędicab. notabili quinto, Albertus Magnus in initio logicę, cap. 1. & plures alij. Et hoc deduco, quia cùm cognitio prędicab. ſit pars logicę, ſeu cùm iſte lib. ſit pars logicę, & logica eſt ſcientia ſpeculatiua, meritò dixit, harum rerum. i. harum quinque vocum. i. horum prædicabilium ſpeculatione, &c. Sed circa iſta verba, videlicet: [Iſtarum rerum ſpeculatiuè.] Dubitat̃,

Dubitatio.

Nam non videtur hoc modo benè loquutus, quia aut hic ſumitur, res, tranſcendenter. & ſic eſt paſſio entis. 4. Metaph. & non poteſt ſic ſumi, cùm prædicabilia ſint prędicata limitata, vt ſupra dictum eſt; Aut ſumitur, res, limitatè, & neque hoc modo, quia aut eſt res, quę venit à ratus, a, tũ, & ſic eſt ens reale, cuiuſmodi non ſunt quinq; prædicabilia, aut à reor, ris, & ſic ſunt entia imaginaria, ergo malè dixit Porphyrius. (Iſtarum rerũ) Ad hoc reſpondeo cum Scoto in quolibetis

Reſponſio.

q. 3. in principio articuli primi. Inquit enim ibi Scotus ex dictis etiam auctorum, ꝙ hoc nomen res tripliciter poteſt ſumi, videlicet communiſſimè, communiter, & ſtrictiſſimè. Res communiſſimè ſumpta eſt, quę ſe extendit ad omne, quod

Res tripliciter põt ſumi, & ſatis notabiliter.

j

non eſt nihil, ſeu quod non includit contradictionem. i. quod nec eſt, nec eſſe poteſt aliquod ens extra animam, & ſic res iſto modo extendit ſe ad quodcunque non includens contradictionem, ſiue ſit ens rationis. i. præciſè habens eſſe in intellectu conſiderãte, ſiue ſit ens reale habens aliquam entitatem extra conſiderationem intellectus, & ſic ex communi modo loquendi dicimus, intentiones logicas eſſe res rationis, & relationes rationis eſſe res rationis, quę non poſſunt eſſe extra intellectum, & ut ſic res ſumitur ꝓ omni conceptibili ab intellectu, & iſto modo quęcunque ſcientia, ſiue realis, vt phyſica, mathematica, & metaphyſica, ſiue rationis, vt logica, eſt de re, ſiue de ente. Secundò ſumitur res communi-

ij

ter, vt diſtinguitur contra modum, & circunſtãtiam. i. habitudinem rei, quæ non ſunt res, & hoc modo ſumendo, rẽ; ſubſtantia, quantitas, & qualitas tm̃ dicuntur res, quæ ſunt prædicamenta abſoluta, cætera verò prædicamenta dñr aliquid rei, has enim habitudines vnius ad alterum, circunſtantias entis vocat Boetius in fine logicæ, tract. de trin. c. 10. Tertiò ſumitur res ſtrictiſſimè

iij

pro eo cui per ſe primò competit eſſe, & præciſe eſt res quidditatiuè, vt eſt Deus, & omnia q̃ ſunt in recta linea prędicamentali formaliter, vel reductiuè, vt forma, & materia prima, & ſic modi intrinſeci, & differentiæ vltimæ non dicunt̃ res, ſed aliquid rei, ſic 7. Metaph. t. 2. & 14. Accidentia non ſunt entia, niſi quia ſunt entis. i. quia ſuſtentantur in ſubſtantia, cui primò cõpetit eſſe: ſic ergo tripliciter ſumpta re, ſub primo mẽbro .i. communiſſimè ſumpta re, continetur ens rationis, & quodcunque ens reale: ſub ſecundo. i. communiter, continetur ens reale & abſolutum, vt ſubſtantia quantitas, & qualitas, reliqua enim pñta ſunt reſpectiua: ſub tertio modo i. ſtrictiſſimè, continetur ens reale abſolutum per ſe ens, vt eſt ſubſtantia. Hac igitur triplici acceptione, rei, ſic ſtante. Ad quæſitum reſpondeo, ꝙ Porph.

Reſponſio.

dixit (iſtarum rerum) non ſumendo rem ſecũdo, vel tertio modo iam dicto, ſed primo modo, intelligendo per, rem, omne illud quod non eſt nihil, & prout eſt res rationis habens præciſe eẽ ab

In-

intellectu considerāte, cuiusmodi sunt entia rationis,& neutro illorum modorum,qui ponuntur in argumento, & in prædicta triplici diuisione rei,&c.

Verba text*. Quid, & quotuplex sit téture.

[Tentabo breuiter.] Hic Porph. 'redit Grisaorium docilē pp modum procedendi. [Tentabo.] Tentare enim idem est quod experiri, de aliquo periculum facere,seu experimentum sumere, vt aliquid sciatur, hinc dicuntur puncta tentatiua præuia doctoratui, quia tentare est experimentaliter aliquid exquirere,& quasi manu tenere,& tangere, vnde Ouidius in Metamorphosi, quid teotare nocebit: Et vt inquit S Thom. p. q. 114. arti. 2. tentare tribuitur, Deo, Homini & Diabolo: Deus enim teotat vt erudiat. Diabolus vt seducat. Et Homo tentat vt sciat, vt sumitur in p̄senti. Secundo modo sumitur tentare, prout idē est, ac conari,& rem non clarē intellectam diligēter exquirere, vt clara fiat, ac manifesta. & sic sumitur a Porphyrio in præsenti. [Breuiter] Duplex est breuitas, videlicet summa,& mediocris; summa est vitiosa, de qua inquit Horatius poeta, dū breuis esse laboro obscurus fio: alia est mediocris & officiosa,& hac breuitate vtitur Porph. hic dicens, tentabo breuiter, & in cap. de gnoere in principio, nominans tantum duo prædicabilia, scilicet genus,& speciem, qui cùm alia tria dimitteret, dicit ibi Ammonius, q̄ fuit breuitatis amator, vt Aristotelem imitetur, cuius sermo est breuis, vt 1. Physi. com. 6 & 35 & 1. de gen. com. 38. dixit Auerroes, vt mediocri breuitate ingeniosos alliceret,& ingenio rudes deterreret, cū non qui libet sit aptus ad philosophandum, vt 1. Physic. in prologo dixit Auerroes ibi, siue non habentis aptitudinem, q̄ perfici possit, &c. Sed hic dubitabit Nouitius. Cur Porphyrius dixit, tentabo breuiter? Ad hoc respondetur Ammonius, q̄ Porphyrius vsque ad illa verba, mox de generib. &c. tria facit, secundum q̄ tria sunt, quæ adolescentum animos à veterum libris rejciunt, videlicet operis prolixitas, quæ longum tempus expostulat vt acquiratur, dictionis obscuritas, & exēplū dat de libro Perihermenias Et quęstionum altitudo, seu scientiæ profunditas; Porphyr. in his verbis ait, in suo libro nullum illorum trium, impedimentum reperiri. Remouetur prolixitas quā do dicit, tentabo breuiter: remouetur dictionis obscuritas, quando inquit, introductionis modo, qui modus introductorius clarus est, & nihil difficultatis habens. Remouetur & tertium, puta, quęstionum altitudo, quando inquit, ab altioribus quidem quęstionibus abstinens, &c.

Verba textus Duplex breuitas, videlicet summa, & mediocris

Dubitatio, & Ammonij, Responsio.

Verba text*.

[Simpliciorea verò, mediocriter coniectans.] Simpliciores.i. faciliores, [mediocriter cōiectās] Ammonius inquit, hoc referri ad Grisaoriū auditorem, seu ad modum tractandi terminatiuē respiciendo Grisaorium, non autem ad rem, seu obiectiuē, non enim est munus philosophi tractare, coniecturaliter, seu coniectare, sed certa scientia res demonstrare, ac si diceret Porph. ego tractabo hęc prędicabilia mediocriter, idest nō transgressurus limites instituti Isagogici, pro cspeu tuo. i. pro tuis viribus ò Grisaori: Aegidi* verò dicit (mediocriter). i. non multùm alto, nec etiam grosso modo, Ant. And. verò inquit, coniectans. i. pertractans, mediocriter. i. inter modū nimis difficilem,& nimis rudem. Alber Magnus verò inquit, q̄ in modo introductionis, simpliciora facilè ab imperitis intelligibilia mediocriter sunt potius coniectāda, vt facilior fiat instructio, quandoquidem de vna & eadem re, subtili demonstratione, & introductoria disertione potest tractari, & sic non per causas altissimas ista hic demonstrantur, sed per similitudinem,& exēpla, declarabuntur hęc vniuersalia: sic igitur terminis declaratis, nunc literam construe.

[Vtili existente istarum rerum speculatione] .i. ò Grisaori existēte vtili propter se,& aliud speculatione. i. contemplatione, cognitione, & consideratione, secundum Ammoniū, & Ant. And. [Istarum rerum]. i. harum quatuor vtilitatū, videlicet ad prędicamenta, &c. secundum Antonium Andream,& Aegidium; vel istorum quinque prædicabilium secundum Alb. Tataretum, & alios [compendiosam tibi traditionem faciēs] .i. ego Porphyrius faciens [compendiosam]. i. breuem tractationem, vt Paulus Venetus [tibi]. i. Grisaorio, vel tibi i. ad vtilitatem tuam, ut inqt Aegidius [tentabo breuiter]. i. conabor breuitate quadam mediocri, vt inquit Aegid. Alber & Ammonius. [veluti introductionis modo] idest modo introductorio & facili, [ea quæ ab antiqs dicta sunt aggredi.] Aggredi i. incipere tibi declarare, ea prædicabilia, quæ dicta sunt & tractata ab antiquis philosophis ante me, sed non introductoriè. i. modo puerili, sed modo nimis subtili, vt Tataretus dicit. [Ab altioribus quidem quęstionibus abstinens]. i. abstinēs, & retrahens me à quæstionibus altioribus. i. difficilioribus, quæ egrediuntur limites Isagogici instituti, vt inquit Ammon. [Simpliciores verò]. i. faciliores, uel leuiores, ut inquit G atiadeus [mediocriter]. i. p̄babiliter vt Gratiadeus, medio modo [cōiectās] .i. pertractans, vt Ant. And. vel coniectans. i. determinans, vt Aegidius. Sic igitur constructa litera, ex textu Porphyrij talis colligitur.

Constructio literæ.

CONCLVSIO.

Compendiosa, introductoria, & breuis, etiam ab antiquis habita quinque vniuersalium speculatio, a qua difficiles quęstiones reyciuntur, & in qua faciliores pertractantur, vtilis est, & ad illa quatuor necessaria.

Conclusio textualis.

Antequam contra hanc conclusionem arguam, oportet te Nouitium non latere, q̄ ex hac particula [vtili] nullo modo potest colligi, necessarium in principio prohemij, positum esse pro vtili, vt quidam valdè notabiliter colligit, quia vt supra diximus, ly. necessarium, refertur ad cognitionem prędicabiliū, quæ simpliciter est necessaria, vt Alb. Amm. & alij dicunt, & p illam particulam Porphyrius reddit Grisaorium attentum

Notandum.

attentum propter necessitatem. Modò verò quādo dicit (vtili existente) reddit Grisaorium beneuolum, quia ut inquit Boetius, si vis quemquam in tuam sententiam distrahere, vtile ei proponas oportet. Amplius si, ly, necessarium, sumitur ibi pro vtili, sensus esset iste Cùm sit vtile Grisaori, &c. Vtili existente, &c. & sic in tàm breui contextu inutilem fecisset repetitionem Porphy. sciat oportet etiam Nouitius, ꝙ per ly (mediocriter) non potest intelligi probabiliter, vt bene inquit Ammonius, ꝙ munus philosophi est qualis Porphyrius erat, certa scientis omnia demonstrare & sic non bene dixit Gratiadeus. Amplius si per ly, (mediocriter) glosari posset, probabiliter, eodē modo considerarentur prædicabilia hic, & in libris Topicorum: nam vt Scotus, & alij omnes dicunt, in Topicis consideratur de prędicabilibus, vt sunt pars artis probabilis, seu vt ingrediuntur syllogismum Topicum, qui componitur ex ꝓpositionibus probabilibus, & ideo quatuor tā rum ibi posuit Aristoteles, quæ sunt, terminus. i. definitio, Genus, proprium, & accidens, & propterea malè exposuit quidā (mediocriter), i prò babiliter, qui non pōt se liberare ab his intricis.

Arguitur primo. Contra conclusionem igitur arguo, & ꝙ vniuersalium non potest esse speculatio sic probo: Omne per se speculabile, est per se intelligibile, sed quinque vniuersalia non sunt per se intelligibilia, ergo non sunt per se speculabilia. Maior patet, minor probatur: nihil est in intellectu speculabile, quin prius fuerit in sensu sensibile ex Aristot. in lib. de sensu & sensibili, sed quinque vniuersalia nunquam fuerunt in sensu sensibilia, ergo nec in intellectu speculabilia; & quòd non fuerint in sensu probatur, quia vniuersalia sunt entia intentionalia, & spiritualia, quę carent omni sensibilitate, ergo &c.

Arguitur secundo. Secundò omnis virtus passiua præsupponit eius obiectum in actu ante eius operationem, & hoc quia ab obiecto mouetur ad operandū. Sed quinque vniuersalia non præsupponuntur ab intellectu, sed causantur ab eo per Auer. 1. de Aīa. com. 8. dicentem, ꝙ intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus, ergo quinque vniuersalia non sunt per se intelligibilia.

Arguitur tertio. Tertiò, quod competit per se enti reali, competit per accidens enti rationis, sed intelligibilitas competit per se vniuersali reali, ergo cōpetit per accidens vniuersali intentionali. Maior probatur sic, quicquid competit per se vni æquiuocatorum, competit per accidens alteri æquiuocato, sed ens reale, & ens rationis, sunt ęquiuoca æquiuocata respectu entis transcendētissimè sumpti, secundum Sco. & D. Thomam, quicquid dicat ille Bonetus. Et intelligibilitas competit per se enti reali, quod est adæquatum obiectum intellectus, ergo per accidens competit enti rationis, sed quinque vniuersalia, sunt entia rationis, ergo non sunt per se intelligibilia, nec per se speculabilia.

Pro solutione horum argumentorum, ꝗ plus difficultatis habent sub cauda, quàm demonstrent in fronte.

Pro resp. notādum primo qđ duplex est intelligibile. Noto primò, ꝙ duplex est intelligibile, vnum videlicet per se; aliud verò per accidens: intelligibile per se, est ens reale positiuū, intelligibile ꝑ accidēns est priuatio, vel negatio, nam 4 Metap. priuatio cognoscitur ꝑ accidens per habitū, qui cognoscitꝰ ꝑ se, & negatio cognoscitur ꝑ accidēs per affirmationem, quæ cognoscitur per se: Notandū 2. Noto secundò, ꝙ si ens esset vniuocum ad ens reale, & ad ens rationis, cū intelligibilitas sit passio entis, æquè competeret enti reali, & enti rationis secundum Bonetū, sed est æquiuocum secundum Sco. & D. Tho. Notandū 3. De ente rationis. Tertio noto, ꝙ de hac re sunt varij modi opinandi: prima enim opinio est eorum qui dixerunt, ꝙ entia rationis non dantur, & quā Et prima opinio Franc. de Maironis. non entia primo Poster. t. 10. non est scientifica speculatio, ideo nullam habēt intelligibilitatem: ista opinio vī Francisci de Maironis in quol. q. 6. qui art. 2. dicit contra S. Tho. & Scotum, ꝙ prima diuisio entis non est in ens reale, & ens rationis, & artic. 7. postea dixit, ꝙ de entibus rationis non potest esse scientia, & sic nec consequenter intelligibilitas: secunda opinio est aliorum, quorum meminit Ioannes anglicus, dicentium se- 2. opinio. cundas intentiones. i. entia rationis intelligi ab intellectu non tamen per se, sed ꝑ accidens ad intellectionem primarum intentionum: tertia opinio est, quòd ista passio, puta, intelligibilitas conuenit enti in communi indifferenti ad ens reale, 3. opinio. & ens rationis, quod est ens transcendentissimè sumptum, vt dicunt Sco. & S. Thom. quod est æquiuocum analogum ad ens reale, & ens rōnis secundum Scoristas, licet purum æquiuocum ponāt Thomistæ, & secundum hanc opinionē vniuersalis, & quęcunque secundæ intentiones per se intelliguntur, & hanc tenent quidam Scotistę, vt Madritius, & alij: & sic secundum hanc opinionem, intelligibilitas æquiuocè analogicè per se tamen competit enti reali, & enti rationis, sed ꝑ antonomasiā dicitur passio entis realis in quo fundatur ens rationis: quarta opinio est, & melior, ꝙ intelligibilitas primò, & per se competit 4. opinio, & melior. enti reali primę intentionis, reductiuè verò enti rationis: vnde non est eadem secundum specīē, licet eadem secundum genus, intelligibilitas entis realis terminata ad ens reale, & intelligibilitas entis rationis terminata obiectiuè ad ens rationis, quis sicuti res se habet ad esse ita ad cognosci. Dices, possunt prima intentio, & secunda intentio mutuò cognosci? Respon. ꝙ sic, quia vtraque potest esse, vt quod. i. obiectum cognitum, Dubitatio. Respon. & vtraque, vt quo. i. ratio cognoscendi, & tunc quando secunda intentio intelligitur, & si dicatur intelligi per aliud, & non per se, intelligitur per primam intētionem, vt per principiū quo & ipsa ut quod, sicuti quando intelligitur prima intentio per secundam. Vt animal per genus, animal intentio prima, vt quod intelligitur per genus intentionem secundam, vt quo, & sic intelligibilitas erit passio entis realis, quæ competit secundis intentionibus reductiuè. His igitur sic notatis.

Ad primum arg. resp.

Ad Primum respondeo, ꝙ quinque vniuersalia non sunt intelligibilia per se primò sicuti entis realia, sed ꝑ se secũdariò, est reductiuè. Ad ꝓbationẽ minoris dico, ꝙ illa authoritas Arist. ot in q. de subiecto huius libri diximus, & intelligẽda de intelligibili per se primò, vt est quidditas, & quodquid est rerum materialiũ, quę prius cadunt sub sensu, cùm omnis nostra cognitio ortum & originem trahat à sensu, prius à sensu esteriori, & postea à sensu interiori. Modo vniuersalia intentionalia sunt intelligibilia per se, sed non primò, & ideo non necesse est, vt cadant sub sensu.

Contra replicam.

Sed contra hanc resp. arguo sic. Quod conuenit per se alicui subiecto, per accidens conuenit accidenti illius subiecti; sed intelligibilitas per se conuenit ipsis quodquid est, seu quidditatibus rerum materialium, quarum ipsa vniuersalia sũt accidentia in illis fundata, ergo quinque vniuersalibus non per se, sed per accidens conuenit intelligibilitas. Maior probatur à simili de homine & albedine eius, nam motus qui competit per se homini, per accidens competit albedini. Minor autem est nota per responsi. ergo, &c.

Respon.

Ad hoc respondeo, quòd licet intelligibilitas, quæ per se conuenit enti reali vt fundamento, per accidens conueniat intentioni fundatæ in ipso: cum hoc tamen enti rationis conuenit sua propria intelligibilitas; potest enim intellectus vno actu intelligere ens reale, & alio actu ens rationis, & tunc terminatiuè vtrunque intelligere per se, quamuis ens reale per se primò. Ad exemplum de homine, & albo: Respondeo, quòd licet motus per se competat homini, & ꝑ accidens conueniat albedini, si tamen albedo separetur ab homine potest per se moueri, aut motu etiam locali, secundum eos qui concedunt transmigrationem accidentis de subiecto in subiectum, aut motu corruptionis, vt inquit Aristoteles. 1. Top. cap. 4. ꝙ accidens adest, & abest præter subiecti corruptionem, cum corruptione tamen sui, vel si futurus es Theologus dicas, quòd accidentia puta, odor, color, sapor, & quantitas in hostia consecrata sunt per se subiectum motus localis, dum transferuntur de loco in locum, puta, de pixide, ad os recipientis. Vnde quando dicis, quòd intelligibilitas per accidẽs competit enti rationis: Respondeo per accidens. i. per aliud, videlicet ꝑ ens reale, & non primò.

Instantia pro replica.

Sed hic instabit Nouitius, volens probare, quòd intelligibilitas magis, & per prius competit enti rationis, quàm enti reali sic: illi prius competit intelligibilitas, quod est magis intelligibile: sed ens rationis est magis intelligibile, ergo illi primo competit intelligibilitas. Maior patet per regulam posterioristicam, propter quod vnumquodque, & illud magis. Minor probatur per Auerroem tertio de Anima, commento 7. ꝙ cùm intellectus intelligit aliquid valde intelligibile, seu excellens intelligibile, multò magis intelligit infimum intelligibile, sed maximũ intelligibile est ens reale, & minus intelligibile est ens rationis diminutũ: ergo intelligibilitas prius competit enti rationis, quá enti reali.

Resp.

Ad hoc resp. ꝙ auctoritas Aristotelis est intelligenda de comparatione facta inter intelligibilia perfecta, & completa, & inter maius intelligibile, & minus intelligibile, non aũt inter maximum intelligibile, & minimum intelligibile v. g. si intellectus noster põt intelligere primum motorem, põt ẽt intelligere orbem quẽ mouet, similiter & alias intelligentias, non autem valet, intellectus intelligit compositum naturale, quod est, quid maximum intelligibile ratione suæ quidditatis, ergo intellectus magis intelligit minimũ intelligibile in genere substantiæ, vt est materia prima, quia 2. Met. cõ. 3. scd'm Auer. & S. Thom. Materia prima est difficilis cognitionis ob suam minimam entitatem in genere substantiæ, sic ad ꝓpositũ, non valet, intellectus intelligit ens reale maximũ, ergo multò magis ens rõnis minimũ quia ens rõnis licet terminet intellectum, tñ nõ mouet, vt est ens reale, de qua re in discursu, quã plurima diximus.

Ad secundũ responsio notabilis, doctrinam continens Animasticam.

Ad secundum arg. supponendum est primò, ꝙ duplex, & vtraque in hoĩe, est potentia cognitiua, videlicet sensitiua, & intellectiua inter se distinctæ contra Parmenidem, & Empedoclem, & alios confundentes sensum cum intellectu, & nõ ponentes nisi entia corporalia. 1. de Gene. t. 19. 1. de Anima, tex. 24. 2. de Anima, tex. 150. & 4. Metaph. com. 21. & inuicem subordinatæ, cùm omnis nostra cognitio originem suam trahat à sensu, quo deficiente in nobis deficit scientia illius sensus, vt in lib. de sensu & sensato, & primo Posteriorum dixit Aristoteles: pars intellectiua distinguitur in memoriam, voluntatem, & intellectum. Intellectus verò in Agentem, & possibilem diuiditur tertio de Anima, tex. 18. Agens intellectus est ille, cuius est omnia facere, idest facere potentia intelligibilia actu intelligibilia, vt in commen. 18. tertij de Anima bene explicauit Auerroes, quod facere potẽtia intelligibilia actu intelligibilia, nihil aliud est, nisi formare species intelligibiles repræsentatiuas rerum quas potest intelligere intellectus possibilis, dr, cuius est oĩa fieri. i. recipere tales species, quibus potest omnia intelligere. 3. de Anima, tex. 6. 18. & 38.

Notandũ. 2.

supponendum est secundo, quòd duplex est vniuersale incomplexum in prædicando, vt supra in quæst. de subiecto diximus, quorũ vnũ dr vniuersale reale, & est quidditas rerum materialium, terminus & finis intellectus Agentis, qui illuminans phantasma materiale abstrahens ab hic, & nunc, & appenditijs materiæ, vniuersale reale in potentia, reducendo ad actum, dicitur per suam actionẽ terminari ad vniuersale reale, quo existente in actu, cessat eius actio; vniuersale verò intentionale est illud, quod est terminus & finis intellectus possibilis, qui intelligens duo obiecta realia mediantibus eorum proprietatibus, cõparans illa inuicem per actum collatiuum, producit vniuersale intentionale, vt est genus, species, &c.

Ad arg. primũ resp. Sco.

His sic stantibus ad arg. resp. Sco. q. 5. vniuersaliũ ad 2m arg. dicens, ꝙ intellectus possibilis est virtus passiua. i. cuius operatio, puta, intelligere est pati per-

fectiue.i ab obiecto aliquam perfectionem recipere, & talis intellectus præsupponit suum obiectum, quod est vniuersale reale, sed intellectus Agens non præsupponit vniuersale reale, q, non est virtus passiua, vt aliquid recipiendo patiatur, & vniuersale non est obiectum eius, sed potius finis, quandoquidem obiectum eius est, qđ quid est in phantasmate .i. phantasma, vel quidditas inuoluta cõditionibus materialibus, quia actio intellectus agentis terminatur, & respicit phantasma, quo illuminato remanet quidditas spiritualis facta, quæ dicitur vniuersale reale, vt finis actionis ipsius, hæc est Scoti solutio fideliter explicata responsio: Sed hæc Scoti solutio est valde intricata, & ideo magnam attulit suis discipulis difficultatem, & causa est, quia nihil sibi constare videtur Scotus in hac responsione: primò. Mouens. n. quæstionem de vniuersali intentionali, qđ debet poni subiectum in hoc libro, an sit per se intelligibile, pro solutione confugit ad vniuersale reale, quod non est põtis speculationis. Secundò nõ videtur sibi constare Scotus, q, hic dicit, q intellectus possibilis est virtus passiua, cuius oppositũ dixit 1. senten. d. 3. q. 7. & in quol. q. 15. & alibi, q intellectus possibilis dicitur passiuus, receptiuus, & operatiuus. Tertiò inquit. q intellectus possibilis præsupponit vniuersale tãquam obiectũ, aut loquitur de vniuersali reali, & sic respon. nõ est ad propositum, quia hic loquimur de vniuersali intentionali, aut loquitur de vniuersali intentionali, & hoc est falsum, cùm intellectus faciat, & producat illud, non autem præsupponat: sed quia doctor subtilis nunquam dixit aliquid sine forti rõne, & sine maxima industria elaboratũ.

Motiua contra Scotum.

Ad ista motiua resp. Ad hæc motiua resp. & ad secundũ, dico dupliciter, primò q hic problematicè, & secundum viam communem Thomistarum est loquutus, q. omnem actiuitatem tribuunt intellectui agenti, quam opinionẽ sequuti sunt Franciscus de Maironis, & Ioannes de Ianduno; quamuis illi dixerint, quòd intelligere est pati, idest recipere, & intellectionem tribuunt intellectui possibili. isti verò dicũt intellectionẽ produci ab agente, & recipi in possibili, vt alibi diximus: vel dici potest, quòd ex propria sententia Scoti, intellectus possibilis dicitur passiuus respectu intellectus agentis. 3. de Anima. tex. 18. operatiuus respectu actus intelligendi, & receptiuus respectu speciei intelligibilis. 3. de Anima. tex. 6. & 38. intellectus verò Agens dicitur operatiuus, & productiuus, operatiuus, quia facit potentia intelligibile actu intellectum, productiuus verò, non actus intelligendi, sed speciei intelligibilis, qua informatus intellectus possibilis producit actum intelligendi, & sic breuitati studens Scotus vocauit, intellectum agentem actiuum, & possibilem passiuum, quamuis sit (diuersa tamen ratione) etiam actiuus.

Ad secundũ.

Ad primum. Ad Primum respondeo, quòd hoc fecit Scotus, vt distinctè procedat loquendo de intellectu, & ideo secundum ipsum, nec vniuersale reale, nec vniuersale intentionale est obiectum intellectus agentis, bene tamen vniuersale reale est finis. Vniuersale enim reale est obiectum intellectus possibilis, intẽtionale verò finis. & obiectũ eiusdem, finis inquantùm ab eo producitur, obiectum quoad ab eo cognoscitur: & quando dicis, quòd confugit ad vniuersale reale. Respondeo, quòd de hoc protestatus est Scotus in principio quæstionis quartæ, se vt plurimùm loquuturum de vniuersali intentionali, quandoque tamen de vniuersali reali, nunquam verò de vniuersali aggregato ex vtroque; & ideo non ab re habuit recursum ad vniuersale reale, loquens de vniuersali intentionali.

Ad tertium. Ad Tertium motiuum respondeo, quòd loquitur de vniuersali reali incidenter, & non ex principali intentione, sed loquitur principaliter de vniuersali intentionali, & quãdo instas, quòd intellectus possibilis producit illud, & non præsupponit. Respondeo, quòd vno actu collatiuo producit, & tunc non præsupponit, & alio actu recto illud præsupponit, & non producit, & sic denominatio sumitur à secundo actu, videlicet actu recto, quo intelligit, & non collatiuo quo producit, &c. & sic patet ad secundum argumentum principale.

Ad tertium principale. Ad Tertium principale dico, quòd intelligibilitas competit per se primo enti reali, per accidens verò, idest non primò, sed secundariò enti rationis, & sic quinque vniuersalia quæ sunt entia rationis, sunt per se intelligibilia intelligibilitate propria competenti suæ naturę, cùm in omni genere sit proprium quid primo Topicorum cap. 7. vt patet ex tot supradictis. Et sic remanet firma conclusio ex textu deducta, videlicet quòd compendiosa, introductoria, & breuis, etiam ab antiquis habita quinque vniuersalium speculatio, à qua difficiles quęstiones reijciuntur, & in qua faciliores pertractantur, vtilis est, & ad illa quatuor necessaria.

Textus tertius. Mox de generibus, & speciebus. Illud quidem siue subsistant, siue in solis nudis intellectibus posita sint: & siue subsistentia corporalia sint, an incorporalia: & vtrum separata, an in sensibilibus posita, & circa hæc consistentia dicere recusabo. Altissimum enim est huiusmodi negotium, & aliùs maioris egens inquisitionis. Illud verò quemadmodum de his, ac de propositis magis probabiliter antiqui tractauerunt, & horum maximè Peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.

Continuatio simul, & intẽtio, præsentis Textus. Declarata prima parte huius prohemij, in qua Porphyrius reddidit Grisaorium discipulum attentum, beneuolum, & docilẽ. Nunc verò accedit ad secundam, & tertiam partẽ istius prohemij, in quarum prima quæ incipit; ibi, mox, &c. vt Caietanus, Albertus, & Antonius Andreas dicunt, pollicetur se velle abstinere à quibusdam

busdam quæstionibus, quæ propter earum difficultatem, non sunt ad propositum, vt Grisaorio proponantur disputandæ: In secunda verò parte, quę est tertia pars principalis huius prohemij, admonet Porphyrius suum Grisaorium ibi, illud verò, &c. quos philosophos est sequuturus, cùm multi etiam de his aute ipsum pertractauerint; & dicit hos esse peripateticos, seu Aristotelē sectę peripateticę principē: quāuis Alphōsus Hispanus Eremitanus hic dicat, per peripateticos.i. platonicos esse intelligendos, quod nullo modo mihi placet.

Verba text°. [Mox de Generibus, & speciebus] (Mox) idest prima facie, ut exponit Albertus, tract. secundo, cap. 8. circa finem: vel mox, idest, deinde, vt dicit Magist. Philippus, vel statim, aut de cætero, ideo Sotus dicit protinus, idest statim Argiropilum sequutus. sic Virg. 4. Georgic. protinus aeri mellis cœlestia dona, &c. Ammonius continuò, idest statim; mox, idest ad præsens, vt Paulus Venetus.

Dubitatio. [De generibus & speciebus.] hic dubitabit Nouitius, cur ita dixit dimittens reliqua tria, puta, differentiam, proprium, & accidens?

Respon. Ad hoc resp. ex Alb. cap. 2. quòd duplici ratione hoc consultò fecit Porphyrius. Prima, quia ista duo tantùm prædicantur in quid, & ideo per se esse videntur, alia verò, quia prædicantur in quale, habent modum essendi in alio. Secūda, quia reliqua tria in his continentur, vt differentia in genere, in potentia, in specie, in actu, proprium actu in specie, & accidēs commune in indiuiduo, hoc etiam dixit Antonius Andreas, ibi, vtrū genus, & species, & vniuersaliter omnia vniuersalia, &c. sed cum Ammonio dicendum, ꝙ sicuti, in cap. de Genere in principio, volens docere multa esse significata horum prædicabilium nominauit solùm hęc duo, dicens, videtur autem neque genus, neque species simpliciter dici, &c. Nec dicas, ꝙ ideo non nominauit genus solùm, quia genus & species sunt relatiua. Sed ad denotandum, ꝙ genera, & species possunt hanc difficultatem pati, quia Plato cum quo agendum est in his quęstionibus, posuit non solùm genera rerum, vt animal separatum, sed species etiam, vt sunt homo, bos, &c. ita ut si porphyrius nominasset solùm genus, signum esset ꝙ ista controuersia non esset cum Platone. Amplius, quia vt infra dicam cum doctoribus, hic tractatur de generib. & speciebus ꝓ p se denominato.i. pro prima intentione (& non pro per se sigfiato.i. pro secūda intentione) vt sunt homo, & animal, quę nō sunt relatiua, ergo malè hic dicit quidam in suo dubiolo.

Verba text°. Quid sit subsistere. [Illud quidem siue subsistant.] Illud.i. illud recusabo dicere. (subsistant.) Hoc verbo, subsisto, hic, & cap. de accidente vsus est Porphy. ibi, semper accidens est in subiecto subsistens. Sed sciat hic Nouitius, ꝙ subsistere, dupliciter potest sumi, videlicet cōmuniter, & propriè: si primo modo sumatur, nihil aliud est subsistere quàm non esse ens imaginarium, fictitium, & chimericum, & vt sic chimerę non conuenit subsistentia, cùm nihil ei correspondeat ad extra pręter partes; & sic materia prima, forma, anima rationalis à corpore separata, & omnia accidentia positiua dicū tur subsistere, idest aliquam realitatem habere. Alio modo sumitur subsistere propriè, & sic cōpetit solis substantijs perfectis particularibus, & vt sic omnis substantia prima particularis, singularis, & hocaliquid, dicitur subsistere.i. sub se sistere, componitur enim subsisto, ex prępositione, sub, & hoc verbo, sisto: nam ideo præpositio dicitur, quia nominibus, aut verbis præponitur, vt inquit Isidorus libro primo Ethimologiarū. cap. 14. & sic subsistere opponitur ad inexistere, seu adiacere, & inhærere; quod competit accidenti, & est de essentia accidentis. 7. Metaph. & hoc modo sumendo subsistere. Materia prima, forma, & accidentia, siue positiua, siue priuatiua, nō subsistunt, & Porphy. sumit hic subsistere primo modo, quod animaduertit etiam Magister Philippus in præsenti: sed hic notabis, quòd discordia est non modica inter Thomistas, & Scotistas de hac re; quorum quilibet abundat in suo sensu, secundum Scotistas enim, vt ex prędictis patet, subsistentia competit tantùm substantijs cōpletis singularibus, quæ verè dicuntur hocaliquid, vnde accidentia, & animæ separatæ non dicuntur subsistere, sed tantùm existere, idest extra causam, & intellectum sistere. Thomistæ verò dicūt, ꝙ accidentia cōmuniter loquendo existūt, seu subiecto inexistunt, sed accidentia in hostia consecrata, quæ non inexistunt substantię panis, quę præfuit, & modo non adest, dñr subsistere, vt dicit Dominicus Sotus Hispanus. 4. sentē. dist. 10. similiter anima separata, antequam corpori reuniatur, dr̄ subsistens, secundum Sanctū Thomam. prima parte, quæstione 75. articulo secundo, ad primum, ita quòd ausus est ibi dicere Caietanus, ꝙ cecutiuit Scotus, vbique loquens de subsistentia, dicens in illis verbis, & per hoc patet quomodo Scotus defecerit circa hunc terminum subsistere, &c. quod alij de ipso dicere, nec erubescunt. Notandum.

De qua te dilucidè quidem loquutus est Petrus Niger, quæstione 24. omne litigium dirimens, dicens, subsistens dupliciter posse sumi; vno modo propriè, & sic soli substantię competit subsistere; alio modo largè, vt illud dicat subsistere, quod habet esse reale non per speculatiuam intellectus operationem, & hoc modo subsistere sumitur à Porphyrio, dum se nolle quęrere, pollicetur, vtrum vniuersalia subsistant.

Nota hic tres terminos. Tu autem hos tres terminos notabis, videlicet esse essentię, esse existentiæ, & esse subsistentiæ, esse essentię est, quando res habet esse in suis causis, & dicitur possibile vbiectiuum, vt sic Rosa tempore biemali habet esse essentię, videlicet in radicibus plantę, & domus antequam ædificetur habet esse cognitum in mente Fabricatoris: esse existentię est illud, quod habet res dū habet esse extra causam, & intellectum, cùm existere sit extra suum principium sistere. vt sic Rosa tempore veris cùm actu odorem emittit,

& domus actu ædificata, dicitur existere. Subsistere verò est quoddam esse completum, quod non competit, nisi enti perfecto, quod propriè debet hoc aliquid dici: vt bene inquit Scotus dicens, illud subsistere, quod est incommunicabile, vt quo, & vt quod, in vltima sua actualitate constitutum, idest illud subsistere, quod nec est forma alterius, nec prædicatur de pluribus.

Verba textus

[Siue in solis, nudis intellectibus posita sint.] Hic notabis, quòd aliqui addunt, puris: vt Albertus Magnus, Aegidius, Antonius Andreas, Petrus Tataretus, Magister Philippus, Caietanus, Paulus Venetus, & Gratiadeus esculanus; quã particulam Ammonius, Sotus, & alij, sequentes translationem Boetij, siue Argiropili nõ cognouerunt: sed sit vtcunque, illã iuxta varios sensus, vnà cum alijs explicemus. Aegidius quidem Romanus, sic exponit, ly (solus, nudus, & purus) dicitur intellectus [solus] cui nihil correspondet à parte extra, vt est intellectus chimerę, seu intelligens chimeram, figmentum, seu ens prohibitũ: vocatur intellectus [nudus] qui est denudatus ab omni phantasmate, vt est intellectus humanus in prima sui creatione, vt quando est in potentia essentiali ad speculandum, antequam acquirat habitum scientificum; qui est tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum. 3. de Anima. com. 14. Sed hoc dictum D. Aegidij falsum esse, & contradictionem implicare, inquit Antonius Andreas, q̃d sic probat. Si intellectus est nudatus omni specie, & habitu, impossibile est vt vniuersale sit in intellectu, cùm nihil sit in intellectu, nisi subiectiuè vt species, & habitus; vel obiectiuè p̱ speciem, vel per habitum, ergo dicere vniuersalia esse in intellectu nudo ad sensum dictum, est dicere, ꝙ vniuersalia non sint in intellectu: sed posset respondere Aegidius, quòd sunt in intellectu, nudo ante receptionem, sed sunt postea in intellectu mediantibus speciebus, vel mediãte habitu: dicitur intellectus, purus, inquit Aegidius, intellectus Angelicus, vel Diuinus.

Notandum circa ly nudis intellectibus.

Aegid. Rom. opinio.

Cõtra arguit Ant. And. eũ non nominans

Euasio pro Aegidio.

2. opinio.

Scd'a opinio est apud Ant. And ꝙ p intellectũ solũ, debemus exponere, idest intellectum apprehendentem singularia, per intellectum nudum, illum qui nihil apprehendit, & per purum, idest intellectum Diuinum, qui non est phantasmatibus coniunctus, sed contra dupliciter de intellectu nudo arguit Ant. And. sic, si intellectus nudus est qui nihil apprehendit in re: quærere an vniuersalia sint in intellectu, hoc nihil est quærere; & in rei veritate valde rationalis est hæc impugnatio; nisi sic opinans diceret, quòd datur intellectus nihil apprehendens actiuè, sed datur intellectus recipiens species, quæ concreantur intellectui ab Ideis, secundum Platonem, vel ab illa intelligentia separata colchodea dicta, secundum Auicennam.

Cõtra arguit Ant. And.

Euasio pro hac opin.

Tertia opinio est Domini Caietani, qui obscurè satis suam profert sentẽtiam, cuius verba sunt ista, An potius sint in solis, nudis, purisque intellectibus; [solis] dicit excludendo res extra animam [nudis] verò excludendo accidentium indumenta, idest, quia hęc genera, & species non sunt in re: [puris] autem, remouendo materiæ phantasmatumq; admixtionem. s. quia vniuersalia denudata sunt ab accidentibus phantasmatũ, quæ sunt appenditiæ materię: nec inquit, est sermo de quocunque intellectu, sed de intellectu in actu, qui est idem cum intellecto in actu, vt dicitur 3. de Anima tex. commen. 15. Credo vuult dicere Dominus Caietanus, quòd cùm tertio de Anima, triplex sit intellectus, idest in triplici statu reperiatur intellectus possibilis dictus, idest, quia nihil nisi purum intellectus lumen nulli materiæ sensibili comparatur, sic Alber. videlicet in pura potentia, in habitu, & in actu, dum actu cõtemplatur, vtrum vniuersalia sint in solis, nudis, & puris intellectibus in actu dum actu considerant, idest in sola consideratione, an non, sed subsistant: Alb. Magnus verò tract. 2. c. 2. quatuor alios affert modos dicendi, quos breuitatis causa dimitto.

3. opi. quam accepit ab Alberto in trac. 2. cap. 3. ipse Caiet.

Quarta opinio est Antonij Andreæ, Magistri Philippi, Petri Tatareti, & est quarta opinio apud Albertum, quòd per intellectũ solùm, nudum, & purum, idem intelligitur, & verba ista æquipollent dictioni exclusiuæ, quę hunc faciũt sensum, vtrum vniuersalia sint subsistentia, an solùm sint in intellectu, & sic ly, solis, intelligitur, idest solùm, nudis, purisque, idest puris, ita vt ly, purum, sit expositiuum ly, nudi, &c. idipsum dicit Petrus Tataretus de ly, solùm.

4. opinio est Ant. And.

Quinta opinio est Petri Nigri in suo clypeo, quæst. 24. quòd esse in solis, nudis, purisq; intellectibus, dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, vt ista nomina sint ad maiorem expressionem posita, vt per hæc verba circũscribatur ista exclusiua, vtrum vniuersalia sint in rebus, vel tantùm sint in intellectu: Alio modo sumi possunt hæc verba, vt per ea, distinctę res habeant significari, vt illud dicatur esse in solo intellectu, cui nihil correspondet extra intellectum ex natura rei, vt sunt figmenta, & sic nudus dicatur intellectus, qui à speciebus intelligibilibus est denudatus, purus, verò qui à corpore est separatus: & opinio hęc ad quartam opinionem reduci potest quoad sensum, sed non quoad eius indeterminationem.

5. opinio est Petri Nigri.

Mihi verò præter pręedicta ab illustribus viris videtur dicendum, quòd ly, solis, idest solùm, nudis, idest puris intellectibus Porphyrius posuit propter dissidium, quod est inter Platonem, & Aristotelem; voluit enim Plato ponens scire nostrum non esse de nouo, sed reminisci, primo Posteriorum tex. primo, quòd intellectus noster in principio est à Deo creatus, ornatus, & vestitus omni scientia, sed post dùm corpus ingreditur tanquam carcerem, ob eius crassitiem, seu corpulentiam obliuiscitur, & dum postea aliquid addiscit, nihil de nouo acquirit, nisi quòd prius sciuerat, & erat oblitus, & quòd influxus specierum erat ab Ideis, formis separatis, quod dicebat etiam Auicennas de sua Colchodea: Aristoteles verò oppositum sentit, tertio de Anima, tex.

6. est opinio propria intimius Porph. sententiã explicans quare opinioni con formis.

t.14. ponens intellectum nostrum in principio, esse nudum, & purum, veluti tabulam rasam in qua nihil est depictum, volens igitur Porphyrius dicere, verũ vniuersalia realia subsistant, an sint solùm in intellectibus hominum, idest solùm habeant esse cognitum, nullum verò esse reale extra intellectũ, dixit, in solis, nudis, intellectibus, secundum eos qui non ponunt ly, puris, ubi illa particula vt impertinens posita est; alludendo ad opinionem Aristotelis contra Platonem, qui ponebat intellectum non nudum, sed vestitum omni scientia: secundum illos verò qui ponunt ly, puris, illa particula debet esse expositiua ly, nudis, & omnia referuntur ad intellectum nostrũ partim impertinenter, vt ly, nudis, & partim expositiuè, vt ly, puris, & sic placet mihi opinio Alberti inquantùm dicit, quòd dixit, solos, qui est intellectus noster, qui in principio est tanquàm tabula rasa: non autem placet inquantùm dicit, quod per ly, nudum, debemus intelligere intellectum angelicum, qui est à materia separatus; & quòd per ly, purum, debeamus intelligere intellectũ Diuinum, qui est purissimus actus, cui nihil est potẽtiæ admixtum, nã cũ diuinus intellectus sit vnus, quomodo dixit puris, quod dicit etiam Aegidius Romanus, in numero plurali, eo maximè quia ista particula, puris, in græco textu non legitur, & ly, nudis, ponitur vt exagetatio prioris particulę, solis, ita vt per solis, nudis, purisq; intellectib. debeamus intelligere. i. in solo, meroq; intellectu, & sic ista verborum multiplicatio, quæ difficultatem peperit, non ponitur, nisi ad expressionem eiusdẽ rei per verborum quandam inculcationem, vt quarta illa opinio habet apud Albertum, & est Dominici de Soto sententia. Et hoc dicit & Ammonius referens cuiusdam Græci sententiam sic habens, itaque Antisthenes genera & formas. i. species, in nudis intellectibus positas esse volebat, equum inquiens video, equinitatẽ verò non video. & hominem video, non autem humanitatẽ, & fortè hoc dicere voluit Petrus Niger q. 24. sui clipei, licet non expresserit, vtrunque illius distinctionis membrum substituens.

Notandum quid corpus Phy. & Mathe. qd corporeum, & quid incorporeum.

[Et siue subsistentia corporalia sint, an incorporalia.] Nota hic, quòd corporale dicitur à corpore, corpus autem duplex est, videlicet Physicum, & Mathematicum corpus Mathematicũ dicitur intelligibile, & Physicum sensibile, primo Cœli com. 69. & 3. Metaphysicorum. 17. corpus Mathematicum est in loco tantùm secundũ imaginationem 4. Physicorum. 47. & 1. de Gen. 44. & ideo immobile est, et nullam habens inclinationem ad motum 3. Cœli. com. 55. Corpus verò Physicum habet vtrunque, & Porphyrius loquitur hic de corp. physico, vt patet 2. Physicorum, tex. 19. quando dicebat Aristoteles, quòd Platonici abstrahunt physica plusquam Mathematica, nam Mathematica sunt abstracta solùm secundum considerationem, & non secundum rem, physica verò abstrahunt secundum rem & considerationem. Hinc corporeum, seu corporale dicitur illud, quod est extensum, siue per se, vt superficies, siue per accidens, vt albedo. Incorporeum vero est, quod non est corpus, et nec est extensum per se, nec per accidens, de quo in prædicamento quantitatis plura diximus.

Verba text. explicantur.

[Et verum separata, an in sensibilibus posita] nota, quòd duplex est separatio, vna videlicet realis, vt quando manus abscinditur, & separatur à corpore; alia est separatio intellectualis, puta, quando per imaginationem, & considerationem separatur vnum ab altero, vt cùm mente concipio manum separari à corpore, iuxta illud secundi Physicorum 18. abstrahentium non est mendacium.

Alia verba textus.

[An in sensibilibus posita] per sensibilia, singularia, & particularia intelligimus, vnde differunt, sensitiuum, & sensibile: sensitiuum est ipsa potentia sentiens, vel potens sentire, sensibile verò est obiectum sensus, seu quod est aptũ natum sentiri à sensu, siue interiori, vt est sensus communis, & imaginatiua, &c. siue à sensu exteriori, vt visus qui versatur circa visibile, seu colorem. Auditus qui circa sonum, gustus circa saporem, odoratus qui circa odorem, & tactus qui versatur circa primas quatuor qualitates sensibiles alteratiuas, vt sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum, vt patet in secundo de Anima, per longum processum.

Duplicia sūt sensibilia.

Hinc duplicia sunt sensibilia, quædam videlicet per se, quædam verò per accidens, secundo de Anima, tex. 63. sensibilia per se sunt duplicia, sue videlicet propria, aut communia; & ideo sensibile proprium est illud, quod non contingit alio sensu sentiri, & circa quod non contingit errare: vnde sensibile proprium visus est color: auditus est, sonus, vt dictum est, sensibilia verò communia sunt, quæ pluribus, quàm vno sensu possunt percipi, vt v.g. sunt motus, quies, numerus, figura, magnitudo: sensibile verò per accidens est, vt si video rem albam, & dico esse equum Platonis, hoc est sensibile per accidens, quia accidit illi albo, vt sit talis equus, verum quia hæc sensibilia sunt accidentalia, loquitur hic Porphyrius de sensibilibus substantialibus, quæ sunt substantiæ singulares, & particulares. Et sic sumitur hic sensibile, vt inquit Albertus, tractatu secundo. capitulo 8. Aegid. Romanus, Petrus Tataretus, & D. Caietanus.

Quid sit sensibile propriū & sensibile commune.

Alia verba textus.

[Et circa hæc consistentia dicere recusabo,] idest, & alia quædam circa tales difficultates, circunstantia, in hoc libro dicere recusabo, exponit Albertus Magnus, quasi dicat, non solùm ab his tribus præcipuis, & magis famosis quęstionibus abstinebo, sed etiam à quibusdam alijs dubijs, quæ circunstant, idest quę circumcirca has quæstiones circumferuntur, & ab illis originem trahunt, Ad hoc accedens Aegidius, sic dixit: Et etiam recusabit quædam dicere circa, idest, quasdam quæstiones, quarum solutio dependet à solutione istarum quæstionum. Et Ant. and. addit, has qõnes excludi, & alias annexas istis, idipsum dicit Paulus Venetus, & Petrus Tataretus, sic hñs, & et recusabo dicere constantias. i. difficultates, circa has qõnes incidẽtes. [Altissimũ. o.

est huiusmodi negotium, & aliùs maioris egens inquisitionis]Inquit Albertus. ꝙ hoc negotium altissimum est, quia altissimæ scientiæ propriú.i. Metaph. & ideo maioris, & subtilioris egens est, inquisitionis.altioris quidem, quoad subiecti nobilitatem, maioris autem inquisitionis quoad demonstrationum subtilitatem, in his.n.duobus sciẽ differunt. 1 de Aia.t. 1. Aegidius verò inquit hoc negotium.i. determinare has q̃ões, est altissimú, quia est egens maioris inquisitionis, quàm principale propositum, sicut est iste liber introductorius, idipsum dicit Ant. And. & Petrus Tataretus magis se explicans dicit, hoc negotiú esse maximè altissimum, nam in Metaph. de his agit. vt nos in q. q. dicemus.

Alia verba textus.

[Illud verò quemadmodú de his, ac de propositis, magis probabiliter antiqui tractauerunt.] Alb. inquit, illud quod de his dicendum videtur probabiliter quemadmodum de his tractauerút antiqui philosophi, & horum maximè peripatetici, quos hic sequi suscepimus, nunc tentabo demonstrare modo introductionis, hoc et dicunt Aegid. Ant And. & Pet. Tataretus. Vnde optimè inquit Ammon. & Boet. ꝙ per ly, de his, genera & species intelligit, nam continuò de his disserit in tractatu. [p ly verò de propositis] reliqua tria denotat, videlicet drãm, proprium, & accidés. [magis probabiliter] dupliciter exponi pñt hæc verba. Primò magis probabiliter.i.verisimiliter, sic λογικῶς apud Arist. Boethú Græcú, Alex. & Porph. in multis alijs locis idem sonat, ac rationabiliter, & verisimiliter. Secundò probabiliter, melius q̃ rationabiliter.i. non præter opinionem ingredientiú, atq; lectoris, quod introductionis est proprium, & ita sentit Boetius noster, quamuis nos in textu habeamus λογικώτερον comparatiuè.i.magis logicè, seu potius modo logicali, &c. [Et horú maximè peripatetici tibi nunc tentabo móstrare. Aegidius Romanus, Ant. And. hic, & in prohemio suæ expositionis super lib. de diuisione ipsi⁹ Boetij, Petrus Tataretus; Mag. Philippus Mucagata, hic animaduertunt, Athenis vbi literarú studia magis vigebant, tres fuisse sectas.i. scholas magis frequentatas, videlicet sectam epicuream, stoicam, & peripateticam. quas breuiter animi gratis enarremus in gratiam Nouitiorú.

Alia verba textus.

Tres fuisse philosophorú sectas ferunt hi expositores.

Prima Secta Epicureorú.

Secta epicureorú dr̃ ab Epicuro fautore q̃ fęlicitaté posuit in voluptatibus, & Epicurus, vt inquit Aegid. dr̃, ab Epi.i. supra, & cus quasi supra arté.i. supra bene comedere, & bibere ponens suá fęlicitaté. Ant. And. verò inq. t. ꝙ secta Epicureorum dr̃ ab Epi, quod est sine, & cus, tis, quia sine cute, qui in delectatione gustus posuerunt fęlicitatem, vt ex illo epitaphio Epicuri apparet, in quo sic habetur: Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas: Cum te mortalem nouis præsentib⁹ exple delicijs animum, post mortem nulla voluptas. Petrus verò Tataretus inquit, quòd Epicuri vel Epicurei dicuntur ab Epi, quod est supra, & cutis, quasi supra cutem. quia superficialiter philosophabantur: Huius sectę auctor fertur fuisse Aristippus, de quo Horatius poeta dicebat. Núc in Aristippi furtim præcepta relabor; fuit enim Mathem. omnes alias scientias despiciens, vt in 3. Metap. t. 3. dixit Arist. & Cirenaicorum Magist. vt inquit Lactantius Firmianus; lib. 3. diu. inst. particula 15. de quo inquit, ꝙ cùm ei esset consuetudo cú Laide nobili scorto, eius flagitium defendebat dicens. Multùm inter se, & cæteros Laidis amatores interesse, quòd ipse haberet Laidé, alij verò amatores à Laide haberentur, eo ꝙ ipse gratis luxuriaretur: Alij verò bona sua perderét. Hinc Eudoxus Calippi socius, & Platonis familiaris, philoxenus Sardanapalus Assyriorum rex, Xerses rex Persarum, quorum princeps fuit Epicurus, & Aristippus dixerunt, summú bonú esse voluptatem, vnde Xerses inuentori nouę voluptatis, vt in ea fęlicitaretur, præmium instituebat, quem Critolaus peripateticus bene reprehédebat: sed vt Lactantius refert, horum Socij sic sunt inuicem diuersificati: Epicurus summú bonum in voluptate animi esse censet, licet alter alij dicant, Aristippus in voluptate corporis. Calliphon, & Dinomachus Cirenaici, honestaté cú voluptate iunxerunt. Diodorus qui vna cú Protagora, & Diagora Deum negauit, in priuatione doloris summum bonum posuit: quidam philosophus nomine Hieronimus in non dolendo, Peripatetici, Platonici in bonis animi, corporis, & fortunæ. Herillus in scientia, Aristoteles verò et in honestate, virtute, & scientijs, summum bonú collocauit. Nos verò duplicem beatitudinem cognoscimus, vnam obiectiuam, quę est Deus trinus in personis, & vnus in essentia: alteram verò, q̃ formalem nuncupamus, quæ est visio, vel dilectio, qua Deú amamus, diligimus, & cofruimur, & hęc de prima secta Epicurea sint dicta.

Aristippi dictum scholaribus euitáda.

Antiquorum opiniones de summo bono

Verà & christiana de beatitudine, tenéda sententia.

Alia secta dicebatur stoica, cuius sectę auctor dicitur fuisse Zeno: vnde Antonius Andreas, Petrus Tataretus, & Philippus Mucagata dicunt, ꝙ illa Secta dicta est Stoica, denominatione sumpta à Stoa porta, quia iuxta illam portam ciuitatis discipuli illius Sectæ, studio vacabant, aut morabantur: Aegidius verò dicit, quia quotidie in tali porta sedebant; isti enim sunt qui Stoici dicuntur à Zenone descendentes, quamuis Tataretus dicat, quòd à Platone. Tertia Secta fuit Peripateticorum, quorum princeps fuit Aristoteles Stagirita, vt inquit Aegidius, Anton. And. & alij. Ammonius verò circa hęc uerba [& horum maximè Peripatetici] inquit quòd Porphyr. non in se harum rerum.i. quinque vniuersalium doctrinam, inuentionemque transfert, sed ait quæ à veteribus ad fidem, hominumque sensus, accómodatè à Peripateticis sunt disputata, qui in ea laude principes semper extiterunt: Peripateticorum enim hinc manauit appellatio: Plato in Academia, vt corpus exercitatione ad ingenij splendorem excoleret, deambulare docendo cum suis amicis, & discipulis solebat, & ideo Peripatetici appellati sunt. Platone autem mortuo eius scholæ, Aristoteles, atq; Xenocrates successere, & sic Xenocrates in eodem loco, idest, in Academia incepit docere. Aristoteles uerò in alio lo-

Secúda secta, quæ stoica nú cupatur.

Tertia secta peripatetica nuncupata.

co,

eo, idest, in Lyceo, quodam loco sic dicto: unde Aristotelis discipuli Peripatetici è Lyceo dicebantur: Discipuli uerò Xenocratis, Peripatetici ex Academia sunt appellati: successu temporis postea, Aristotelis discipuli extincta loco à appellatione, vocati sunt Peripatetici, Xenocratis uerò Auditores Academici sunt uocati. Illi quidem Peripatetici Aristotelici, isti uerò Academici Xenocratici. Et quia Porphyrius erat, Platonicus, & uolebat Grisaorium ad Aristotelis prædicamenta introducere dixit, & maximè, idest, pro maiori parte Peripatetici, idest Aristotelici dicti à περιπατεῖν, idest deambulo quia deambulando docebat Aristoteles, & sic mihi uidetur, quod solus Aristoteles sit Peripateticus, quicquid dicat Ammonius, Sotus Hisp. & Alphonsus Hispanus. Sic igitur terminis explicatis, literam construe: [Mox,] idest, prima facie, ut Albertus, uel deinde, ut Magister Philippus, uel continuò, ut Ammonius, uel protinus, idest, statim ut dicit Sotus. O Grisaori, Ego Porphyrius illud [recusabo] idest cessabo [dicere] idest, declarare, & disputare in præsenti tractatu, [De generibus, & speciebus] idest illa dicere de generibus, & speciebus, & alijs tribus etiam, vt de differentia, proprio, & accidente, ut Antonius And. & Ammonius [siue subsistant] idest, an realiter existant, in rerū natura [siue in solis, nudis, intellectibus posita sint] idest, siue an habeant solùm esse cognitum apud Intellectum nostrum, nudū in principio secundum Aristotelem, & nō vestitū scientijs secundum Platonem [Et siue subsistētia corporalia] i. dato quod habeant esse reale in rerum natura, & non sint imaginaria; Vtrum sint corporalia i. tripliciter dimēsionata, & extensa. An sint incorporalia [i. an sint corporis expertia, & nullo modo extēsa?] Et vtrum separata, ut uolebat, & dicebat Plato ponendo Ideas [An verò sint posita in sensibilibus] i. in singularibus, vt dicit Albertus, Aegidius, & Ant. And. & uoluit Aristoteles? [Et circa hæc consistentia.] i. & circa alia dubia, quæ circumstant, & circa has tres quæstiones circūferuntur, vt Alb. & Aegidius, vel circūstantia. i. alias quæstiones his annexas, vt Ant. And. vel constantias i. difficultates circa has quæstiones incidentes. Vt Tataretus. [Dicere recusabo]. i. disputare, abstinebo. [Altissimum enim est huiusmodi negotium,] idest hęc disputatio altissima est, quia altissimæ scientię i. Metaphysicę est proprium, vt inquit Albertus, [& alius maioris egēs inquisitionis] i. altioris, quoad subiectum nobilitatem, Maioris verò inquisitionis quoad Demonstrationum subtilitatem, vt inquit Albertus [Illud uerò quemadmodum de his] i. generibus, & speciebus [ac de propositis] i. de differentia, proprio, & accidente, quæ supra proposuimus, vt Ammonius, Boetius, & Gratiadeus, [magis probabiliter] i. rationabiliter, secundum Boetium Græcū, & Alexandrum, apud Boetiū [Antiqui tractauerunt] i. Antiqui Philosophi, dixerunt, [Et horum] i. Philosophorū [Maximè] i. vt plurimum, quia quandoque Platonicè loquar [Peripatetici] i. Aristotelici, vt Albertus, Ant. Andreas, Aegidius, & Petrus Tataretus, vel Peripatetici [i. Platonici secundum Ammonium, & Sotum.] Tibi [i. Grisaorio, vt Ant. And vel ad vtilitatem tuam, vt Aegidius [tentabo] idest, conabor. & pro viribus enitar, [monstrare] i. Logicè, & introductoriè explicare. Sic constructa litera, ex textu talis colligitur.

Construcțio literæ.

CONCLVSIO.

Concl. text.

Tres prædictas difficiles quæstiones Metaphysico relinquens, reliquas faciliter, & introductoriè more Peripateticorum declarare tentabo.

Contra conclu. Arguitur primo.

Circa hanc cōclusionem sic procedam: primò contra eam dubitabo. Secundò, ne prædictarum trium quæstionū, à quibus uult se Porphyrius abstinere, habeamus tantùm quid nominis, quàm breuissimè potero, illas, quātùm sat erit Nouitijs declarabo, ne in facilibus fimbrias dilatantes, in difficilibus verò subcumbētes, veluti Mus super farinam transeamus. Et primò contra cōclusionem arguo sic. Inquit Aristoteles in cap. de Relatiuis, quod dubitasse de singulis non est inutile, cur igitur Porphyrius in hoc prohęmio dixit, vtilitate existente istarum rerum speculatione, & postea ab his qōnibus, à quibus maxima emanet vtilitas, uult se abstinere? eo maximè quia ars, virtusq; circa difficilia uersatur 2. Eth. c. 3. non ergo ab illis debebat se Porphyrius abstinere, imò illas Grisaorio debebat explicare. Ad hoc Respōdeo, quod ab Aristotele edoctus 2. de anima tex. 24. & 36. quod Actus actiuorum fiunt in patiente benè disposito, & quod omne quod recipitur per modū recipientis recipitur, Porphyrius, consultò has quæstiones dimisit; quia Grisaorius tamquàm Tiro, & Nouitius quoad Logicalia, non erat benè dispositus, ad mente concipiendum has difficultates, quæ circa has quæstiones uersantur, & ideo ab illis abstinuit Porphyrius breuitatem, ac facilitatem affectans. Amplius quia Ars imitatur Naturam inquantum potest 4. Metheororum com. 28. & 2. Physi. tex. 22. Porphyrius tamquàm optimus Artifex, declarat doctrinā quinq; vniuersalium iuxta naturam, & naturales dispositiones, seu habilitatem ipsius Grisaorij. Qui vt Nouitius non poterat has quęstiones percipere. Vnde ad auctoritates Aristotelis Respondetur, quod debent intelligi quando subiectum est benè dispositum, seu quando agitur cum prouectis; qualis non erat Grisaorius, vt ei possent difficilia vltra suum captum explicari: Sed statim replicabis, quare Porphyrius illas quæstiones mouet, cùm eas non soluit? Respōdeo quod triplici de causa illas mouet, prima Ne crederet Grisaorius, quod de vniuersalibus nō possunt moueri difficiles quęstiones propter imbecillitatem, & tenuitatem doctrinæ eorum, quæ in suo libro continētur. Secunda causa est, ut redderet Grisaorium attentum, ut amore sciendi illas quæstiones, ad Metaphysicam inflammaretur. Tertia causa est, ne uideret

Responsio.

Contra respō sionē replicatur expositio? quòd triplici de causa has quæstiones mouet Porphyrius.

stio-

tur illas quæstiones ignorare. Nam cùm dixisset se uelle à quibusdam arduis quæstionibus abstinere, potuisset suspicari Grisaorius, tales quæstiones non reperiri, seu de quinque uniuersalibus non posse moueri, & ideo ut ei dubitanti satisfaceret, & ne eum tamquàm nouitium cõfunderet, illas fuit contentus nominare, non tamen eas declarare: Sed iterum quis replicabit, q̃ neque nos debemus illas agitare. Ad hoc respondeo, q̃ quia nostra hac tempestate, adeo Logica est adulterata, ut nisi Philosophicæ quæstiones in ea disputentur, minimè Logicis satisfiat, ideo quæstiones istas à quibus suo tempore sub Anno Dominicæ Incarnationis 280. se abstinuit Porphyrius, quia tunc temporis nõ erant exquisitè omnia quærentes Latini; proptèrea Nos hoc tempore de his quæstionibus ad nostrorum Discipulorum vtilitatem, aliqua dicere operepretium duximus, ad bonitatem Doctrinæ, ne suspensus aliquantulum remaneat animus Auditorum, & supra vires Logicè, vt inquit Albertus.

Instantia.

Resolutio.

Dilucidatio trium quæstionum, à quibus voluit se Porphyrius abstinere. Et primò Logicè, secundò verò Metaphysicè.

PRO harum quæstionum (ne per æquiuoca procedamus,) intelligẽtia, necessariò est Notandum, q̃ licet quæstiones istæ moueantur de uniuersalibus, non tamen mouentur de uniuersalibus sumptis pro per se significato, seu uniuersalibus secundæ intentionis, seu secundo intentionaliter sumptis; quæ sunt entia Rationis, quia de illis non est dubium q̃ sunt in intellectu obiectiuè. idest, in uniuersalibus realibus prout habent esse cognitum apud intellectum. Sed debet intelligi quęstiones à Porphyrio dimissę, de uniuersalibus realibus, idest de quinque prædicabilibus pro per se Denominato, idest, primo intentionaliter sumptis, quia vt sic sunt uniuersalia realia ad Metaphysicum pertinẽtia. Et quia quærere de uniuersalibus realibus, Logico est impertinens, & quærere de uniuersalibus intentionalibus est ei proprium; propterea de uniuersalibus intentionalibus primò, & 2. de uniuersalibus realibus has qõnes disputabimus. Quęstiones autem sunt istę. Prima, an uniuersalia sint in intellectu, an separata extra intellectum, & hęc quęrit de esse ipsorum, idest, de existentia si sunt ubi habeãt esse. Secunda est, an sint corporea, uel incorporea, & hæc quæstio est de entitate, seu quidditate ipsorum uniuersalium. Tertia est, utrum sint separata à singularibus, an sint in singularibus, & hęc quęstio est de habitudine qualiter se habent ad sua singularia: Prima est si est. Secunda, & tertia, quid est. Et alia potest esse propter quid, vt infra dicam. Has igitur quęstiones Logicè disputando quęro primò.

Notandum.

Tres quæstiones disputandę.

Quęstio.

Vtrum uniuersalia intentionalia sint in re, vel in intellectu, tamquàm in subiecto.

PRO huius quæstionis tituli intelligẽtia est notandum q̃ dicitur, (uniuersalia Intentionalia) ad differentiam vniuersalium Realium; & dicitur, in subiecto. i. inhæsionis, seu Materia in qua, & loquor de subiecto inhęsionis, cui formaliter insunt vniuersalia secundò intentionaliter sumpta. Et suppono tripliciter aliquid posse esse in intellectu, vno modo formaliter, & nõ obiectiuè, ut species, secundò obiectiuè, & nõ formaliter, ut uniuersale reale; tertiò utroq; modo, ut uniuersale Intentionale. Breuiter est una 1. opi. q̃ sint in intellectu tamquàm in subiecto: pro cuius opinionis intelligentia est notandum, q̃ tripliciter aliquod intelligibile esse potest in intellectu ex Sco. 4. dist. 1. quæst. 2. primo modo obiectiuè, & sic omne uniuersale habet esse in intellectu, ut obiectum cognitum. Nam esse obiectiuè in intellectu nil aliud est, quàm cognosci ab intellectu: Secũdo modo aliquid dicitur esse in intellectu, quia habet esse ab intellectu, & tales sũt secundæ intentiones, seu entia rationis, quæ consequuntur comparationem passiuã intellectus, ut genus, species, &c. Tertio modo aliquid dicitur esse in intellectu subiectiuè, sicut sunt intellectiones species intellectuales, & scientiæ; & sic vniuersalia intentionalia sunt in intellectu hoc tertio modo formaliter, & subiectiuè: hæc est prima opinio: Secunda opinio est q̃ intentiones secundæ, & entia rationis propter minimam eorũ entitatẽ in nullo sunt subiectiuè, nec in intellectu, nec in re extra intellectum. Tertia opinio est Scoti quæst. 9. Anto. And. & Sociorum, quæ est fundata in una Distinctione, cuius ualor (inquit Ioannes Anglicus) non potest ab humano intellectu existimari; quod pretium limitans D. Mauritius dixit, q̃ est aureum talentum; & distinctio est Alberti Magni tract. 1. cap. 2. & tract. 2. cap. 3. Et partim D. Tho. 1. par. quæst. 58. ar. 6. & 3. parte quęst. 4. ar. 4. & Aegidij 1. de gen. tex. 1. vt optimè declarant Ioannes Anglicus, & Mauritius de Schola subtilium, quæ talis est; Significatũ termini communis significãtis ueram naturam tripliciter potest considerari v g. Homo; qui est natura communis, pluribus hominibus communicabilis ut quod. Primo modo consideratur Physicè secundum esse materiale eius, idest, ut habet esse in suppositis, idest particularibus hominibus, & hoc modo insunt ei accidentia communia; & sic dicimus, q̃ homo currit, & homo est albus. Secundo modo consideratur Metaphysicè secundum suum esse quidditatiuum, idest, prout abstrahit ab hic, & nunc, & est quid ingenerabile, incorruptibile, & æternum, ut dixit Auerroes, q̃ Misera est natura, cùm id quod non potuit pperuare in indiuiduo, perpetuauit in specie; eo q̃ de possibilibus, Natura semper facit qđ melius est 1. cœli com. 34. & 8. Physic. 56. Et sic homini hoc secundo modo sumpto, insunt prędicata essentialia, vt Homo est Animal, homo est rationalis, risibilis, &c. Tertio modo consideratur Logicè, ut per formam intelligibilem. i. speciem intelligibilem ab intellectu appræhenditur quoad esse cognitum. Et sic insunt ei intentiones secundæ, idest, prædicata intentionalia, vt

Tripliciter aliquid esse potest in intellectu.

Prima opin.

Secunda opi.

Tertia opin.

Notabilis Distinctio.

dicen-

dicendo, Homo est species, homo est subiectū, prędicatum &c. Et tunc in his tribus propositionibus, Homo est albus; Homo est animal, & Homo est species. Iste terminus, homo, idem significat, diuersimodè tamen supponit: Hac distinctione sic stante Respondet Scotus q.9. quod uniuersale, uel uniuersalia non quidem fundamentaliter, & primò intentionaliter sumpta, sed formaliter prin per se significato .i. pro secunda intentione sumpta, sunt in re vt in subiecto inhęsionis .i. sunt in vniuersali reali, ut habet esse cognitum apud intellectum v. g. hoc uniuersale intentionale, genus, tamquàm in subiecto est in Animali, prout Animal consideratur tertio modo .i. vt habet esse cognitum apud intellectum, per propriam speciem intelligibilem repræsentatum. Secundariò uerò sunt obiectiuè in intellectu ut cognitum in cognoscente, & ut in efficiente: Idipsum dicit Aegidius dub.2 Gratiadeus, & Paulus Venetus, quamuis Paulus dicat, quod formaliter & subiectiuè, quod negat Scotus: Intellectus enim considerans naturam hominis, ut communicabilem pluribus motus à proprietate in eo reperta, causat secūdam intentionem, quæ dicitur species, & illā tribuit homini, ut eius subiecto, ut dicatur postea, Homo est species. Hinc cùm ly, species, denominet hominem, & non intellectū, hoc uniuersale, species, erit in re intellecta, ut in homine, non autem in intellectu iuxta illud, Logica est de secundis intentionibus adiunctis primis: Hanc concl. tripliciter probat Scotus. Primò auctoritate Arist. 2.Phy.tex.70. vbi habet Philosophus, quod Materia, & efficiens non coincidūt, ubi uult quod tres cāę coincidunt, videlicet. Forma, efficiens, & finis; & clarius habetur 2. de aia text. 36. quod Anima est causa corporis animati in tripli ci genere causæ, exclusa materia. Sic dicit Scotus; quamuis dicere posset primam opinionem sustinens, quod materia ex qua, & efficiens non coincidunt, benè tamen Materia in qua. Sed intellectus (inquit) Scotus, est causa efficiens uniuersalium, ergo non sunt in intellectu. Secundò probat Scotus ex auctoritate Auerrois 1. de anima com.8. secundo de anima tex.com.60. 3. de anima t8. & 12. Metaph. com.4. quibus in locis inquit Auerroes, quod intellectus facit uniuersalitatē in rebus, ergò illa vniuersalitas est in re intellecta, & non in intellectu intelligente. Tertiò, acci dēs in illo est tamquàm in subiecto, quod denominat denominatione intrinseca, sed uniuersale denominatione intrinseca denominat rem, & nō Intellectū, ergo; & dico denominatione intrinseca, quia de denominatione extrinseca secus est dicendū, cùm denominet subiectum in quo non est, nam sol denominatur calefacere, sed quia ipse non est formaliter calidus, ista denominatio dicitur extrinseca respectu solis, & intrinseca respectu aeris formaliter calefacti. Cōcl. igiē sit ista.

Respōsio Scotistarum.

Probatio cōclus. Scoti. Primò.

Secundò.

Tertiò.

CONCLVSIO.

Conclusio.

Vniuersalia Intentionalia principaliter sunt in re tamquàm in subiecto inhæsionis, secundariò verò in intellectu, vt obiectum cognitum in cognoscente, vel vt in efficiente.

EST etiam Ant. And. ista conclusio qui uelut canis leporarius Scoti uestigia insectatur, quicquid dicat Petrus Niger quęst.24. conclusione prima, & secūda, quod uniuersale intentionale solùm habet esse in intellectu obiectiuè, & nullo modo extra intellectum subiectiuè.

Sed contra eam arguitur. Et primò, omne accidens quòd est in re, Aut est proprium, ut risibile, & sic prius inest speciei quàm Indiuiduo, v.g. homini quàm Socrati; Aut est accidens commune, ut album, & inest prius indiuiduo speciei .i. Socrati quàm homini. Sed uniuersalia, & secundæ intentiones non sunt accidētia propria cùm non fluant à principijs intrinsecis subiecti sicuti est risibilitas, nec sunt accidentis communia quę priua insint indiuiduis; ergò si essent uniuersalia, ut accidentia in re, inessent indiuiduis, quod falsum, quia tunc Indiuidua essent uniuersalia. Ad hoc Respondet Scotus, quod hoc argumentum procedit de accidente reali, quod uel est propriū fluens à forma, vel commune fluens à materia; modò uniuersalia sunt accidentia intentionalis, & ideò non sequitur, quod singularia essent uniuersalia. Sed aliter, & iudicio meo satis benè, ad hoc respondet Albertus tract.2.cap.3. circa finem, dicens, quod omne quod est in indiuiduis, ut in indiuiduis, est singulare, sed uniuersalia sunt in Indiuiduis, & non considerantur, ut in Indiuiduis sunt, & sic uniuersalia secundum se accepta sunt quale quid, & non hocaliquid. Sed contra, omnia quę sunt in indiuiduis, sunt in eis per modū indiuiduorum, sed indiuidua sunt hocaliquid, ergò quę sunt in indiuiduis sunt singularia, & hoc aliquid. Ad hoc respondetur, quod ea quę sunt in indiuiduis non semper sunt in eis per modum esse indiuiduorum, sed quandoque in illis sunt, ut in fundamentis, quibus inexistunt.

Secundò arguitur sic. Intellectus est uirtus passiua 2. de anima 54. & 3. de anima tex.5. sicut & sentire 1. Topic. c.12. Ergò cùm intellectus causet uniuersale, non extramittet illud, retinens illud in seipso, & sic non in aliquo extra ipsum. Ad hoc Respondet Scotus, quod cùm intellectus nō sit virtus factiua, non tribuit aliquid alteri per trāsmutationem realem, sed benè est virtus actiua, producens uniuersale quod tribuit rei; contra; 6. Metaph. tex.2. intellectus triplex est, uidelicet factiuus, actiuus, & contemplatiuus, ergo est uirtus factiua. Respondeo, quod loquitur ibi Arist. de intellectu practico, qui diuiditur in actiuum, & factiuum, modo intellectus qui producit uniuersale, est intellectus contemplatiuus, seu speculatiuus. Et ideo dico, quod cùm duplex sit actio, videlicet transiens, & immanens 9. Metaph. tex.16. actio intellectus est immanens, & non agit extra mittendo, dum tribuit uniuersale rei, eo quod obiectum cognitum cui attribuit secundam intentionem, non est extra ipsum intellectum, & sic nullus

Contra Sco. responsionē. Arguitur primò.

Respōsio Scoti.

Alia responsio Alberti.

Contra.

Responsio.

Arguitur 2.

Resp. Scoti.

Contra.

Responsio.

lus intercedit transitus uniuersalis ab intellectu producente, ad obiectum cognitum in quo fundatur.

Arguitur 3. Tertiò arguo sic. Ex intellectu,& intelligibili, seu re intellecta, fit verius vnum quàm ex materis,& forma per Auer. 3.de anima com.5.sed forma non est extra materiam,nec materia extra formam, ergò nec intelligibile, quod est vniuersale reale est extra intellectum,ergò nec modus intelligibilis,vt est vniuersalitas,seu vniuersale intentionale erit extra intellectum.

Responsio. Ad hoc respondet Scotus, glossando auctoritatem Auerrois, quæ non debet intelligi, ꝙ fiat vnum compositum ex intellectu, & intelligibili, quia vt sic intellectus esset compositus ex quidditatibus omnium rerum sensibilium.i.ex ipso intellectu,& quidditatibus intelligibilibus fieret vnum compositū, & quoddam tertium resultās ex intellectu, & intelligibili: quòd falsum est, cùm forma simplex qualis est intellectus, non possit esse subiectum ex quo. Sed intelligenda est, ꝙ intellectus in actu verius recipit prædicationem unius cum intelligibili in actu, quàm materia cum forma, qa intelligibile in actu est intellectus in actu per idētitatem,quando intellectus seipsum intelligit reflexè postquàm actu rectò percepit obiectum per propriam speciem formaliter illud repręsentantem, Materia prima uerò non est forma specifica, (benè tamen forma corporeitatis non vltimata secundum Auerroem) licet sit vnita formę,eo ꝙ materia, & forma distinguūtur definitione, intellectusverò,& intelligibile qñ seipsum intelligit minimè. Hæc est Scoti glossa, quam auream vocant Scotistæ.

Explicatio responsionis Scoti. Vult iuditio meo dicere Scotus, siue ita senserit Auerroes, siue non;ꝙ intellectus, & intelligibile faciunt verius vnum, quàm materia,& forma, quia cùm intellectus intelligit seipsum, tunc idem numero est intelligens, & intellectum seu res intellecta, & faciunt verius vnum, sed Materia nunquàm fit forma, neque forma fit materia cùm sint principia realiter distincta, eo ꝙ secūdum Sco.7.Metaph. & Aristotelem t.Phys.tex.81.Materia prima nō potest generari obiectiuè, seu terminatiuè, licet benè generetur subiectiuè, idest, inquantum est subiectum generationis, forma verò generatur, & corrumpitur terminatiuè, & si non vt quod, saltem vt quo; imò ex materia,& forma fit quoddam tertium, quod est compositum, non tamen vnum est alterum, imò tertium distinctum ab vtraq; licet oppositum huius sentiat Auer.t.Physic.com.17.& hæc glossa dicitur aurea supeɾ textum plumbeum. Sed nolo hic prætereire qđ circa hunc passum subtilissimè habet Illustrissimus D. D.Cardinalis Sarnanus in Scotica doctrina splendor æternus. Qui in aurea sua expositione super vniuersalia Scoti, triplicem in Auerroe inuenit vnionem;

Illustrissimus Card. Sarna. subtilis Scholæ. Splendor æternus, triplicē in Auerroe inenit vnionem. quarum prima est in homine,ex corpore organico,& anima cogitatiua,vt forma informante, de potentia materiæ educta, quæ licet fit per informationem, tamen minima vnio num ab eo est æstimata. Secunda vnio est ex intelligentia,& orbe, quę licet fit non per informationem,sed per solam assistentiam, illa tamen nobilior est ratione vnibilium, quamuis non rationc modi vnionis. Tertia vnio est, quando ex intellectu possibili, vt materia, & agente, vt forma, fit intellectus Adeptus, quàm è Themistio accepit Auerroes, & nos in discursu satis diximus, & de hac vnione intelligendus est Auerroes quando inquit, ꝙ ex intellectu, & intelligibili, fit magis,& verius vnum, quàm ex materia, & forma. Concludo igitur cum Scoto, ꝙ vniuersale est in re tamquàm in subiecto, & cum hoc probabile etiā est huius oppositum, vt patet ex facili solutione argumentorum Scoti, tùm etiam quia Scotus 7.Metaph.tenuit vniuersale esse in intellectu, & non in re,& non præcisè tamquàm in efficiente, vel obiectiuè, vt hic dicit, sed subiectiuè, quòd hic nunc videtur apertè negare; licet dicant Discipuli, Scotum voluisse in Metaphysica, ꝙ vniuersale Logicum non est in re extra, Physicè, vel Metaphysicè considerata, sed tertio modo in esse cognito,& obiectiuè,& totum est fuga. Sed ego dico ꝙ Scotus in Metaphysica sequutus est opinionem Aegidij Romani,in hoc prohemio quęst.2. quàm ex consciētia probabilem existimabat. Sed hic,& non immeritò dubitabit Nouitius. Ista vniuersalia pro secunda intētione,seu formaliter, & pro per se significato sumpta, sunt ne substantia,vel Accidens? Dubitatio.

Responsio Petri Tatar. Ad hoc Respondet Petrus Tataretus in hoc nihil Scotizans: ꝙ nec substantia, nec accidens: ꝙ si quęras vniuersalia intentionalia sunt ne entia creata,an increata? Respondet neutrum: Contra, omne ens autem est Deus: aut creatura, sed hæc vniuersalia intentionalia non sunt Deus, ergò sunt creaturæ, sed omnis creatura, vel ens creatum, est substātia, vel accidens ergò. Cōtra.

Respōdet ꝙ ens diuisum in creatum, & increatum, est ens reale; & non est ens cōmune enti reali, & enti rationis, de quibus prædicatur ęquiuocè. Imò vniuersalia intentionalia sunt non entia.i.nō entia realia, puta, substātia, uel accidens, sed sunt entia rationis. Resp.

Cōtra responsionem. Sed hanc opinionem ego non possum capere, & contra illam vnum, aut alterum verbum dicam. Quia solutio illa, ꝙ vniuersalia intentionalia, nec sunt substantia, nec accidens, nullo modo potest stare; Dicebat enim Auerroes 1.cœli tex 1.& est expressa sententia Aristotelis 4 Metaph.tex.2.ꝙ omnia entia aut sunt substantiæ, aut accidentia, aut sunt viæ ad esse istorum. Vnde contra arguitur, quia illo concesso, tunc aliquid est, quod nō esset ens, probatur quia in locis pręallegatis,& 7.Metaph.tex. com.1.& 14. ens diuiditur in substantiam, & accidens, ergò si aliquid est quod nec est substātia, nec accidens, sequitur ꝙ aliquid est quod nō est ens. Tunc à simili arguo; si vniuersalia nec sunt substantia, nec accidens.

Responsio. Sed responderet hic Petrus Tataretus, vt de facto responde ꝙ illud dictum verificatur in entibus realibus, quæ debent esse substātia, uel accidēs. Vniuersalia uerò intentionalia, quia non sunt entia realia, nec sunt substantia, nec accidens, & sunt entia, Contra, Contra.

tra,

tra, addit Auerroes, & Aristoteles, aut via ad hęc, & per viam ad hæc omnes intelligunt accidentia diminuta, & imperfecta, Et substantias diminutas, & imperfectas, cùm omne quod producitur procedat ex imperfecto ad perfectum. Ergo vniuersalia intẽtionalia si nec sunt substãtia, nec accidens, sunt via ad ista; & quodammodo imperfectè participant nãm accidentis, & substãtiæ. Et ideo est de hac re 2. opin. Scoti in q. 9. quando inquit. Quæritur de vniuersali cùm sit accidẽs, &c. Ioannis Anglici, & Mauritij, quæ in hac distinctione consistit, quod duplex est accidens, videlicet, reale, & rationis seu intentionale, vt quæst. 34. clarè dixit Scotus: & sic vniuersalia intentionalia sunt accidentia, non quidem realia, sed intentionalia. Hinc quærenti vtrũ vniuersalia sint substantia, vel accidens? Respondetur quod dupliciter sumitur vniuersale, vno modo videlicet, pro materiali, alio modo pro formali. Vniuersale pro materiali, quod est vniuersale reale, quãdoq; est substantia, ut homo, quandoq; uerò accidens, ut color caliditas, &c. Vniuersale uerò sumptum pro formali nunquàm est substãtia, sed accidẽs, cùm sit ens rationis. Sed cõtra, Aristoteles 7. Metaph. tex. 45. inquit, nullum uniuersale esse substantiam ergo: Respõdeo, quod loquitur ibi Aristoteles contra Ideas Platonis, quia Plato ponebat substantiam communem multis: uel melius, quod ibi loquitur de substantia una numero, quæ nõ est communis, uniuersale enim reale est illud quod aptum natum est esse in pluribus, quale non est substantia prima incommunicabilis ut quod, ut inquit Scotus.

1. opin. Scoti.

Petitio.

Responsio.

Contra

Responsio.

2. Quæstio. Secunda quæstio est, utrum uniuersalia pro per se significato, idest, pro secunda intentione sint corporalia, an incorporalia? In qua dubitatione duæ sunt opiniones; una est Petri Tatareti, quod talia uniuersalia, nec sunt corporea, neque incorporea. Sed declarans se inquit, quod incorporeũ dupliciter potest sumi, uno modo uidelicet, negatiuè, alio modo priuatiuè: incorporeum negatiuè est illud, quod nec est corporeum, nec potest esse corporeum, ut sic Deus dicitur incorporeus; incorporeum uerò priuatiuè dicitur illud, quod & si actu non est corporeum, potest tamen esse corporeum, ut Socrates generandus dum est in esse essentiæ in suis causis, est incorporeus priuatiuè, qui & si non actu est corporeus, potest tamen esse corporeus: tunc respondet ista opinio, quod uniuersalia intẽtionalia nec sunt corporea, neque incorporea positiuè, uel priuatiuè, sed solũ negatiuè, quod est, nõ esse corporea; & sic nec actualiter, nec aptitudinaliter. Secunda opinio est, quod sunt incorporea, cùm sint entia rationis, quæ sunt entia spiritualia. Tertia quæstio est. Vtrum uniuersalia formaliter sumpta .i. pro secunda intentione, sint in singularibus posita, nec ne? Et respondetur quod sunt penitus insensibilia, & non sunt in rebus singularibus sensibilib^9 nisi ut habent esse cognitum v.g. cùm dicimus, quod Socrates est indiuiduum, sumendo Socratem i esse obiectiuo; possunt tamen esse in singularibus .i.

1. opinio.

Resp. Scoti.

2. opi. aliter Respondens.

3. Quæstio.

in inferioribus, v.g. hoc vniuersale, genus, est in hoc, & illo genere; & vniuersale, species, in hac, & illa specie, quę dicuntur singularia speciei. Et hęc de tribus illis quæstionibus, quas Metaphysicè disputare dimisit Porphyrius, & nos Logico negotio adaptauimus: & hoc dico, quia has quæstiones potest probabiliter, & dialecticè determinare Logicus, vt ad omnium methodorum principia viam habens, etiam sumendo uniuersalia pro per se denominato, & prima intentione, sicuti Logicus per se habet determinare istas quęstiones demonstratiuè à priori in proprijs terminis Logicalibus, quorum terminorum significationes dẽt scire, & non ignorare, vt nos hic fecimus.

Disputatio illarum trium quæstionum, de vniuersalibus, pro prima intentione sumptis.

ET quia sapientibus, & insipientibus nos utiles futuros, in prohęmio polliciti sumus: cùm Logicè illas quęstiones, à quibus Porphyri^9 abstinuit, disputauerimus pro Nouitijs, Ratio expostulabat, vt Physicè, & Metaphysicè, ad Philosophiam proximè se accingentibus easdẽ quęstiones breuitamẽ sermone explicaremus, ne solis nominibus scholaribus satisfiat. Prima igitur quæstio sit, vtrum quinque vniuersalia pro prima intentione sumpta subsistant, an in solis nudis intellectibus posita sint? .i. vtrum vniuersalia sint extra intellectũ, vel sint solùm in intellectu? 1. Quæstio.

Et prima opinio est Epicureorum, & Nominalium, nempè, Gulielmi Occham in sua Logica c. 14. & 1. sen. dist. 2 quæst. 4. & 5. quæ in hoc consistit; quod omnis res est singularis, & nullũ est vniuersale ex parte rei, quod sit realiter separatũ, vel in pluribus singularibus positum, sed solùm datur vniuersale, quod est terminus communis significans plura singularia, v.g. hic terminus, Homo; de suo primario significato significat omnes homines Mundi, & dicitur vniuersalis, & quod sicuti triplex est terminus communis, videlicet. Mentalis, vocalis, & scriptus, ita triplex etiam est vniuersale scilicet. Mentale, vocale, & scriptum; vniuersale, mentale est conceptus vniuocè pluriũ repręsentatiuus. Vniuersale vocale est terminus communis vocalis, & vniuocus; vniuersale verò scriptum est terminus communis scriptus, & vniuocus, vnde dicunt quòd huic conceptui mentali; homo; vel Animal, nullus correspondet conceptus obiectiuus præter hunc terminum; Homo; vel Animal; particulares homines, & particularia Animalia; & sic genera, & species, quæ sunt uniuersalia nullum omninò habẽt esse præterquàm in intellectu: isti enim dicũtur Nominales, quia omnia tribuunt nominibus, terminis, & uocibus, & ideo magis uidentur esse nominandi Grammatici, quàm Philosophi, cùm eorũ sapientia Grammaticam sapiat potius, quàm Philosophiam, quæ circa res, & realitates versatur, & non circa nomina, & denominationes: quorum Rationes ne inaudita parte condendentur, Istæ possent esse: Et prima, Ibi est vniuersale, ubi

1. opin. Epicureorũ, & Nominalium.

Rationes pro hac prima opinione.

le, vbi reperitur intentio vniuersalitatis, sed intentio vniuersalitatis est solùm in intellectu, ergo vniuersalia sunt tantùm in intellectu. Secunda ex auctoritate Boetij dicentis, quod res est singularis dum sentitur, & vniuersalis dum intelligitur, ergò vniuersale non est nisi in intellectu tantùm. Tertia ex auctoritate Auerrois, 1. de anima com. 8. dicentis, quod Intellectus est qui causat vniuersalitatem in rebus, ergò res non sunt vniuersales nisi secundum quod sunt in intellectu: sed ista opinio est falsa; & eius falsitas probatur. Nam rationale, & risibile, ex natura rei secluso quocunque opere intellectus, in eis aliquam vniuersalitatem causantis, competunt homini secundum quod homo est. i. inquantùm est homo cōmunis cunctis hominibus, participatione cuius omnes homines mundi sunt vnus homo, sed non competunt homini secundùm quod est hic homo, quia tūc non competerent alteri homini, vt principaliter patet de risibilitate, quæ conuertitur cum homine, & non cum Socrate, quia risibilitas est passio adæquata homini, non autem Socrati, qui est pars subiectiua ipsius hominis, & hoc quia homo est quid commune, & vniuersale, Socrates uerò minimè: similiter in 2. de anima cap. de uisu, color seu uisibile, non autem hic color, uel hoc uisibile, est adæquatum obiectum uisus communiter sumpti, & sic homo est species, & color est genus, sumendo genus, & speciem pro prima intentione ex natura rei secluso opere intellectus, & sic Epicurei superficialiter Philosophantes, & Nominales omnia nominibus tribuentes, hæc uniuersalia, quæ in rebus sunt, nesciuerunt. Modò uerò Epicureorum, & Ochanistarum argumentis satisfaciamus: Ad primum Respondeo, quòd intentio uniuersalitatis est in intellectu tamquàm in causa, & non sicut in subiecto, quia ut sic .i. tamquàm in subiecto, est in re habēte esse extra intellectum, inquantum apprehenditur ab intellectu .i. ut habet esse cognitum apud intellectum, ut sæpè ex Scoto diximus, & sic uniuersale est in rebus Physicè .i. in suis singularibus, Logicè uerò .i. in esse obiectiuo, habet esse in intellectu. Ad secundum respondetur, quod Boetij auctoritas nihil obstat, quia res quæ est extra intellectum, ut ab intellectu apprehenditur, est uniuersalis, quia species intelligibilis eam repræsentans 3. de anima tex. 6 & 38. est uniuersalis in repræsentando, cùm non sit species, & similitudo accidentium indiuidualium, sed inquantùm apprehenditur à sensu est singularis, quia species sensibilis eam sensui repræsentans, est particularis in repræsentando, cùm sit similitudo accidentium indiuidualium; propterea quod sensus non se profundat usque ad substantiam .i. non compręhendit essentias rerum, sed solus intellectus 2. de anima com. 63. Ad tertium respondetur, quod Auerrois auctoritas facit pro nobis, quia intellectus facit uniuersalitatem in rebus .i. causat uniuersale intentionale in uniuersali reali, quod est in rebus, & habet esse cognitum apud intellectum. Secunda opinio fuit Heracliti, & Cratili referente Aristotele 4 Metaph. tex. 22. Nullo modo dari uniuersalia, sed ea quæ sunt in rerum natura sunt tantùm sensibilia, & singularia, & ad hos reducuntur omnes illi Philosophi, qui confundebant sensum cum intellectu 4 Phys. 52. & 57. 1. de gen. tex. 19. & 2. de anima tex. 24. non concedentes nisi entia corporalia, quæ opinio Vt irrationalis ab omnibus reputatur, quia Philosoph᷒ benè dixit 1. Physic. tex. 49. quod sensus est singularium, intellectus uerò uniuersalium, & tunc sic opinantes, genera, & species non concedunt, & male. Tertia opinio fuit Stoicorum, in quorum secta Platonici habiti sunt famosissimi, dicentiū quod genera, & species nullo modo sunt in intellectu, sed tantummodo ex natura rei, eo quod uniuersalia, quorum est scientia, debent esse perpetua; sed in intellectu non dantur uniuersalia perpetua; cui opinioni fauere uidetur etiam Burleus dicens, quod in intellectu nō sunt uniuersalia, quia talia uniuersalia essent qualitates, cùm sint conceptus abstracti in intellectu subiectiuè existentes, & sic genera, & species decem prædicamentorum pertinerent ad prædicamentum qualitatis: quæ opinio non placet Paulo Veneto, & ratio hiocinde fit ista; quia scientia est uniuersalium, quæ debent esse in intellectu, ut cognoscātur ab intellectu; & si non realiter, saltem per speciem intelligibilem, sicuti colores uidentur per speciem sensualem, & sic si in intellectu est intentio hominis, & Animalis, necesse est ut illarum intētionum una sit genus, & alia species; & ad rationem eorum respondetur, quod uniuersalia realia de quibus est scientia, sunt impossibilia aliter se habere, & ideo sunt necessaria 7. Metaphys. 53. nam mutabilium non est scientia 9. Metaph. tex. com. 21. & 6. Ethicorum cap. 4. Vniuersalia uerò intētionalia, quæ secundum eorum essentiam sūt ab intellectu, generantur, & corrumpūtur, uel incipiunt esse, & desinunt esse; & sic nullum est inconueniens, genera, & species pro secunda intentione sumpta, esse qualitates intentionales, & consequenter uniuersalia intentionalia, sed uniuersalia realia generū, & specierū de prædicamēto substantiæ non sunt qualitates: & sic dantur quinque uniuersalia realia, & totidem intentionalia, decem prædicamenta realia extra animā, & decem in anima, quæ sunt signa illorū. Quarta opinio est Aegidij Romani, in hoc prohęmio dubio secundo, quod uniuersalia habent duplex esse, uidelicet. Materiale, & Formale: secundum esse materiale sunt extra animam omninò, secundum esse formale uerò sunt tātùm in intellectu, & explicat se Aegidius dicēs, quòd nulla res ex se est uniuersalis, nisi inquātùm intelligitur ab intellectu, eo quòd res, puta, Natura Humana, de se non habet esse in anima, nec in re extra, sicuti Homo, de se neque est albus, neque niger, neq; medio colore coloratus, sed ab omnibus his abstrahens, licet non detur homo quin sit alb᷒, uel niger, uel medio colore coloratus: uerba autem Aegidij sunt ista; & sic patet solutio ad argumentum, & quęstionem, & quòd uniuersale secundū esse

Confutatio huius opinionis.
Ad rationes eius respondetur.
Ad primam.
Ad secundā.
Ad tertiam.
Secūda opin.
Heracliti, & Cratili.
Tertia opin. Stoicorum.
Confutatio illius.
Quarta opin. Aegidij.

esse formale est in anima,& secundum esse materiale extra animam, vt dicatur vniuersale illud cuius est intellectus abstractus, sed vniuersale prout est intentio est in anima,& tale non prędicator de rebus extra:& esse posset hoc exemplum pro Aegidio, v.g. sicut visibile dicit naturam coloris tamquam subiectum, & visibilitatem tamquam formam, ita etiam vniuersale, connotat, & importat naturam communicatam multis per modum materiæ, & vniuersalitatem illi aduenientem per modum formæ, & sicuti natura realis est extra aīam, ita intellectus tribuit ei intentionē vniuersalitatis, quæ vniuersalitas est in intellectu: vnde sicuti color est extra oculum realiter, & visibilitas est in oculo, ita homo vt homo, & Animal vt Animal, absque opere intellectus est extra intellectum, sed homo vt species, & animal vt genus, est solùm in intellectu, hæc est Aegidij Romani opinio. Sed huic opinioni aduersatur Paulus Venetus etiam Eremitanus dicens, quòd genus,& species sunt in rebus secluso omni opere intellectus, quia secluso omni respectu ad intellectū, sortes, & Plato sunt eiusdē speciei;& homo,& equus sunt eiusdē generis, & hoc quia vniuersale vt vniuersale, non est separatum, sed vnum in multis 1.Periher.cap.5. Quinta opinio est realium, qui non solùm nomina, sed res etiam ponunt, & conceptus obiectiuos, quę opinio est Alberti Magni tract. 2.c.3. S.Th. par.1.quęst.85.art.2. Scoti 2.sent.dist.3.quęst.1. & 7.Metaphy. quęst.13. & ibidem Antonij Andreę, Grauadei Esculani, Ioannis Euclip, Soti Hispani, Magistri Philippi Mucagaræ, Alphonsi à vera cruce Hispani, quęst.1.super prohęmium Porphyrij concl.4. & est expressa Auerrois sent. 1.de anima com.8. 3.de anima 18. & 12. Metaphysi.com.4. à quibus omnibus non recessit Paulus Venetus in hoc prohęmio Porphyrij, secundo de anima tex.8.& 2.Metaphysi.cap.2.pro cuius opinionis intelligentia ex omni secta sunt aliqua notanda: Et primò notandum est ex Antonio Andrea hic, & etiam de mente Scoti, Ioannis Anglici, & Mauritij quæstio.4. quòd tripliciter sumi potest ly, vniuersale: primò, pro per se significato, idest pro secunda intentione, & tunc vniuersale sic sumptum idem est, ac vniuersalitas. Et vniuersale pro formali sumptum, vt genus, species,&c. Secundò sumi potest vniuersale pro per se denominato, seu pro substrato, & vniuersali reali pro prima intentione sumpto. Vt Humanitas, Animalitas,&c. Tertiò sumi potest pro aggregato ex vtroque, videlicet ex vniuersali reali, & intentionali, vt verbi gratia est aggregatum ex Animalitate, & genere: Humanitate, & specie. Secundo est notandum, quòd vniuersale pro substrato, seu pro prima intentione est duplex; Aut enim sumitur pro denominato remoto, & dicitur vniuersale in potentia; Aut pro denominato propinquo, & dicitur vniuersale in actu. Primo modo dicitur vniuersale incompletum, idest in potentia, secundo modo verò dicitur vniuersale completum, idest in actu. Tertiò notandum ex Alberto tractatu 2. cap. 3. quòd secundum antiquos triplex est vniuersale, videlicet. Ante rem; in re; & post rem: vniuersale ante rem est vniuersale in causando, quod secundum Platonicos est Idea, vel secundum Aristotelem ex Paulo Veneto, est Deus, & consequenter septem intelligentiæ, quæ ad motus propriorum orbium sunt deputatæ: vniuersale in re est vniuersale in potentia: vniuersale verò post rem est vniuersale in actu. Quartò est notandum, quòd & si istæ opiniones conueniunt in principali, discrepant tamen in quibusdam accessorijs; & nos nihil intactum relinquemus: His igitur sic prænotatis sit prima conclusio: vniuersale reale sumptum pro denominato remoto, seu vniuersale in potētia, est uerè aliquid in rebus, cùm circumscripto omni actu intellectus sit realiter in ipsis, verbi gratia. Natura lapidis est vniuersale in potentia indeterminatum ad hunc, & illum lapidem: hęc conclusio est contra primam, & secundum opinionem. Secunda conclusio est, vniuersale pro denominato propinquo.i. vniuersale reale in actu est in intellectu tantùm obiectiuè, vniuersale enim animal aut nihil est ante particularia animalia, aut quid posterius in intellecto obiectiuè 1.de aīa tex.com.8.& sic non sunt ponēda vniuersalia in rerū natura quoad esse completū, cùm vt sic vniuersale non sit in actu nisi per intellectū; hęc est contra Ioannē Euclip, & Paulum Venetū ponentes, vniuersalia realia simpliciter ī actu extra aīam; eo quod sunt in suis singularibus, secūdum quid verò in intellectu; cuius oppositum nos dicimus, quod sunt simpliciter in intellectu, secundū quid verò in singularibus, & ratio est; quia tunc aliquid habet esse simpliciter, cùm est in actu, & tunc secundū quid, dum est in potentia v.g homo nasciturus dicitur homo secundū quid.i. in potentia postquā verò natus est, dicitē homo simpliciter, sic à pari dicendū est de vniuersali, quod cùm est in potentia, dicitur vniuersale secūdum quid, cùm verò est in actu, dicitur vniuersale simpliciter, & per hanc conclusionem in uirtute primi notabilis, videtur mihi quòd extinguatur apparens illud, & antiquum dissidium inter D.Thomam de ente, & essentia cap.4. opusculo quinquagesimoquinto, & parte 1. quæst.84. ex natura rei omni operatione intellectus seclusa, vniuersale non esse, quia natura Equina non habet vt sit vna in pluribus ex se; cuius oppositum dixit Scotus 7.Metaphysi. & secundo senten. distin.3. quęstione secunda, & cum eo in illis tribus locis supra allegatis Paulus Venetus: Dissidium enim aufertur, & dirimitur si dicamus, S. Tho. loquutū esse de vniuersali in actu, Scotum verò de uniuersali in potentia; ac si dicamus secundū Scotum, ante operationē intellectus dari vniuersale in potentia, quādo ponit pręter opus intellect⁹ vnitatē specificā minorē vnitate numerali, S.Tho. verò dixisse, nō dari vniuersalia ī actu ante opus intellectus; & circa hoc ita videē mihi possibile dici, quod verò pluacit, meliùs dicat: Hinc

Quinta opi. Realium. Vt Alber. S. Th. Scoti, Anto. Andreę,& aliorum.

Primo notādū, quòd vniuersale tripliciter pōt sumi.

Secundo notādū vniuersale pro substrato dupliciter sumi.

3. Notandū ex Alberto triplex esse vniuersale.

4. Notandū.

1. Conclusio

2. Conclusio

Discordia inter Thomistas, & Scotistas sedatur.

ad corroborandum prædictam secundam conclusionem multa inferam correlaria. Et primò infero de mente Scoti, quòd Humanitas, vel Equinitas, non est de se intrinsecè vna numero, nisi per accidens, quatenus per aliam differentiam indiuidualem determinatur, & hoc quia tripliciter aliquid dicitur vnum numero, videlicet per se primò, vt sunt differentiæ indiuiduales, quæ septem sunt secundum Porphyrium, videlicet Forma, Figura, locus, tempus, nomen, patria, sanguis. Secundo per se non primò, vt sunt indiuidua determinata ad hic, & nunc, cum conditionibus materię: tertiò denominatiuè & per accidens, ut sunt Naturæ communes. Secundò infero, quòd licet tot sint Humanitates, quot sunt homines naturam humanam participantes: vna tamen tantùm est species hominis, nempe vna Natura humana, quæ denominatiuè dicitur species, non quidem prout est in suppositis, nec secundum se considerata, sed vt habet esse cognitum apud intellectum. Tertiò infero ex Alberto, ꝙ vniuersalia potentia, idest naturæ communes, sunt extra intellectum solum nudum, & purum; & sunt in generabilia inuariabilia, & incorruptibilia terminatiuè, licet benè subiectiuè possint corrumpi, vnde inquit Paulus Venetus hic ad secundum argumentum, ꝙ nullum vniuersale reale incepit esse secundum Aristotelem, & sic quamuis singulare incipiat esse, non tamen vniuersale quod est in singulari; quia Materia 1. Physic. 82. est æterna secundum Aristotelem, & etiam quantitas coæterna ipsi materiæ secùndum Auer. in libro de substantia orbis, & 1. Physic. com. 69. & Ioannem de Ianduno quæst. 25. & tamen mixta in quibus hæc materia reperitur incipiunt esse; & sic vniuersalia non sunt generabilia, & corruptibilia, nisi per accidens, vt 1. Metaph. com. 27. dicebat Auer. habent tamen il le naturę communes esse quodammodo in natura cognoscente, seu esse obiectiuum in intellectu. Quartò infero, ꝙ vniuersalia in potẽtia sunt in rebus, puta, in suppositis illius naturæ, in quibus illa vniuersalia sunt in potentia. Quintò infero, ꝙ vniuersalia in actu sunt tantùm in intellectu obiectiuè. Sextò infero in gratiam Aegidij Romani, ꝙ vniuersale reale pro substrato, dupliciter pôt cõsiderari; vno modo videlicet simpliciter, & absolutè secũdũ se; alio modo, put est coniunctũ intentioni vniuersalitatis, i. secũdũ habitudinẽ ad vniuersale pro secunda intentione sumptum: si vniuersale sumitur primo modo, tunc dicere possumus, ꝙ diuersa ratione vniuersale est in intellectu, & extra intellectum, v. g. Homo, vel Humanitas est in intellectu informato similitudine seu specie intelligibili, formaliter ei ipsum hominem repræsentante, & sic homo in intellectu est obiectiuè, & illa species hominem repræsentans est in intellectu formaliter, & subiectiuè, secundum Scotum 4. senten. distinctio ne prima quęstione secunda. Alio modo vniuersale secundum esse reale est extra intellectum, & non in intellectu, quia tertio de Anima tex. 6. & 38. non lapis est in Anima, sed forma, idest similitudo lapidis: Si verò loqui voluerimus de vniuersali in quantùm habitudinẽ dicit ad vniuersalitatẽ, seu est coniunctum intentioni vniuersalitatis, sic vniuersale est in intellectu, & non extra intellectum; & ratio est, quia vniuersale reale non prout habet esse in suppositis, sed vt habet esse in intellectu dicitur vniuersale, seu recipit prædicationem vniuersalitatis, seu vt dicatur vniuersale de pluribus prædicabile. Septimò infero quòd vniuersalitas, seu vniuersale intentionale quod dicitur vniuersale rationis, est simpliciter in ratione, idest in intellectu, vt bene dixerunt, Aegidius Romanus, Gratiadeus, Alphonsus Eremitanus Hispanus, quæst. 1. conclusione 4. & Sanct. Thomas, prima parte quæst. 85. art. 2. Scotus, & Paulus Venetus, vt supra has quęstiones Logicè disputando diximus, quamuis Paulus Venetus dicat, quòd formaliter, & obiectiuè recipiuntur in intellectu, contra Scotũ dicentem, quòd formaliter, & subiectiuè in re, idest vniuersali reali, obiectiuè verò, uel efficienter in intellectu possibili, quo Paulo Veneto melius dixit Scotus: Hinc secundo de anima commentario 67. dicebat Auerroes, quòd indiuiduali tas, & vniuersalitas comprehenduntur ab intellectu, & Sanct. Thomas, loco supra allegato etiam dicebat, ꝙ vniuersale aut sumitur pro materiali seu substrato, & sic est in rebus; aut pro formali, & sic in intellectu obiectiuè, quod non secundum se, sed per intellectum tantum separatur, idest de potentia ad actum deducitur: sed statim dubitabit Nouitius; vniuersale pro aggregato ex materiali. i. vniuersali reali, & formali, idest vniuersali intentionali, seu vniuersalitate, in quo est, in re, an in intellectu? Ad hoc respondet Antonius Andreas, quòd nec simpliciter in re, nec simpliciter in intellectu, sed in re quoad realitatem, in intellectu uerò quoad vniuersalitatem. Secundò dubitabit Nouitius; ista vniuersalia pro per se denominato sumpta, cùm sint a singularibus separata, sunt ne substantiæ, an accidentia? Ad hoc respondeo, quòd vel ista vniuersalia concipiuntur separata secundũ rem; vel tantùm secundùm rationem, & intellectum; si secundum rem, vt voluit Plato, non sunt substantiæ 7. Metaph. tex. com 45. nec sunt tantùm termini, vt uoluit Occham in sua Logica cap. 7. Si verò sunt separata sola ratione, & intellectu, vt sunt vniuersalia in actu, uel in potentia, fundamentaliter, pro substrato, pro materiali, & fundamento sumpta, possunt esse substantiæ, uel Accidentia, siue realia siue intentionalia, ut Humanitas, Albedineitas, & genus, uel species. Et sic vniuersalia ipsius substantiæ, sunt substantię secundę, ut homo, & Animal quę sunt in prędicamento substantię; uniuersalia realia accidentalia sunt in nouem prędicamẽtis accidentium: uniuersalia uerò quę sunt accidentia rationis, sunt in undecimo prędicamento in quo reponuntur oĩa entia diminuta secundũ Scotũ, Herueũ, & Petrum Nigrũ in prędicamẽtis q. 6.

Tertiò

Pro corroboratione secũdæ conclutionis aliqua inferuntur, & primo.

Aliquid tripliciter dici potest vnum numero.

2. Infertur.

3. Infertur.

4. Infertur.

5. Infertur.

6. Infertur.

7. Infertur.

Dubitatio.

Respõ. Ant. And.

Dubitatio.

Responsio.

Dubitatio. Tertiò dubitabit Nouitius, vbi nam sunt vniuersalia pro prima intentione sumpta? Ad hoc Resp. Alber. Respondet Albertus tractatu secundo capite sexto, quòd in tribus. Primò in se si in esse simplici, & secundum suam simpliciratem sumantur. Secundo in anima secundum esse spirituale, & vt principium scientię, cùm scientia sit de vniuersalibus primo Poster. Tertiò in singularibus secundùm esse naturale, & materiale. Primo modo substant prędicatis quidditatinis, vt dicendo Homo est rationalis, est Animal, est Animal rationale, &c. Secundò substant accidentibus spiritualibus, vt Homo est species, Homo est subiectum, prædicatum, &c. Tertiò substant accidentibus communibus, vt Homo est albus, vel currens; & in omnibus his vniuersalia sunt secundum realem eorum præsentiam; partim ab intellectu, partim uerò à natura tei causatam: Nam vniuersalia realia in actu secundum Aristotelem, & Alexandrum Aphrodiseum, sunt collecta ab intellectu à singularibus ex similitudine in eis reperta, cùm intellectus facit vnam intentionem, in qua omnia singularia communicat, verbi gratia ex multis particularibus hominibus, in quibus est natura humana, quæ dicitur vniuersale in potentia, abstrahit naturam humanam, faciens eam de vniuersali in potentia Vniuersale in actu; & sic primò erat in re, idest, singularibus hominibus, postea uerò in intellectu, licet Plato vt sic, idest, vt est uniuersale in actu posuerit extra intellectum primo de anima commen. 8. & duodecimo Metaphysic. commen. 4. Quartò dubitabit Nouitius, quomodo producitur ipsum vniuersale? & ratio dubitandi est, quia actiones sunt suppositorum, & eorum quæ sunt hoc aliquid, sed vniuersale non est huiusmodi, cùm potius sit forma, & quale quid: Ad hoc Respondeo cùm Alberto Magno tract. secundo capite septimo, quòd dupliciter aliquid potest produci; vno modo simpliciter, vt per se existens: Alio modo aliquid producitur secundum quid, in supposito, hypostasi, & singulari existens; Illa quæ primo modo producuntur, sunt composita quæ generantur, & corrumpuntur, & per se existunt 7. Metaphysic. 32. & 8. Metaphysi. tertio, formæ uerò non possunt per se subsistere secundo Physic. texi. 12. & duodecimo Metaphysic. 39. Et ideo cùm vniuersale producitur, non vt per se separatum existens, non necesse est, vt sit hoc aliquid. Sed statim replicabit Nouitius; vniuersale quid est, Forma, Materia, an compositum? Respondet Albertus, quòd innegabiliter dicendum est, vniuersale esse formam: Quòd si dicas, cùm duplex sit forma, videlicet totius vt Humanitas, & partis vt Anima respectu corporis, vtra forma est vniuersale? Respondeo quòd est forma totius, quæ dupliciter considerari potest; vno modo videlicet vt forma tantùm, quæ est essentia formalis, alio modo consideratur vt dicit totum esse quidditatiuum illius cuius est forma, vt est Animal rationale, & sic nomine, & ratione prędicatur de eo cuius

[Margin notes, left column: Dubitatio. (beside "Quartò dubitabit"); Resp. Alber. (beside "Ad hoc Respondeo"); Replica. (beside "vt sit hoc aliquid"); Resp. Alber. (beside "compositum? Respondet"); Dubitatio. Responsio. (beside "Quòd si dicas")]

est forma, sic primo cœli 93. dicebat Philosophus, cùm dico cœlum dico formam, cùm dico hoc cœlum dico materiam, & sic relinquitur quòd vniuersale reale in actu est forma totius, vt dicit totum esse suppositorum quoad intrinseca prędicata. Et propterea dicebat Paulus Venetus, quòd forma totius dupliciter consideratur, vno modo in abstracto, vt humanitas, & Animalitas; alio modo in concreto, vt homo & Animal; vnde homo, & humanitas secūdum Burleum realiter distinguuntur, & sunt duæ res, non tamen duæ substantiæ, sed melius inquit D. Tho. quòd sunt idem realiter, istę tamen propositiones sunt falsæ, homo est humanitas, & Animal est animalitas, quamuis has propositiones veras putet Paulus Venetus quęst. 5. & malè, in qua re absque dubio D. Thomę opinionē semper probabiliorem existimaui: hæc igitur quæstione sic breuiter determinata, modò iuxta ordinem præfixum ad secundam quęstionem propetemus, nam cùm disputare dimiserit Porphyrius, An vniuersalia realia sint corporea, vel incorporea, de eorum corporeitate, uel incorporeitate modò iuxta pollicita, disputationem aggrediamur.

[Margin note: Paulus Venetus Burleus.]

Quæstio secunda. Vtrum vniuersalia realia, sint corporalia, an incorporalia?

Albertus Magnus tract. 2. cap. 4. dixit, quòd de hac re fuit prima opinio Platonicorum dicētium, genera, & species esse corporalia, sed Paulus Venetus quęst. 2. inquit, quòd ista nunquàm fuit opinio Platonicorū, eo quòd omnia genera, & species prędicamenti substantiæ Platonici posuerunt esse formas Ideales abstractas indiuisibiles, & perpetuas; & ideo talia vniuersalia non sunt corporalia, sed sunt simpliciter indiuisibilia, sicuti est Deus, intellectus humanus, & intelligentiæ: Quòd si quęras à Paulo Veneto, cuius est hęc opinio, si non est Platonicorum? Respondet, Epicureorum confundentium sensum cum intellectu, primo de generatione tex. 19. 4. Physic. 52. & primo de anima text. 24. qui negabant entia spiritualia, ut etiam haber D. Thom. 1. parte quęst. 50. artic. 1. Et ego dico, quòd non solùm fuit Epicureorum, sed etiam Anaxagoræ, Parmenidis, Melissi & Empedoclis t. de aīa tex. 25. & Trismegisti in Asclepio cap. 2. & 12. qui dicebat, quòd solus Deus est incorporeus, reliqua uerò à Deo esse corporea, & quorundam Hereticorum qui Saducei dicuntur actuum 23. & quia dicebant intellectum non differre à sensu, & omnia sensu cognosci qui est intellectus, & sensu nō cognoscuntur nisi corporalia, cogebantur ponere iuxta eorum positionem, omne ens corporeū esse, & sic omnia vniuersalia esse corporalia: quæ opinio falsissima est, cùm sensus lex modis principaliter differat ab intellectu, vt 3. de anima capite 1. optimè docet Aegidius Romanus. Secunda opinio est Nominalium dicentium, quòd sicuti triplex est terminus cōis, videlicet Menta-

[Margin notes: Prima opin. (beside "Albertus Magnus"); Pauli Veneti dictum. (beside "cuius est hęc opinio"); Opinio confundētiū sensum cum intellectu. (beside "qui negabant entia spiritualia"); Secunda opi. Nominalium. (beside "Secunda opinio")]

lis, vocalis, & scriptus, ita etiam triplex est vniuersale, nempe mentale, uocale, & scriptum; & sic sicuti termini mentales sunt uniuersalia accidentalia, termini verò vocales, & scripti, sunt uniuersalia substantialia, verbi gratia, terminus uocalis est aer, & terminus scriptus, vt Atramentum, ita illi termini mentales sunt uniuersalia accidentalia incorporalia, Termini scripti, sunt uniuersalia substantialia corporea, sed hæc opinio est nimis grammaticalis Priscianũ sapiens, & ideo dimittenda tamquã plusquàm cœlum à terra, à mente Porphyrij aliena. Tertia opinio est Alberti Magni, quam putat esse omnium Peripateticorum communem consensum; quòd genera, & species, sunt incorporalia; sed hæc Alberti opinio tractatu secundo capite quarto, mihi non uidetur rationi consentanea, & Peripateticæ doctrinæ conformis, dum dicit, omnia genera, & species, seu omnia uniuersalia esse incorporalia; vndę contra eam arguatur sic: sicuti illud quod prędicatur de homine, est homo; dicendo fortes est homo, & illud quod prædicatur de Animali est Animal, ut dicendo hic equus est Animal, ita etiam illud quod prędicatur de corporali est corporale uel potest esse corporale, sed genera, & species quandòque prædicantur de corporalibus, seu de indiuiduis sensibilibus, ergo genera, & species sunt, uel possunt esse corporalia: prætereà corpus, & corpus animatum sunt corporalia, & consequenter homo, & Animal sunt corporalia: quia quodlibet eorum est corpus, & corpus animatum, & hæc sunt genera, & species, ergo genera, & species sunt corporalia, de ratione enim hominis est aliquid corporale, ut carnes, & ossa 7. Metaphysic. ergo homo, & Animal, quæ sunt genera, & species; sunt corporalia.

Tertia opin. Alberti.

Contra hanc opinionẽ insurgitur.

Quarta opinio est Gratiadei Esculani, & Pauli Veneti quęstione secunda, inter opinionem Epicureorum, & opinionem Alberti Magni medians, quæ opinio in hoc consistit: Non omnia vniuersalia sunt corporalia, ut uolebat prima opinio, Nec omnia sunt incorporalia ut uolebat Albertus; sed aliqua uniuersalia sunt corporea, ut sunt uniuersalia rerum sensibilium; aliqua uerò uniuersalia sunt incorporea, ut sunt uniuersalia rerum spiritualium: vnde inquit Paulus Venetus, quòd aliqua genera, & species prędicamenti substantiæ, nec per se, nec per accidens sunt corporalia, sed simpliciter incorporalia, vt sunt genera, & species substantiarum separatarum, quæ sunt actus puri secundum Aristotelem absque reali compositione, ut habetur duodecimo Metaphysices. Aliqua uerò sunt genera, & species prędicamenti substantiæ per se, & essentialiter corporalia, uidelicet genera, & species substantiarum sensibilium, ut sunt Animal, equus, homo, &c. dicebat enim Auerroes in prologo primi libri Physicorum, quòd species rerum naturalium habent duplices partes, aliquas secundum sidem, ut sunt materia,

Quarta opi. Gratiadei, & Pauli Veneti

& forma, alias uerò secundum imaginationẽ, quę sunt genus, & differentia, & ideo talia per se sunt corporalia: alia uerò sunt genera, & species prædicamenti substantiæ, quæ sunt corporalia non per se, sed per accidens, ut sunt anima vegetatiua, & Anima sensitiua, quarum species sunt Anima equi, Anima Bouis; Anima Oliuæ, platani, &c. ista enim corporalia sunt, eùm sint tripliciter dimensionata, non tamen sunt corporea per se, sed per accidens ratione quantitatis, quemadmodum Aristoteles dixit in prædicamentis in prędicamento quantitatis, quòd tanta est albedo, quanta est superficies cui inexistit, & inhæret albedo: & hęc opinio bona est secũdum unam bonam partem huius quęsiti. Sed quinta opinio sit nostra, nam & nobis etiam cor nostrum est, pro cuius intelligentia tria prænotabo: Et primò Noto, quòd corpus ab Aristotele tripliciter sumi solet, à quo tamquàm abstracto sumitur ly, corporeũ, tamquàm concretum; uno modo pro trina dimensione, idest, pro longitudine, latitudine, & profunditate, & sic est species quantitatis, ut in prędicamentis cap. de quantitate satis diximus. Secundò sumitur corpus pro substrato, seu subiecto illius trinæ dimensionis, & sic idem est, quod substantia corporea, & genus subalternũ in prædicamento substantiæ, secundum eos qui ponunt intelligentias in prędicamento substantiæ de mente Aristotelis, aut est genus generalissimum, & prędicamentum substantiæ secundum oppositum sustinentes, ut sunt, Ammonius, Simplicius, & Auerroes. Tertio modo sumitur corpus pro aggregato ex utroque, sine sit corpus organicum, ut homo, & equus, sine in organicum Vt lapis, & ferrum, & talia sunt indiuidua de prędicamento substantię, cõposita ex materia, & forma, generabilia, & corruptibilia, ut hic equus, & hic homo. Secundò Noto quòd cùm corporale ueniat à corpore, quatuor modis sumi potest, ly corporale. Primò pro eo quòd corporea quantitate continua est extensum, quę est aliquid sui; seu cuius illa quantitas est pars, & hoc modo illa dicuntur corporalia, quę in seipsis habent quantitatem. Secundo modo dicitur corporale non à quantitate sibi intrinseca, sed tamquàm à subiecto recipiente, ut sic albedo, & caliditas dicuntur corporalea, quia recipiuntur in superficie terminante corpus, ut inde dicamus, quòd tanta est albedo inhærens, quantum est subiectum inhęsionis, cui illa albedo inhęret. Tertio modo dicitur corporale, uel corporale, id quod determinatur ad corpus tamquàm proprium susceptiuum, & per illud operatur; ut sic Anima uegetatiua in plantis, & sensitiua in Brutis dicuntur corporales, quia sunt formę, quę operantur per organum quod est corpus, ad differentiam Animę Rationalis tertio de Anima textu sexto, quæ licet dici possit corporalis inquantum est forma corporis Physici organici potentia uitam habentis secũdo de anima tex 6. non

Quinta opin. propria pro qua tria sunt notanda.

Primo notandum corpus tripliciter sumi.

Secundo notandũ corporale quatuor modis sumi.

non tamen dicitur corporalis, quasi operetur per organum corporale, ut bene dicunt Ioannes Grammaticus, & Auerroes: Hinc satis notabiliter dicebat Diuus Thomas parte prima quæstione 54 articulo 5. quòd in anima nostra sunt quædam vires quæ per organa corporalia operationes exercent, & sunt actua corporis, vt potentia Visiua, Auditiua, &c. Quædam verò sunt, quæ per organa corporea suas operationes non exercent, vt sunt intellectus, & voluntas. Quarto modo aliquid dicitur corporale, non quòd aliquo pacto sit extensum, sed quia corporis, & quantitatis est principium, & sic punctus quodammodo dici potest quid corporale, quamuis secundum se sit quid indiuisibile, cuius non est aliqua pars quæ visu percipiatur, secundum Euclidem: Patet igitur quatuot modis dici corporale, & per oppositum totidem etiam modis aliquid dici incorporale, quia tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis, & reliquum primo Topicorum capite 12.

D. Thomas.

Tertio notandum, aliquid dici corporeum actualiter, vel aptitudinaliter.

Tertio Noto quòd omnibus his modis aliquid dici potest corporeum dupliciter, vno modo, videlicet, Actualiter, alio modo aptitudinaliter; sic etiam dupliciter dicitur incorporeum, vno modo actu, videlicet. Quod caret tali corporeitate, alio modo quod non est aptum natum habere talem corporeitatem: His igitur sic præmissis. Ad quæsitum Respondeo quòd duplex est vniuersale, videlicet Vniuersale substantiæ, & vniuersale Accidentis: vniuersale substantiæ duplex, aut in genere substantiarum corporalium, vt sunt homo, & equus. Aut in genere substantiarum spiritualium, vt sunt intelligentiæ, & Animæ rationales. Vniuersale accidentis adhuc duplex, aut videlicet accidentis realis, vt est albedo, Aut accidentis rationalis, seu intentionalis, quod est ens rationis, vt est syllogismus communis, & vniuersalis ad omnem syllogismum primo priorum; Demonstratio, & Definitio communes ad omnem demonstrationem, & definitionem primo, & secundo Poste. Tunc dico, quòd vniuersale tàm substantiæ, quàm accidentis realis, secundum se, nec est corporeum, nec incorporeum positiuè, benè tamen est corporeum, vel incorporeum permissiuè, verbi gratia vniuersale substantiale in actu peo materiali, seu prima intentione sumptum, in primo signo naturæ antequàm descendat in sua inferiora, nec est corporeum, nec incorporeum positiuè, bene tamen permissiuè, quatenus ei permittitur, vt possit reperiri in rebus corporeis, vt in homine, & equo à quibus potest abstrahi; & vt possit reperiri etiam in rebus incorporeis, vt sunt intelligentiæ, & Animæ rationales: Similiter vniuersale accidentis realia, nec est corporeum, nec incorporeum positiuè, benè tamen est vtrumque permissiuè, inquantùm permittitur ei vt possit reperiri in suis inferioribus, idest in accidentibus realibus corporeis, vel incorporeis; corporeis quidem vt sunt albedo, & dulcedo. In incorporeis, & spiritualibus, vt sunt scientiæ, & virtutes. Vniuersalia verò accidentium intentionalium, seu vniuersalia sumpta pro vniuersalitate, quæ sunt vniuersalia intentionalia omnia actu, & positiuè sunt incorporalia, eo quòd non habent aliquam indifferentiam permissiuam, sed vnam tantùm habent potentiam positiuam, vt semper sint incorporalia, nunquàm enim syllogismus formalis secundum se est corporeus, nec Definitio, vel Demonstratio: & pro fundamento huius determinationis ad auferendum omnem calum niam memento Scotizans, quòd ens transcendentissimè sumptum æquiuocum ad ens reale, & ens rationis, vt bene dixit Paulus Soncinas 4. Metaphysic. quæstione quinta, non dicit vnum conceptum, qui sit eus reale, uel eus rationis, sed abstrahit ab vtroque, quorum nullum est positiuè, utrunque uerò permissiuè, do qua realiàs diximus in nostris scartafacijs super Scotum: Huc etiam accedit vniuersalia in actu secundum se non esse corruptibilia, eo quòd scientia est de uniuersalibus, & perpetuis secundo de anima text. commen. 60. per accidens tamen dicuntur corrumpi ratione indiuiduorum in quibus suppositantur quando fiunt vniuersalia in potentia: uniuersalia enim secundum se non generantur, sed indiuidua, primo Metaphysices: Sed dicet Nouitius; Sol, & equus generant equum, ut de homine, & Sole secundo Physic. 26. dixit Aristoteles, Ergo equus generatur, & postea corrumpitur. Ad hoc respondeo illud sic intelligi, quòd hic equus generat hunc equum communicando ei naturam equinam, à Sole ur causa uniuersali, & æquiuoca adiutus, cùm tot sint equinitates particulares, quot sunt equi, ut supradiximus. Quamuis Albertus Magnus tractatu secundo capite quarto dicat absolutè, quòd uniuersalia sunt incorporea, & incorruptibilia, ad hoc ut mouere possint intellectum incorporeum, & incorruptibilem; uult dicere Albertus, quòd cùm uniuersalia realia sint obiectum motiuum intellectus, debent proportionari, & assimilari intellectui, qui actu est spiritualis, incorporeus, & incorruptibilis, sunt enim uniuersalia quædam notiones, & naturæ ab omni quantitate distensionis abstractæ. Ad quod Respondet Paulus Venetus dicens, quòd & si obiectum proportionatur potentiæ, non tamen propter hoc, quia intellectus est incorporalis, ideo omnia uniuersalia sunt incorporalia, quia ut sic nullum uniuersale componeretur ex materia, & forma, neque homo, uel Animal componeretur ex partibus homogeneis, uel ethetogeneis; cùm nulla talis compositio inueniatur in intellectu, sed ista assimilatio debet fieri per species intelligibiles formaliter ipsi intellectui uniuersalia corporalia repræsentantes. Et ego addo, quòd Alberti dictum, uidelicet Vniuersalia esse incorporea, intelligi potest de uniuersalibus obiectiuè, inquantùm sunt obiectum intellectus, qui est spiritualis, ut patere potest ex uerbis

Dubitatio.

Responsio.

Alber. Mag.

Paulus Ven.

E 3 eius,

eius, & cum hoc, falsa remanente Epicureorum sententia, quod omnia vniuersalia sunt corporalia, cùm quædam sint spiritualia, nostra conclusio non multùm deuiat ab Antonio Andrea, In quæstione vnica super prohœmium dicente, quòd vniuersale pro subiecto intentionis, est corporale in rebus corporalibus, puta, Natura lapidis; & incorporale in rebus incorporalibus, vt est Natura Angelica: His addo quod vniuersale intentionale, nec est corporeum, nec incorporeũ, cùm corporeitas, & incorporeitas sint conditiones entis realis. Vniuersale verò reale modo est corporale, & modo incorporale pro rerum realium diuersitate, ut benè dixit Petrus Niger in suo clypeo quæst. 25. Sed ut resolutus remaneat diligens, & acutus Discipulus, & ad altiora eius intellectus eleuetur; Dico quod quærenti de corporeitate, vel incorporeitate vniuersalis, sic potest Respondere. De vniuersali triplicitèr possumus loqui, vno modo videlicet, de vniuersali intentionali, alio modo de vniuersali reali. Alio, & tertio modo de vniuersali communi vtrique: Si de vniuersali intentionali, sic dico quòd vniuersale intentionale, nec est corporeum, nec incorporeum, cùm corporeum, & incorporeum sint differentiæ entis realis ratione materialitatis, & trinæ dimensionis, benè tamen dici potest incorporeum negatiuè, licet non priuatiuè, propterea quòd nunquàm vniuersale intentionale potest esse corporeum intrinsecè, nisi impropriè, & extrinsecè ratione sui fundamenti remoti, quod formaliter, & subiectiuè substernitur ei, vt si genus fundetur in Animali corporeo in suis suppositis, in Animali verò incorporeo prout habet esse obiectiuum in intellectu; non tamen respectu subiecti inhæsionis, quod est intellectus possibilis, in quo formaliter subiectatur vniuersale intentionale, sicuti albedo suo modo in pariete, quod vniuersale intentionale cùm sit ens rationis diminutum, in re est formaliter, in intellectu verò obiectiuè: De vniuersali verò reali obiectiuè recepto in intellectu possibili; Dico duo. Primùm quòd vniuersale commune ad vniuersale reale, & intentionale, neutrum eorum potest dici, idest, nec reale, nec intentionale, sed abstrahit ab vtroque, & sic quemadmodum neutrum est positiuè, ita vtrunque est permissiuè, & hoc dico sumendo vniuersale secundum totam latitudinem suæ communitatis: Dico secundo vniuersale reale etiam posse dupliciter sumi, vno modo videlicet, secundum totam latitudinem suæ communitatis realis, & sic abstrahés à corporali, & incorporali quia neutrum eorum est positiuè: quod probo, quia si tale vniuersale reale commune esset corporale tunc nullum daretur. Vniuersale incorporale, sicuti è contra, si tale vniuersale esset incorporale, tunc nullum daretur vniuersale corporale: Alio modo sumi potest vniuersale reale non secundum hanc indifferentiam, & permissionem, sed quatenus positiuè actu reperitur in determinata natura reali; & tunc in quacunque natura, siue substantiali, siue accidentali, si singularia illius vniuersalis realis sunt corporalia, vt sunt, verbi gratia, particulares equi respectu Naturæ equinæ, tunc illud vniuersale reale est quid corporale prout habet esse in suis fundamentis, idest, in suppositis Naturæ equinæ; quatenus verò est in intellectu obiectiuè seu in esse cognito, vt sic dicitur incorporale, quia recipitur in intellectu possibili incorporali, quamuis sit quidditas rei corporalis: Si verò singularia illius vniuersalis realis sunt incorporalia, vt sunt Angeli sub natura Angelica secundum Scotum, vt sic vniuersale reale, seu illa Natura generica, vel specifica, pluribus specie, vel numero differentibus communicabilis, est vniuersale incorporale; & quia multa singularia sunt incorporalia sub aliquo vniuersali reali contenta, tale etiam vniuersale reale erit incorporale, sicuti & plura etiam alia sunt singularia corporalia, quorum vniuersale est corporale: Et sic ex prædictis tres elicio conclusiones. Quarum prima est. Vniuersale commune ad uniuersale reale, & intentionale, est neutrum eorum positiuè, vtrunque tamen permissiuè. Secunda conclusio est, Vniuersale intentionale est incorporeum negatiuè. Tertia conclusio est, Vniuersale reale commune ad corporeum, & incorporeum, est neutrum positiuè, utrumque tamen permissiuè.

Ant. Andr. | Notandum. | Notanda resolutio de vniuersali. | Notandum. | Tres conclusiones notabiles.

Quæstio tertia. Vtrum genera, & species, vt sunt vniuersalia realia, sint separata, an in sensibilibus posita.

Circa hanc quæstionẽ fuit vna Prima opi. Stoicorũ & Platonicorũ simul, qui dicebant, quod genera, & species prædicamenti substantiæ sunt locò, & tempore à suis singularibus separata, & per se existentia; De qua opinione 7. Metaphysi. 45. loquitur Aristoteles; Plato enim secundum quòd verè ei imponit Aristoteles, posuit vniuersalia realia realiter à sensibilibus separata, quæ sunt substantiæ abstractæ, principia substantiæ sensibilis, idest particularis 12. Metaphysic com. 4. ponebat enim Plato vnum hominem communem extra intellectum, à cunctis particularibus hominibus separatum, quem vocabat Ideam hominis, non dependentem à loco, tempore, & materia, sed per eius participationem fieri homines particulares; similiter ponebat vnũ equũ realiter separatũ, qui produceret oẽs equos, ita quod sicuti intellect⁹ cõcipit vnũ hoĩem, cũctis particularib⁹ hominibus commũnem, ita etiam extra intellectum ille homo realiter reperitur præter singulares homines, & vnus equus præter equos particulares, quem equum vocabat ideam. i. formã equi nam, cunctis equis communem, quę Idea erat per se homo, vel equus: Huic opinioni finitima est Auicennę opin. 8 suę Metaph. qui vnam tantùm pro omnibus singularibus posuit substantiã separatam, quam vocat Colchodeam; cuius opinionis duplex fuit causa, vt 7. Met. refert Arist. & in pñti lõga quęstione declarat Burleus: prima est scien-

Prima opin. Stoicorum, & Platonicorũ. | Auicennas.

scientia: secunda verò est generatio, vnde Plato-nis rationes sunt istę: & prima, Tale esse habent res extra animam, quale esse habet in anima: sed genera, & species habent esse in anima separatū à suis singularibus, ergo etiam habent esse extra animam; secus enim conceptus mentales superflui essent, & fictitij. Ad hoc respondetur, ꝙ argumentum non concludit, quia separatio vniuersalis à singularibus facta per intellectum, nō ponit separatam existentiam in vniuersalibus, sed separatio posita à Platone, cùm sit realis, ponit separatam, & realem existentiam in vniuersalib' realibus, quę est impossibilis: secunda ratio est: omne quod generatur, à sibi simili in specie generatur, sed animalia genita ex putri materia, nō generantur à sibi simili in materia sensibili, vt sunt aliqui mures, ranę, anguillę, &c. ergo generantur à sibi simili in specie, separato à materia sensibili, & sic dari debet rana separata, q̄ est idea ranarum, in concauo cœli, ad cuius exēplar D', vel natura produceret singulas ranas; & similiter ponenda est idea aliorum animalium genitorū ex putrefactione materię, & hoc dicendū est nō solùm de his animalibus, sed etiam de homine, & equo. Ad hoc respondet Aristoteles, ꝙ duplex est generatio, vna quę dicitur vniuoca per assimilationem speciei, vt cùm equus generat alium equum sibi similem in specie. Alia verò est ęquiuoca: tunc inquit, ꝙ & si in generatione vniuoca est necessaria illa similitudo inter equum generantem, & equum genitum: non tamen est necessaria in generatione ęquiuoca, inter solem generantem, & ranam genitam: & sic nullo modo est necessaria Idea, hęc est Platonis opinio; licet aliqui dicant, ꝙ Plato posuit ideas, vt rationes rerum in mente Diuina, de quorum numero fuit D. Augustinus in libro. 83. quęstionum. q. 46. & Seneca 8. libro Epistolarum epistola 66. dicens, ꝙ Deus exemplaria rerum intra se habet, quas Plato vocat ideas, quamuis D. Thomas in 4. lib. de regimine principum dixerit, Aristotelem multa imposuisse antiquis philosophis, illisq; multas opiniones ascripsisse, quasi velit S. Tho. ꝙ Plato posuit ideas in mente Diuina, cum D. August. sed vix credi potest, vt Aristoteles suo pręceptori falsam opinionem ascripserit, eo viuente, & eo mortuo suis discipulis remanentibus: nam si Ammonio credimus, cùm Platone mortuo, Xenocrates discipulus, in academia lector remanserit, & Aristoteles eius condiscipulus in Lyceo, quomodo potuisset hanc opinionem de separatis ideis Platoni impingere, qn Xenocratē timuisset Aristoteles, ne ab eo de mendacio fuisset accusatus; & in hoc iudicio meo bene dixit Alphonsus Eremitanus Hispanus in Porphyrij prologo. q. 1. idea enim nomen est Gręcum, & gręcè dicitur εἶδος, idest ratio, forma, vel species, cuius nominis primus auctor fuit Plato, & hoc dico propter quēdam Eusebium Cęsariensem asserentem, Socratem fuisse prius de ideis loquutum, qui fuit Magister Platonis, cui Socrati ideę non placuerunt, Plato verò putauit veram esse opinionem Heracliti, & Cratili, 4. Metaph. 22. quam sequutus est postea Ptolomeus referente Alberto tract. 1 c. 2 videlicet, quòd de his rebus singularibus, q̄ sunt in continuo fluxu, & refluxu, scientia haberi non potest, nisi recursus habeatur ad ideas, asseruit enim Plato dari ideas ad saluandum scientiam, & generationem; sed quòd Plato ideas posuerit extra mentem Diuinam, quę à particularibus participantur per assimilationem per modū cuiusdam impressionis, Aristoteli credimus. 7. Metaph. 28. & 45. qui Platonem audiuit, quicquid dicat etiam Simplicius, ꝙ Aristoteles impugnat verba, & nō sensum ipsius Platonis, vt nos de hoc Simplicio ahbi diximus: & ꝙ ita sit. Probátur: primo enim Metaph 47 habetur, quòd si darentur vniuersalia Platonica, daretur quarta sciētia speculatiua pręter physicam, Mathematicā, & Metaphysicam, & nō oporteret ponere intellectum agentem. t. de Anima comment. 8. 3. de Anima com. 60. 3. de Anima 18. 7. Met. 57. & 12. Metap. com. 4. amplius Platonem impugnat 7. Metaph. 45. imò si darentur ideę Platonis, surdus à natiuitate habere posset sciētiam de sonis. & t. Met. 49. & t. Poster. ideas vocat cantilenas; amplius multa absurda ad Platonis positionem sequunt, quorum primum est; ꝙ alia scientia esset de vniuersalibus, & alia de singularibus. v. g. alia medicina esset de homine, & alia de hoc homine, & alia philosophia esset de terra, & alia de hac terra, & sic cœlum realiter separaretur ab hoc cœlo, terra ab ista terra, & homo ab hoc, & illo homine, secundum esse, & secundum rationem: secundum inconueniens; est, quia genera, & species, nō prędicarentur de pluribus, & probatur nam secundum Platonem, genera, & species, sunt substātię per se existentes indiuisibiles, igitur sunt singulares, sed singularia non prędicantur de pluribus ergo: tertium inconueniens est, ꝙ scientia non esset de vniuersalibus, sed de singularibus, quia scientia secundum Platonem est tātùm de ideis, sed ideę sunt singulares, seu singularia separata, & non vniuersalia prędicabilia de pluribus, & exemplo probatur; quia si daretur albedo separata, non prędicaretur de pariete, & si prędicaretur de pariete, prędicaretur in abstracto, dicēdo paries & albedo, quod falsum: similiter dici posset si essent caliditas, & dulcedo separatę: Est igitur falsa Platonis opinio, ꝙ dentur vniuersalia realia separata extra mentem Diuinam, quę sunt principia rerum singularium, & ꝙ genera, & species subsistūt in natura, separata à singularibus, & nō in sensibilibus posita: Secunda opinio est Aristotelis, & communis Peripateticorum, ꝙ genera, & species, seu vniuersalia realia, sunt in sensibilibus, seu in singularibus positis, hoc est dicere, ꝙ dantur vniuersalia in rebus, & post res, non autē ante res. 1. de Anima, t. com. 8. Ita ꝙ homo plurib' hominibus communis, non est separatus à singularibus hominibus mundi, sed est in Socrate, Platone, & alijs: & genus vt animal, non datur separatum, sed est in homine, & equo, in quibus existit: nec verum est Platonis dictum, ꝙ res eodem modo

Prima ratio Platonis. Soluitur rō Platonis. Secūda ratio Platonis. Soluitur alia rō Platonis. Seneca. D. Thomas. Alphonsus Hispanus. Eusebius Cęsariensis. Inconuenientia cōtra Platonem. Primum inconueniens. Secundū inconueniens. Tertium inconueniens. Concluditur falsas esse Platonicas ideas. 2. opinio peripatetica.

modo sunt in anima, & extra animam, quia extra animam sunt secundum esse reale, in anima verò secundum esse intentionale, & sic indiuidua per se existunt extra animam, nō autem per se existūt in anima; & ꝙ non omne genitum generatur à simili in specie specialissima, eò ꝙ non omnis generatio est vniuoca, sed datur aliqua generatio æquiuoca, vt vermis, & ranæ à sole. His igitur duabus opinionibus sic stantibus; Respondeo, ꝙ duplex est vniuersale, videlicet intentionale, & reale, vniuersale intentionale est in re vt cognita, in intellectu verò efficienter, & obiectiuè: vniuersale tamē reale dupliciter consideratur, aut videlicet pro denominato remoto. i. pro vniuersali in potentia, & sic est in singularibus cum quibus idem est realiter, vt inquit Antun. Andreas, & distinctum sola ratione, vt inquit Alphonsus Eremitanus Hispanus. q. 1. conclu. 3 vniuersale verò pro denominato propinquo. i. vniuersale in actu non est in singularibus, sed obiectiuè in intellectu, & hoc dicere volebat Albertus, trac 2 cap. 5. ꝙ vniuersale est separabile à singulari secūdum esse, cùm non habeat esse per singulare, & possit esse sine illo, & ratio est, quia esse pluribus communicabile. i. esse vniuersale: ipsum vniuersale non habet à singulari, licet non sit sine singularis qualiter autē intelligi, & concordari possint Scotus 7. Met. q. 16. & 2. sent. d. 3. q. 1. fundās se in Arist. 1. Perihermen. cap. 5. & 7. Metaph. 45. & S. Thom. de ente & essentia, cap. 4. & p. p. q. 85. diximus supra de vniuersali in potentia, & de vniuersali in actu: Conclusio ergo de mente Aristotelis sit ista, genera, & species, seu vniuersalia, sunt in singularibus posita. Contra quā concl. in gratiā Nouitiorum arguitur, & primò sic: oē quod est prius aliquo, & non recipit aliquid ab illo potest esse sine illo, sed vniuersalia sunt priora suis singularibus, nec recipiunt aliquid ab illis, ergo possunt esse sine illis; Maior probatur ex post prædicamentis cap. de priori. 4. Physi. com. 7. & 5. Met. cap. de priori. Minor probatur, quia illud est prius à quo non conuertitur subsistendi consequentia, nam ista consequentia bona est, Socrates est, ergo homo est. Hoc animal est, ergo animal est, sed non ècōtra, ergo vniuersalia sunt priora suis singularibus; & ꝙ vniuersalia non recipiant esse à singularibus probatur, quia esse vniuersalis est esse communicabile, vt quod 7. Met. 45. esse autē singularis est esse incommunicabile, vt quod, & vt quo, modo communicabilitas non potest originem, & esse habere ab incōmunicabilitate, ergo vniuersalia sunt priora suis singularibus, & sic non in sensibilibus posita. Ad hoc respondet Paulus Venetus negando maiorem: nam subiectum est prius sua passione, & tamen non potest esse sine illa, v. g. Homo est prior risibilitate, & tō non potest esse sine illa realiter, quamuis intentionaliter: vnde quando dicit, ꝙ vniuersalia sunt priora, & possunt esse sine singularibus, hoc intelligi potest dupliciter, aut videlicet realiter in re, aut intentionaliter in anima, & hoc vltimo modo vniuersalia sunt priora singularibus, nō prioritate essendi, sed prioritate considerandi, q̄ cum singularibus non cōuertuntur ob maiorem amplitudinem, & sic vniuersalia recipiunt à singularibus determinationem, seu esse determinatum, vel vt Ammonius inquit in cap. de substantia, existentiam, & prædicationem, & sic vniuersale est communicabile per se, & est incommunicabile per singulare. v. g. sicuti materia prima ex se est indeterminata, & indifferens, quia in fundamento naturę nihil est distinctum 1. Met. com. 17. determinatur tamen per formam, & est incorruptibilis, & ingenerabilis per se, generabilis tamen, & corruptibilis per accidens subiectiuè ratione formæ, priuationis, & compositi: ita etiā vniuersale est per se indeterminatum, & communicabile, ingenerabile, & incorruptibile; per accidens autem est determinatum, & incommunicabile, generabile, & corruptibile. 1. Met. 27. & tunc soluitur argum. ꝙ vniuersalia sunt priora singularibus, quia bene sunt priora intentionaliter secundum rationem, sicuti è conuerso singularia, à quibus abstrahuntur vniuersalia, sunt priora secundum sensum. 1. Physi. t. com. 4. & 5. Met. 16. & 31. Contra, vniuersale secundum esse reale est vbique, & semper; sed nullum singulare est vbique, & semper, ergo quodlibet vniuersale separatur à quolibet suo singulari, loco, & tēpore: Maior est Arist. 1. Poster. Minor probatur, quia si singulare esset vbique, tunc daretur penetratio corporum contra Arist. 4. Physic. & si esset semp, tunc nunquam corrumperetur, & consequenter neque aliud generaretur, cùm vnius corruptio sit alterius generatio. 1. de Gener. tex. comm. t 8. quod intelligi debet in substantijs vt Auer. dicit com. 20. siue corruptio sit ab intrinseco, siue ab extrinseco. 4. Physic. t 28. Ad hoc respondetur, ꝙ illa propositio, vniuersale est vbique, & semper, sic est glosanda; vniuersale ex se est indeterminatum ad omnem locum, & omne tempus, singulare autem determinat sibi locum, & tempus, determinat enim sibi hic, & nunc, quia est in aliquo loco determinato sibi adæquato, & in aliqua differentia temporis, vt heri, hodie, vel cras, quod competit etiam vniuersali ratione singularium, & ideo vnum vniuersale. v. g. Homo, potest esse in pluribus locis, & temporibus simul in diuersis rebus, numero, vel speciè differētibus. v. g. Homo, simul est in India, & Neapoli in diuersis singularibus, similiter corpus de prīto substātię est in cane marino, & terrestri, & sursum in igne in concauo lunæ, & deorsum in centro mundi, & semper fuit, nunc est, & semper erit: quòd si dicas, natura specifica ignis determinat sibi locū sursum, puta, concauum lunæ, & natura specifica terræ specificat sibi locum deorsum, vt patet 1. Cœli t 7. & 2. Cœli t 8. Ad hoc respondet Paulus Venetus, ꝙ natura ignis, & terræ, absolutè sumpta, nullum sibi locum determinat, ꝙ si sibi determinat sursum, vel deorsum, hoc contingit ratione primarum qualitatum motiuarum, quæ sunt grauitas, & leuitas, quibus natura ignis, & terræ est coniuncta.

Resp. ad quæstionem: vniuersale duplex, videlicet intentionale, & reale, & reale adhuc duplex in potentia, & in actu.

Conclusio peripateticorū.

Contra eam arguitur.

Respō. Pauli Veneti.

Contra hanc resp. replicatur.

Respon.

Dubitatio.

Respō. Pauli Veneti.

Secundò

2. Argum. Secundò arguatur sic: esse vniuersalis, est esse, in quo multa vniuntur; aut ergo vniuersale hēt esse in singulari ipsum recipiente, & hoc non, q, in nullo singulari multa singularia vniuntur p prædicationem: aut in mente agentis ipsum pro ducente, & hoc non, quia tale esse non est, nisi ideale, quia vt sic non prædicaretur essentialiter de suis inferioribus, seu singularibus: aut in anima per abstractionem illud cognoscente, & hoc non, quia tunc vniuersalia non essent extra animam, sed solùm in anima; remanet igitur quartum, q solùm in natura sua ipsum à quolibet alio separante, videlicet, q tale esse est in sua natura per separationem à quolibet alio.

Responsio. Ad hoc resp. ex Paulo Veneto, q sicuti vniuersale ex se habet esse incommunicabile, & incorruptibile, vt autem est in singulari, est Incōmunicabile & corruptibile, ita etiam vniuersale habet ex se, q sit aliquid, in quo multa vniunt, non tamen in singulari, & hoc habet ipsum vniuersale ex sua natura, vt separatum est à singularibus, non secundum esse, sed secundum rationem: q

Contra. si dicas Contra. Natura Cœli non est separabilis à suo singulari, cùm cœlum sit incorruptibile. 1. Cœli 22. & 2. Cœli, tex. commen. 2.

Responsio. Ad hoc resp. q licet non possit separari, tamē separabilis est, sicuti elementum terræ est mobile deorsum, si fortè sub orbe lunę poneretur, ob suam grauitatem, quem motum non acquirit, nisi prius recedat à centro, & sursum moueatur, quæ potius est potentia logica. i. non repugnantia, quàm aptitudo naturalis, & sic omne vniuersale separabile est à singularibus secundum rationem per primam intellectus operationem, in qua non est mendacium 3. Physi. tex. 18. & 3. de Anima. t. 35. sed circa prædicta vlterius tripliciter dubitatur.

Dubitatio. Et primò vtrum genera, & species habeant verius esse in anima, quàm extra animam? Ad hoc

Prima opin. Alberti. est vna prima opinio Alberti Magni, tract. 2. c. 6. dicentis, q vniuersale verius, & nobilius hēt esse in anima, in qua est in quiete, 6. Top. cap. 4. quo modo non est in singulari; vnde inquit Albert. q verius esse; dupliciter potest contingere, vno modo videlicet, quia magis est separatum à natura aliena: alio modo quia habet esse magis perfectum: tunc inquit q vniuersale primo modo verius esse habet in anima, quàm extra animā in suis singularibus; secundo verò modo habet verius esse in suis singularibus extra animā, quàm in anima, seu in intellectu, quia prout est extra animam dat nomen, & definitionem, in anima

Contra. verò non dat aliquod istorum: sed ista Alb. opinio est dubia, quia bine sequeretur materiā primam habere verius esse in anima, quàm extra animam in compositis naturalibus, & q dulcedo haberet verius esse in anima, q̄ in lacte, quia vt sic tam materia, q̄ dulcedo haberet esse magis separatum à natura aliena, quàm materia in cōposito, & dulcedo in lacte, quod falsum est, quia materia in composito, & dulcedo in lacte habēt esse reale, in anima verò habent esse intentionale: &

2. opin. S. Th. & Aegid. Romani. ideo est secunda opinio S. Thomæ, & Aegidij Romani, q vniuersale importat, & cōnotat duo, videlicet, Materiale, & Formale; materiale est natura realis pluribus communicata, formale verò est intentio vniuersalitatis, se si diceremus, quòd obiectū visibile circa sensum visus, vt materiale est color, formale verò visibilitas, sic à simili, vniuersale quoad suū esse materiale est verius extra aīam q̄ in anima, quia tunc secundum suum esse materiale est realiter extra animam: in anima autem solùm intentionaliter; si verò considere tur vniuersale secundum suum esse formale, est verius in anima, quàm extra animam, cùm intentio vniuersalitatis tribuatur naturæ generice, vel specificæ, ab ipsa anima, iuxta illud Auerrois, intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus. 1. de Anima. 8. 3. de Anima 18. & 12. Met. com. 4. quæ vniuersalitas (cui opponitur indiuidualitas) solo intellectu apprehenditur 2. de Anima. com. 65.

3. opinio est Petri Nigri. Tertia opinio est Petri Nigri in suo clypeo. q. 27. qui contra Albertum Magnum tacitè inqt, q vniuersale reale, & si habet esse in se, in indiuiduis, & in intellectu possibili; non tamen secundum rem verius esse habet in vno illorum, quàm in altero, eo q eadem natura non habet verius esse seipsa, sed eadem est natura quæ dicitur habere esse in se, in suis singularibus, & in intellectu vt cognitum in cognoscente, & ad rationes Alberti dicentis, quòd verius, & nobilius esse habet in anima in qua est in quiete. 6. Topic. cap. 4.

Resp. ad rōnem Alberti per Petrum Nigrum. Respondet Petrus Niger in prædicta q. 27. dicēs, q aliquid dicitur habere esse perfectiùs in quiete, quàm in motu, quando motus est propter ter minum positiuum, qualis non est quies qua vniuersale quiescit in intellectu. Secundò si rō hęc aliquam efficaciam haberet, procederet de perfectione accidentali, puta, quòd homo quiescens non haberet verius esse, quam dum homo mouetur, immo homini in se considerato, vel vt esse habet in intellectu, nec motus, nec quies per se loquendo potest competere, licet intrinsecè habeat in se principium motus quoad actum primum: Amplius secundum rationem loquendo, vniuersale reale verius esse habet si consideratur vt est in seipso, quàm in indiuiduis, vel in intellectu ob lectiuè; vniuersale verò intentionale verius esse habet in intellectu, quam in re, cùm nullum esse habeat in re extra, sed solùm in ratione, seu in in

Contra. tellectu: Sed hæc Petri Nigri opinio deficit quoad primum dictum, eo q vniuersale reale secundum rem habet verius esse vno modo, quàm alio modo, & do instantiam, quia calor, seu communis natura caloris, verius esse habet in igne calefaciente, quam in intellectu illum calorem cōcipiente, in quo nullam habet calor realē, & exercitam actiuitatem, similiter, & à pari etiā in substantialibus, natura humana verius esse secundū rem habet in suis suppositis, quàm in intellectu, quod probatur, quia vniuersale reale verius esse habet in illo cui dat nomen & rationem, quàm in illo, cui nec dat nomen, nec rationem, sed

uni-

universale reale dat nomen & rationem, dũ est in singularibus, & non secundum esse quod habet in intellectu: deficit etiam, & in altero hęc Petri Nigri opinio, eo ꝙ non determinauit, sicuti nec Paulus Venetus, vbi nã vniuersale habet nobilius esse, in seipso, in singularibus, an in intellectu? quod punctum nos intactum non relinquemus.

4. opin. Pauli Veneti. Dictum pluribus commune, quod vniuersale hẽt triplex esse.

Quarta opinio est Pauli Veneti, quę fundatur in hoc supposito: vniuersale habet triplex esse, videlicet in seipso, in indiuiduis, & in intellectu. Hoc dictum est Alberti Magni, tract. 2. cap 6. cuius verba sunt ista; & ideo vna, & eadem est essentia in se, & in anima, & in singulari, sed in anima secundum esse spirituale, in singulari secundum esse materiale, in se autẽ in esse simplici, idipsum habet Albertus in principio logicæ. cap. 2. & tra. 2. cap. 3. à quo sumpsit postea D. Thom. 3. p. q. 4. art. 4. & p. p. q. 58. ar. 6. Aegidius Romanus. 1. de Generat. tex. 1. & tandem Scotus Doctor subtilis in prędicabilibus q. 9. & ibidem Antonius And. Ioannes Anglicus, & Mauritius de Hibernia: vnde inquit Paulus Venetus, ꝙ vniuersale secũdũ ꝙ est in seipso, est natura simplex communicabilis, dans nomen, & diffinitionem, nihil habẽs aliene naturæ permixtum, per quod possit variari, secundũ verò ꝙ est in indiuiduo, est particularizatum, & indiuiduatum, multiplicatum, & multis materiæ conditionibus complexum: secundum verò ꝙ est in intellectu, habet esse separatum per abstractionem à singularibus per nostrum intellectum, quod ex Arist. patet dicente in 2. Posteriorum, & prohemio Metaph. ꝙ ex multis memorijs generatur experimentum, & ex multis experimentis generatur vniuersale, quod est principium artis, & scientiæ: hoc igitur præsupposito,

Primum Pauli Veneti dictum.

respondet Paulus Venetus per duo dicta, quorũ primum est: vniuersale vt habet esse in seipso, verius, vt nobilius habet esse, quàm vt habet esse in indiuiduo. quia vt sic dicit esse actuale habens rationem formę, & depuratum à materia, quantitate, accidentibus realibus, & intentionalibus, & competunt ei prædicata essentialia realia, vt verò est in singularibus, conueniunt ei prædicata accidentalia realia, & vt in intellectu prædicata accidentalia intentionalia, & vt est in singularibus habet aliquam rationem materię, vt supra dictum est ex primo Cœli, ꝙ cœlum est forma, & hoc cœlum est materia, & 2. Physic. & 5. Meta. ꝙ omne superius est forma respectu inferioris:

Secundũ Pauli Veneti dictum.

Secundum dictum Pauli Veneti est: vniuersale vt habet esse in singularibus, verius habet esse, q̃ vt habet esse in intellectu, quia vniuersale in singularibus habet esse reale, in intellectu autem esse intentionale, sicuti color verius habet esse in corpore colorato, vel superficie in quibus est realiter, quàm in oculo, in quo est intentionaliter, & sic vniuersale verius esse habet extra animam, quàm in anima; & hæc Pauli opinio semper mihi placuit, etiam quando logicę studebam, nunc

Tertiũ dictũ est proprijs additum.

verò in eadem sententia persistens: Addo tertiũ dictum meum, nescio quomodo à Paulo, & Petro Nigro derelictum, quod est tale: vniuersale nobilius esse habet in anima, seu intellectu, quã in singularibus extra animam, quia in anima est modo spirituali, in singularibus verò modo corporali, substantia enim spiritualis nobilior est corporali, & accidens spirituale, accidente corporali, & idem numero est nobilius, & actualius se ipso, dum est factum spirituale, quàm cùm est corporale cum appendicijs materię, cuius oppositum dicebat Petrus Niger: sed contra hanc determinationem arguitur.

Contra hanc opinionẽ arguitur.

Et primò, ꝙ vniuersale non possit esse in intellectu sic: res non sunt in anima, sed similitudines rerum. 3. de Anima. t. 38. non lapis est in anima, sed forma lapidis, sed lapis est quid vniuersale, ergo est extra animam: probatur ex 6. Met. com. 8. vbi dicitur, ꝙ res aut sunt in anima, aut extra animam:

Respõ. Pauli Veneti.

Ad hoc respondet Paulus Venetus, ꝙ lapis, & vniuersale est in anima obiectiuè, vt cognitum in cognoscente, & similitudinariè, eo ꝙ eius similitudo. i. species intelligibilis formaliter reprę sentans lapidẽ, est in intellectu; tu verò Nouitie scias, ꝙ diuersa ratione lapis est in intellectu, & species lapidis est in intellectu: nam lapis, seu vniuersale lapidis est in intellectu obiectiuè, seu vt obiectum cognitum, species verò intelligibilis formaliter repręsentans lapidem, est in intellectu formaliter, seu inhærenter, & subiectiuè, sicuti species sensibilis repræsentans colorem formaliter inhęret organo corporali, & sic species est in intellectu secundum esse reale, vniuersale verò secundum esse intentionale, & tunc omnia quę cognoscit intellectus, per assimilationem cognoscit. i. per assimilationem intentionalem per speciem, non autem per assimilationem realem, vt malè volebat Empedocles 1. de Anima tex. 25. qui dicebat hanc assimilationem esse realem, & entitatiuam, vt v. g. anima cognoscit lapidem, quia constat ex lapide, & natura lapidis, & cognoscit ignem, quia constat ex natura ignis, quod vt falsum reputauit Arist. in 2. de Genera. tex. 45. & 1. de Anima. text. 25. & ita nos dicimus ꝙ terra, ignis, lapis, & alia, quæ secundũ esse reale sunt extra animam, non sunt in anima secundum esse reale, sed secũdum esse similitudinariũ, & intentionale.

Contra.

Contra, vniuersale esse in anima secundum esse intentionale, non est aliud, nisi vniuersale cognosci ab intellectu nõ cognito singulari, sed si non cognoscitur singulare, de eo nõ actu prædicatur vniuersale, quia nec vt est in anima, nec vt est extra animam prædicatur de illo.

Respõ. Pauli Veneti.

Ad hoc est vna responsio Pauli Veneti, q. tenet ꝙ vniuersale actu est in singularibus, & inquit ꝙ intellectus duplicem cognitionẽ habere potest de vniuersali, vnam simplicem, alteram verò cõplexam, per quam vniuersale refertur ad singulare, vnde sicuti vniuersale extra animam habet esse separatum, vt est in se, non separatum verò vt est in singulari, ita in anima habet separatum esse per cognitionem simplicem, non separatũ verò, sed coniunctum per cognitionem cõplexam, affirmando, & prædicando illud de uniuersali.

Ego

Contra. Ego verò dico, q uniuersale in potentia, non separatur à singularibus, uniuersale verò in actu separatur, vt obiectum cognitum, abstrahendo à singularibus 12. Metap. com. 4. Vnde arguo sic: vniuersale vt est in seipso est qd indeterminatũ, vt verò est in singularibus est quid determinatũ, sed esse determinatum est verius, & perfectius esse, quàm esse indeterminatum, sicut materia est perfectior, vt est determinata per formam, quã quando est indifferẽs ad plures formas, ergo vniuersale habet perfectiùs esse in singularibus, q̃ in seipso: Ad hoc respondetur, q & si in materia ipsa, indeterminatio arguit imperfectionem, nõ tamen imperfectionem dicit in forma, vel in efficiente: vnde quantò agens est vniuersalius, tantò est perfectius: q si dicas, Genus est vniuersale, & habet locum materiæ secundum Porphyriũ: Ad hoc respõdet Paulus Venetus, & ante ipsum Scotus, q genus & si est pars in essendo respectu speciei, & indiuiduorum, est tũ totum in prædicando, vt dixit etiam Boetius.

Respõsio. Contra. Respõ. Pauli Veneti.

Dubitatio. Sed iterum dubitauit Nouitius, vtrum genera, & species sint generabilia, & corruptibilia, nec ne? Ad hoc supra dicebam q non per se, benè tamen per accidens, ratione indiuiduorum, quę p se corrumpuntur: Nunc verò cùm distinctione respondeo, q aliquid potest dici generari, & corrumpi duobus modis, vno modo per se, alio modo per accidens; per se aliquod potest generari tripliciter, videlicet subiectiuè, terminatiuè, & denominatiuè: subiectiuè generatur, & etiã corrumpitur materia prima, quia est subiectum generationis, & corruptionis: Forma generatur terminatiuè, cùm ipsa sit formalis terminus generationis: compositum verò generatur terminatiuè: quamuis verè, & propriè compositum sit illud quod generatur, vt quod: Modo dico q genera, & species, nullo modo ex his tribus generantur, & corrumpuntur per se: benè tamen per accidens, inquantùm sunt formæ singularium, quæ per se generantur, & corrumpuntur, sic in 1. de Anima dr, q actiones sunt suppositorũ, 1. de Gene. q homo nec generat, nec generatur, & in prohemio Metaph. q actiones & generationes sunt singularium, & non vniuersalium, nisi per accidens.

Responsio. Nota quot modis aliqd põt dici generari, & corrũpi.

Dubit. notabilis. Vltimò dubitatur, vtrum vniuersale reale, per realem suam præsentiam, debet esse præsens intellectui? Et quia dubitatio hæc est non minus philosopho, quã logico digna, ideo titulũ prima benè explicabo, vt quid quæritur Nouitius non ignoret: vnde dico q dupliciter aliquid esse potest præsens intellectui, videlicet subiectiuè, & obiectiuè: subiectiuè, seu formaliter, vt species intelligibilis impressa, siue infusa, siue acquisita, actua immanens intelligendi 9. Metap. t. 16. & habitus scientificus, vt dixit Arist. in antepñtis, cap. 2. q quædam grãmatica est in anima. i. in intellectu, obiectiuè dupliciter, vel primariò, ante actum intellectus, & tale est vniuersale reale, vel secundariò, & post actum intellectus, & tale est vniuersale intentionale pullulans, & emanans ex actu collatiuo intellectus. Ita vt vniuersale reale dicatur primus conceptus obiectiuus, seu prima intentio obiectiua: vniuersale verò intentionale dicatur secundus conceptus obiectiuus, seu secunda intentio obiectiua: Hoc igitur supposito, titulus dubitationis sic intelligitur: vtrum vniuersale reale, per suam realem præsentiam debet esse præsens intellectui? i. vtrũ si ego intelligo equũ, necesse est vt equus realiter secundum suam propriam essentiam sit præsens intellectui. An sufficit vt equus, seu natura equina in suo repræsentatiuo sit realiter præsens intellectui, præsentia reali secundum esse obiectiuum per suam similitudinem? Et sic cùm duplex sit præsentia realis, videlicet secundum essentiam rei intellectæ, & secundum esse repræsentatiuum, seu secundũ esse obiectiuum per suam similitudinem, quę est species intelligibilis, formaliter, vel virtualiter aliquid repræsentans, vtro horum modorum vniuersale reale debet esse præsens intellectui? De qua re triplex est opinio: Prima est negantiũ species intelligibiles, vt sunt Auempaces, Gotfredus de Fontibus, Henricus de Gandauo, Gabriel, Ioannes, Bacchonitanus, & alij, quorum sententiã in proprijs locis, cùm eorum fundamentis in nostro disensu de triplici intellectu enarrauimus, simul & confutauimus: Qui omnes habent dicere, q vniuersale reale per suam realem essentialẽ præsentiam præsens est intellectui; & hoc dicũt, quia nisi obiectum sic esset præsens intellectui, non posset vna cum intellectu causare actum intelligendi: quod si obijciatur eis, per illud tertij de Anima. t. com. 38. quòd nõ lapis est in anima, sed forma lapidis; Respondent, non lapis. i. non singulare natura lapidis, sed forma. i. vniuersale reale, seu natura lapidea est præsens intellectui: Sed cõtra hanc euasionem insto sic: si forma, seu essentia, & quidditas lapidis sic vt ipsi dicunt, est in intellectu. Aut ibi est formaliter extrinsecè, & hoc non, quia vt sic intellectus esset lapis, qui lapis prædicaretur de intellectu, quia quod est intrinsecum alteri. intrinsecè. & p se in aliquo modo perseitatis 1 Poster. t. 30. prędicatur de illo, & sic redire opinio Empedoclis. t. de Anima. tex. com. 25. animam esse omnia per identitatem, qđ falsissimũ est, vt dixit clarius Aristoteles, & post eum Magnus Commentator Auerroes 2. lib. de Generatione, t. com 45. Aut est præsens obiectiuè, & sic non erit præsens realiter, sed tantũ obiectaliter, seu obiectiualiter: amplius si quidditas & essentia lapidis per vos non solùm realiter, sed secundum suam realitatem est in intellectu, ergo illa quidditas non erit in singularibus lapidibus: quòd si dicant esse vtrobique diuerso modo: Cõtra, in particularibus equis est secundum realem essentiam, ergò non eodem modo erit in intellectu. & sic tantùm obiectaliter erit in intellectu, & sufficiet vt vniuersale sit præsens intellectui in suo repręsentatiuo, scilicet in specie intelligibili impressa in intellectu possibili ad concausandum actualem intellectionem: Secunda opinio est dicentium, vniuersale non esse secundũ reale, &

Dupliciter aliquid est p̃sens intellectui, videlicet subiectiuè, & obiectiuè; & obiectiuè dupliciter.

Sensus dubitationis.

Duplex præsentia realis.

Prima opin. Bacchonis, & aliorum.

Obiectio contra hanc opi.

Responsio.

Contra.

Euasio.

Contra.

2. opin. Petri Negri.

& eſſentialẽ præſentiam intellectui præſens, ſed obiectiualiter per ſuam ſpeciem intelligibilem, & hanc opinionẽ habent ſubſtinere concedentes ſpecies intelligibiles, ut ſunt D Thom. & Scotus cum diſcipulis eorum, & ſic vniuerſale realiter eſt in ſingularibus, quibus dat nomen, & definitionem, & de quibus formaliter, & eſſentialiter prędicatur, quod ei non competit reſpectu intellectus: Tertia opinio eſt Petri Nigri. q. 29. ſui clypei, medians inter vtramque, quæ huic diſtinctioni innititur: vniuerſalia in duplici differentia reperiuntur. Quędam enim ſunt vniuerſalia quorum ſingularia ſunt præſentia intellectui per realem eorum pręſentiã; Alia verò ſunt uniuerſalia, quorum ſingularia non ſic ſunt prę ſentia intellectui: Tunc prima eius concluſio eſt hęc: vniuerſalia primo modo ſumpta, per realem ſuam pręſentiam ſunt in intellectu. v. g. ſpecies intelligibilis eſt quoddã vniuerſale prædicabile de hac, & illa ſpecie intelligibili, quę ſunt in intellectu ſecundum realem præſentiam, ergo ſpecies intelligibilis communiter ſumpta, & vniuerſalis, reali, & eſſentiali præſentia erit præſens intellectui: ſimiliter actus intelligendi qui prædicatur de hue, & illo actu intelligendi, reali pręſentia eſt pręſens intellectui, ſicuti particularis actus intelligendi: Secunda concluſio, vniuerſalia quorum ſingularia non ſunt in intellectu, vt ſunt hęc vniuerſalia, videlicet equus, lapis, &c. non ſunt per realem præſentiam in intellectu, ſed in ſuis ſingularibus cũ quibus ſunt eſſentialiter, & realiter eadem, & hæc concluſio mihi placet, cũ nec à D. Thoma, nec à Scoto diſcordet; & ſic omnia uniuerſalia intentionalia, & aliqua vniuerſalia realia, per realem præſentiam ſunt in intellectu ad quem habitudinem habent effectiuitatis, & dependentiæ; uniuerſalia uerò realia non præſentia eſſentiali, ſed obiectiuali ſunt in ĩtellectu; Scotus autem 2. ſenten. diſt. 3. q 2. de cognitione abſtractiua, & intuitiua loquens dixit, ꝙ intuitiua cognitio eſt de obiecto pręſenti; nihil ſe determinans de qua præſentialitate ipſe loquatur, ſed cùm ponat ſpecies intelligibiles ab hac ſecunda concluſione nõ uidetur diſcordare: Quòd ſi quęrat Nouitius utrum uniuerſale ſit ſubſtantia, uel accidens? Reſpondeo ꝙ duplex eſt uniuerſale, uidelicet reale ſeu pro prima intentione, ut animal: & intentionale ſeu pro ſecunda intentione ut genus: uniuerſale intentionale propriè loquendo nec ſubſtantia eſt, nec accidens, cùm ens deſcendens ſeu diuiſum in ſubſtantiam, & accidens ſit ens reale ſecluſo opere collatiuo intellectus. Si uerò ſumatur accidens pro omni eo quod alicui formaliter accidentaliter inexiſtit, tunc dici poteſt ꝙ uniuerſale intentionale eſt accidẽs, ut rectè ſentit Scotus: uniuerſale uerò ſubiectum Intentioni, ſeu uniuerſale reale, nec præcisè eſt ſubſtãtia, nec pręcisè eſt accidẽs, ſed neutrum poſitiuè, utrunque uerò permiſſiuè, cũ aliquod uniuerſale reale ſit ſubſtãtia, ut animal, aliquod uerò accidens, ut color: & de prologo Porphy. ad laudẽ oĩpotentis Dei, hęc ſufficiãt dicta.

3. opin. Petri Nigri.

Prima eius concl.

2. concluſ.

Dubitatio.

Reſponſio.

CAPVT DE GENERE.

Textus primus.



Idetur autem neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici. Genus enim dicitur & aliquorum quodammodo ſe habentiũ ad vnum aliquod, & ad ſe inuicem collectio: ſecundum quam ſignificationẽ Romanorum dicitur genus, ab vnius ſcilicet habitudine (dico autẽ Romuli) & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam, quæ ab illo eſt cognationẽ, ſecundum diuiſionem ab alijs generibus dictum.



Omanę Vrbis ſplendor æternus, ac fideliſſimus Ariſtotelis expoſitor D. Aegidius columna: Altiſſimus Doctor Antonius Andreas, & Illuſtriſſimus Cardinalis Dominus Thomas de Vio Caietanus, quos tandem ſequutus uidetur Magiſter Sotus Hiſpanus, ſic caput hoc ad priua dicta continuãt: Poſtquam Porphyrius compleuit prohemium, nunc ponit tractatum, qui in duas adhuc diuiditur partes, quãuis D. Caietanus caput de Gene. & ſpe. unum faciat caput, cùm ſint relatiua. In prima tractat de ipſis quinque prędicabilibus abſolutè. i. ſeorsũ, & ſeparatim ut inquit Ant. And. In ſecunda uerò comparatè ut inquit Aegidius, uel comparatiuè ut Ant. And. in qua ſecunda parte cõparat Porphyrius prædicabilia aſſignando eorum conuenientias, ac diſcrepãtias: Quòd ſi quis quęrat, cur prius de genere incipit diſſerere? Ad hoc ex Ammonio, & Boetio reſpondeñ poteſt: primò, quia in prohemio primo loco ponebat genus, quod ſpecies multas ſub ſe continet: ſecundò, quia ab illo eſt incipiendum quo ablato cætera auferuntur, modò ablato genere auferuntur ſpecies, & omnia quę cõſequuntur ipſas ſpecies, ſic 1. Poſter. t. 37 figura ſublata, aufertur triangulus primò, ſed habere tres angulos æquales duobus rectis non primò, figura enim genus eſt ad triangulum, quadrangulum, pentagonum, &c. Hic animaduertas, quòd cùm hęc dubitatio puerilis ſit, circa rem q̃dã in facilibus fimbrias dilatans, in difficilibus uerò vocẽ comprimẽs, Septẽ affert reſponſiones, & una ſufficeret, ſed quia in multiloquio quandoq; contingit errare, cũ Ariſt. dicat 1. Phyſic. t. 4. & 57. quòd ab uniuerſalioribus eſt inchoandum; Caue ne dicas ꝙ genus eſt magis uniuer-

Dubitatio.

Reſponſio.

Reprehenſio cuiuſdam.

Cauendum.

vniuersale,quã reliqua quatuor vniuersalia, sed dic quod est maius vniuersale, quia est pluribus cõmunicabile tanquàm plura sub se continens, ut bene dixit Scotus in suis prædicabilibus q. 8. ad ultimum: caue etiam ne dicas, quod totum quod diuiditur in partes, est prius partibus, quia sicuti primum dictum nõ sapiebat logicam, à pari hoc secundum non sapit philosophiam: Nam primo Physi.commen.28.& 2.Physic. etiam 28. & primo de Anima com. 5. partes rei secundum diffinitionem præcedunt rem in esse: amplius partes sunt materia totius 2. Physi. 31.& 3. Physico.66. sed materia præcedit id cuius est materia, cùm agens prius disponat materiam, & postea inducit, uel educat formam: amplius imperfectum est prius perfecto in vno,& eodem 9. Metaphysicorum, ergo partes quæ habent rationem imperfecti præcedunt totum quod est perfectum, sicuti est compositum particulare, quod solùm est ens in rei veritate, seu perfectum 2. de Generat. commen.39.& 12.Metaphysicorum 27.amplius totum resultat ex vnione partium, ergo prius uniuntur partes, ergo sunt priores: tertiò caue,& ne dicas, quod genus est notius omnibus, quia hoc non dicit Aristoteles 6. Topicorum loco 53. immo genus difficilius habet cognosci: quarto enim Physicorum, tex.8. uolens Aristoteles definire locum, valdè laborat circa genus illius, vide licet ad sit Mules, materia vel forma: sed os uostrũ studium io cõtradicẽdo posuisse videmur; hęc sint dicta ad exercendum ingenia auditorũ: Tractatus in duas partes diuiditur, & prima in quinque capita, & primum caput de genere adhuc in duas partes diuiditur: in prima diuidit genus, ut eligat de quo genere est loquuturus: in secunda ibi, tripliciter autem &c. eligit ut diffiniat genus logicum, quod ad præsens facit nego tium, sed ut præstitutum ordinem obseruemus, ad terminorum declarationem accedamus.

Cauendum.

Cauendum.

[Videtur.] Hoc verbum videtur, tripliciter sumi solet ab Aristotele, inquit Aegidius Romanus primò, ut est expressiuum apparentię, idest quod videtur,& non est, ut inquit Antonius Andreas,& sic sumitur sophisticè, ut in libris Elenchorum.lib.1.c.2.ibi, quoniã autem quibusdam magis operepretium est uideri sapientes, quàm esse & non uideri, sophista enim est pecuniarum aucupator ab apparente sapientia,& non existente,& tunc includit negationem, eo quod illud quod sic uidetur, non est,& sic dicimus quòd syllogismus elenchus, seu sophisticus est, qui apparet syllogismus, non tamen est syllogismus; vel qui constat ex ꝓpositionibus quæ uiderĩ veræ, non tamen sunt veræ,& ordinatur ad quinque metas, quę sunt, redargutio, falsum, inopinabile, solecismus,& nugatio, & ideo apparens dicitur primo Elenchorum capitulo quinto: similiter auricalcum videtur aurum, & non est aurum, iuxta illud, exterminant facies suas ut appareant hominibus ieiunantes, & de hoc Aristoteles in capitulo de substantia proprietate tertia, ibi, omnis autem substantia uidetur hoc aliquid significare,& non significat: secundò sumitur ly, uidetur, ut est expressiuum similitudinis, vt in libro primo Topicorũ, cap.octauo. probabile est, quod videtur omnibus, aut pluribus, &c.& hoc videri opinatiuum est cũ formidine de opposito, hinc primo Priorum cap primo, & primo Posteriorum textu decimotertio, propositio dialectica, seu probabilis est illa, quę accipit similiter, idest indifferenter vtranque contradictionis partem: tertiò sumitur ly, videtur, vt est expressiuum veritatis,& idem est, ac ita sentire & firmiter tenere, quod vocat videre Topicum Antonius Andreas, quo melius dixit Aegidius, sed statim quęret Nouitius, quo modo sumitur ly, videtur, in præsenti?

Hic terminus, videtur, tripliciter sumitur.

Dubitatio.

Ad hoc duplex est responsio, vna est Alberti Magni, tractatu tertio, cap primo, quòd sumitur primo modo, eo quòd istæ generis acceptiones magis sunt in nostra cõceptione,& cognitione, quàm in rei natura,& existentia.

Responsio.

Altera responsio est Aegidij, Antonij Andreæ, Caietani,& Ammonij, quòd sumitur tertio modo, idest demonstratiuè ut est expressiuum veritatis, cum quibus ego etiam sic dico, quia melius disseruit, quàm Albertus.

Aegid. Ant. And. Caieta. & Ammonij, melior quam resp. Alberti.

[Genus.] Hic terminus, genus, dupliciter potest sumi, vno modo communissimè, & sic est commune ęquiuocum ad genus demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale in Rhetorica, vt inquit Isidorus libro 2. Ethimologiarum cap. 4 & ad genus masculinum, fęmininum, &c. In grammatica, vt inquit Albertus; pro qua re vide in antepraedicamentis regula secunda, quę ibi dicemus, similiter ad genus politicum, & physicum, seu naturale, vt est materia prima apud philosophum, in quo genere naturali communicãt omnia generabilia, & corruptibilia, & sic materia prima dicitur genus, quia sicuti genus contrahitur per differentias specificas, ita materia prima contrahitur per formas naturales,& idem dici potest de genere attributiuo, seu attributionis, in quo conueniunt omnia in aliqua scientia considerata, quo modo dicimus, quòd ens est genus attributionis in Metaphysica, & Anima genus in libris de Anima. Alio modo sumitur, genus, propriè pro tertia acceptione generis, quod dicitur genus prædicamentale, in quo communicant plures specieś,& si pro secunda intentione sumatur, est uniuocum ad omnia genera quibus supponuntur species, & hoc modo sumitur genus in præsenti: ex quibus omnibus significatis ipsius generis, tria tantùm posuit Porphyrius, duo quidem per accidens ad bonitatem doctrinæ, uidelicet genus politicum, & naturale; alterum uerò per se ex principali intentione, ut est genus logicum tertio modo sumptum, quod per analogiam ad genus ciuile, & naturale cognoscitur, & hęc quoad hunc terminum, genus; pro quo uidendi sunt Aristoteles,& Auerroes quinto Metaphysicorum, textu commento trigesimotertio, & tertio de Anima, commento sexto, ubi inquit Auerroes, quòd

Genus dupliciter sumitur & multa eius significata.

ꝙ aliud est genus vetum & aliud est genus the-
Dubitatio. toricum. Sed hic fortè dubitabit Nouitius, cùm
plura fiot generis significata, cur tria tantùm po
Responsio. suit Porph. Ad hoc resp. ꝙ cùm genus à gignen-
do dicatur, & gignitio duplex est, videlicet vera,
& Metaphorica, & ad gignitionem tealẽ tria req-
runtur, scilicet gignens vt Pater, in quo gignit
vt locus, & patria, & id quod gignitur vt est gẽs,
seu proles producta, ideo hæc tria significata gi-
gnitionis realis posuit hic Porphyrius: & quia
non solùm datur gignitio realis, sed etism Me-
taphorica, ideo datut aliud genus logicum quod
suo modo est etism principium suarum specie-
rum: Hinc collige quòd genus politicum dici-
tur à τῆς πολεως, idest à ciuitate, & ideo gen.' po-
liticum idem est quod genus ciuile ad legalem
facultatem pertinens, seu ad iurispetitos quo-
rum est Rempublicam, legibus pragmaticis, uel
statutis regere, quod ad philosophos non spe-
ctat, vt in prologo primi libri Physicorum con-
fessus est Auettoes dicens, quòd sapientes huius
temporis, quia à communitate gentium uiles
habentur, & principes existimant quòd nõ sunt
digni tegete ciuitatem, neque esse eotum secre-
tarij: & hoc modo sumendo genus dempta lite-
ra, u, idem est quod gens, seu genus ciuile: quòd
Dubitatio. si iterum quærat Nouitius, quot necessariò re-
quiruntur ad faciendum genus ciuile? Ad hoc
Responsio. ei respondeo, quòd ad genus ciuile tria sunt ne-
Ad genus ciuile tria necessariò sunt requisita. cessariò tequisita. Quorum primum est, mul-
titudo seu collectio multorum: secundum est
cognatio, idest habitudo affinitatis multorum
vtriusque sexus adinuicem, idest vt in illa col-
lectione multotum, sint Patres, Matres, Sorores,
Fratres, Nepotes, & eotum proximi, & habitudo
omnium simul ad vnum supremum principiũ
à quo omnes descendunt, ac cõmuni descenden
tia procedunt, sicuti est Romulus respectu Ro-
manorum, & Mari', vel Marianus respectu Ma-
rilianensium: tertium quod requiritur est, vt
hęc plurium sic se habentium collectio, distin-
guatur ab alia collectione per tale principium.
Et dixi quòd tequiritur multitudo, idest homi-
num, & mulierum collectio, vt esse possit prolis
propagatio, quorum esse debet magnus, uel me-
diocris numerus vtriusq; sexus, ut patere potest
in arbore affinitatis, tàm in recto, quàm à latere,
vt est gens Neapolitana quę dicitur genus Nea-
politanorum, & gens Hispanica quæ dicitur ge-
nus Hispanorum, gens Itala à Ioue, iuxta illud
Virgilij Mantuani Poetæ primo Aeneidos, Ita-
liam quęro patriam, & genus ab Ioue summo:
Heraclitæ ab Hercule decimo Metaphysicorũ,
Græci à Græco, & Iones à Ione quinto Metaphy
sicorum textu trigesimotertio. Dixi quòd ad ge-
nus ciuile requiritur etiam cognatio, qua defi-
ciente totus exercitus Xersis Persarum Regis
non potest dici genus, cùm milites illius sint di-
uersarum Familiarum, Nationum, & diuersa-
rum Regionum. Requiritur etiam ad genus ci-
uile duplex habitudo, seu duplex respectus, quo-
rum vnus est inter eos qui ab vno descendunt
primo principio: alius verò est omnium simul
ad tale principium, sicuti exemplum habetur in
textu à Boetio positum de gente Romana à Ro-
mulo descendente: & hæc sunt tria generis signi-
ficata à porphyrio in hoc capite posita.

[Simpliciter] & quia aliqui dilatant fimbrias Verba text'.
suas varia significata huius termini (simpliciter)
à Tabula Zimaræ quę facit homines loqui, lite-
ra, s. pagina mihi 364. huc transferentes, ad altio-
ra Nouitium eleuans, non hic sed in quadam di
gressione in capitulo de differentia textu secun-
do, de simplicitate, & compositione; multa,
& non mediocris momenti Diuina ope dice-
mus.

[Dici.] Terminus hic multipliciter solet su- Verba text'.
mi; & primò prout idem est quod prędicari: vn- Dici quinque modis potest sumi.
de in antepraedicamentis in secunda diuisione
dicebat Aristoteles, quòd substantia secunda di- j
citur de subiecto, sed non est in subiecto, vt ver-
bi gratia, homo dicitur de Socrate vt de subiecto,
non tamen est in illo vt in subiecto, sic 1 Poster.
t 29. dici, hoc modo sumptum duplex est, videli-
cet dici de omni, & dici de nullo, & in cap. de sub
stantia, omnia præter primam substantiam aut
sunt in illa vt accidẽtia, aut dicũtur de illa, vt sunt
substantiæ secundæ. Secundò sumitur, dici, pro ij
loquela exprimi, vt cũ dicimus de aliquo, quòd
multa de eo dicuntur. Tertiò sumitur, dici, pro iij
ab aliquo denominari, siue denominatione in-
trinseca, siue denominatione extrinseca: denomi
natio intrinseca est vt alias melius diximus, quũ
subiectum dicitur tale à perfectione, vel entita-
te quam in se formaliter habet, qua denomina-
tione ignis dicitur, & denominatur calidus à ca-
liditate sibi formaliter inhærente: denominatio Duplex denominatio videlicet intrinseca, & extrinseca.
verò extrinseca est quando subiectum dicitur ta
le à qualitate alteri inexistenti, ut sic paries dici-
tur videri à me denominatione extrinseca à visio
ne quæ non est in pariete, sed in oculo uidente,
cùm visio sit actio immanens per speciem sensi-
bilem sicuti & intelligere per speciem intelligibi
lem. 3. de Anima tex. 6. & 38. & 9 Metaphysico-
rum texto 16. pro qua re uideat Nouitius Sco-
tista Franciscum de Maronis in quolibetis quę-
stione nona in initio. Quartò sumitur, dici, apud iiij]
Theologum, & sic idem est quod produci, vt sic
intelligere notionale patris ad intra, quo suam
essentiam intelligit appellatur, dicere; hinc patet
intelligendo tantùm essentiam suam ut uolunt
Scotistę, vel essentiam, & omnia alia secundum
Thomistas, dicit verbum, idest producit verbum
seu filium. Quintò, dici; sumitur prout idem est, v
ac affirmatione proferri, ut sic qui dicit aliquid
non solùm debet dicere, seu affirmare, sed neces-
se est inductionem, uel demonstrationem affer-
re octauo Physicorum textu commento decimo
quinto, & quòd dicere sit affirmare, & probare,
& dici sit affirmari, testis est Aristoteles primo
Post. t. 2 t. ibi, nos autem dicimus neque omnem
scientiam demonstratiuam, &c.

[Quæ ab illo est cognationem.] Nota quòd Verba text'.
termini isti differunt, videlicet cognatio, affini-
tas,

tas, & consanguinitas Cognatio est propinqnitas quędam, quæ duplex est, scilicet spiritualis, & legalis: spiritualis est propinqnitas personarum ex ui sacramenti proneniens, & tres habet species, videlicet compaternitatem, paternitatem, & fraternitatem, vt 4. lib. sent. d. 42. dicunt nostrates Theologi. Cognatio legalis est quædam humana proximitas ex adoptione prouenient, quæ adhuc triplex est, prima inter patrem adoptantē, & prolem adoptatam: secunda inter prolē adoptatam, & naturalem prolem adoptantis: tertia est quasi per modum affinitatis inter uxorem filij adoptiui, & patrem adoptiuum, & inter filium adoptiuum, & uxorem patris adoptiui. Affinitas verò, (quę ideo talis dicitur secundum Petrum de Palude. lib. quarto sententiarum distinctione quadragesimaprima, quęst. prima, quia accedit ad fines, vel terminos) est propinquitas personarum carnali copula ex consanguinitate proneniens, & hoc siue per matrimonium, siue per simplicem fornicationem; & hoc modo sumpsit porphyrius, cùm non omnes à Romulo descendentes per matrimonium descendant: consanguinitas verò est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, ut inquit Petrus de Palude. quarto sententiarum, distinctione quadragesimaprima, quęst. 1. sed exacta, plenaq; horum contemplatio, logicæ limites egrediens, ad vtriusque iurisconsultos spectare videtur, inter quos consultissimus quidē est, Illustris, & Excellens Dominus IACOBVS Gallus Neapolitanus, in Florentissimo studio Neapolitano, legalis cathedræ primarius lector acutissimus. Sed hic dubitabit Nouitius, cur dixit, quodammodo? Respondet Ammonius, quòd scitè hanc particulam adiecit porphyrius, quia & si Heraclidę omnes descendunt ab Hercule, respectu cuius habent vnam totalem habitudinem remotam, non tamen habent vnam, & eandem propinquam; nam alij aliorum sunt Aui, liberi, uel fratres, verbi gratia, licet omnes homines originem habeant ab Adamo, tamē pro nationum diuersitate, diuersæ sunt familiæ, diuersi Aui, patres, &c. Sed adhuc quæret Nouitius, quam habitudinem intelligit porphyrius? Respondet ad hoc idem Ammonius, quòd quadruplex est habitudo, uel affectio: prima ab arte, vt relatio pręceptoris ad discipulum; secunda à sorte, uel à fortuna, vt domini ad seruum: tertia à delectu, seu dilectione, aut electione, ut amici ad amicum: quarta à natura, ut patris ad filium: & de hac habitudine loquitur hic porphyrius, quę adhuc triplex est: prima est æquiparantię, & est habitudo multorum inter se, quia sicuti unus est pater unius, ita alius est filius alterius: secūda habitudo est superpositionis, quę est principij productiui illius multitudinis ad ipsam multitudinem: tertia est habitudo suppositionis, seu inferioritatis, seu effectiuitatis, & dependentię illorum multorum ad illud vnum principium à quo descendūt: Hęc habitudo, uerbi gratia, est Romanorum ad Romulum, ut Boetius exemplificat. Et hoc dicere volebat Dominus Caietanus per connectentem habitudinem. qua omnes de eadem familia inter se sunt coniuncti, ut fratres, sorores, nepotes. &c. similiter. & conciues, quorum alij sunt Rectores, alij Consules, alij Milites, Artifices, &c. illi habent esse ab uno patre, isti verò conciues in una patria oriuntur. His igitur terminis explicatis, literam sic construe.

Cognatio duplex.

Affinitas.

D. Iacobus Gallus V. I. consultiss.

Dubitatio.

Ammonij Responsio.

Dubitatio.

Ammonij responsio, quòd quadruplex ē habitudo.

Constructio litteræ.

[Videtur mihi porphyrio ò Grisori,] idest videtur mihi ex propria sententia, & omnibus rectè considerantibus; vel videtur, & ita est, vt inquit Antonius Andreas. [Neque genus] id est genus communiter sumptum [dici simpliciter,] idest vniformiter, & vno modo, vt Antonius Andreas, Albertus, & Paulus Venetus, vel uniuocè, ut Tataretus; sed multipliciter, id est, non uno modo, & æquiuocè, multiplicitate significatorum, non autem suppositorum, quæ sunt tria, vt Tiberius Bononiensis, [neque species,] idest videtur etiam, quòd nec species dicatur uno modo, sed multipliciter, & ęquiuocè, id est, quòd dicatur dupliciter: quam multiplicitatem ostendendo inquit [genus enim dicitur,] id est primo modo dicitur genus [collectio,] idest aggregatio, & coadunatio [aliquorum] idest hominum, & mulierum, Auorum, Patrum, Filiorum, &c. [quodammodo se habentium] .i. se respicientium quodammodo, quia non omnes ab eodem genere propinquo, & stipite descendunt, pro familiarum diuersitate, ut inquit Ammonius [ad se inuicem] idest qui inuicem inter se mutuò referuntur sub habitudine paternitatis, filiationis &c. [Ad vnum aliquod] idest quasi ad principium, ut inquit Antonius Andreas [secundum quam significationem] .i. generis primo modo sumpti [dicitur genus Romanorum] .i. gens Romana dicitur genus, [ab habitudine] .i. respectu [vnius] .i. principij productiui [dico autē Romuli] i. quod principiū dicitur Romulus à quo Romanorum, seu Romuleorū genus nomen & principium sumpsit, ut inquit Paulus Venetus, [& multitudinis] .i. dicitur genus ciuile primo modo, collectio multitudinis [habentium] idest hominum, & mulierum qui habent [aliquo modo] idest aliqualiter [eam cognationem] idest parentelam [quæ est ab illo] idest Romulo; ut genus Arabum est ab Arababam, ut inquit Auerroes [secundum diuisionem ab alijs generibus dictum] idest secundum quòd per illam habitudinem, quam habent Romani ad Romulum, & Arabes, ad Arababam, [diuiduntur illa genera ab alijs generibus] idest genera ciuilia distinguuntur ad inuicem propter diuersa genera naturalia, quo modo multitudo Romanorum diuisa est à multitudine Pisanorum, inquit Aegidius; sic igitur constructa litera in qua secūdum generis significatum ad plenum cum proprijs exempla explicauit porphyrius, ut totus textus simul à Nouitio percipiatur, more solito talis ex toto textu eliciatur conclusio.

Vnde sumenda est uera responsio. Secũdò requiritur cognatio, idest vt sint patres, Aui, fratres, &c. tertiò requiritur vt illa collectio distinguatur ab alia collectione propter distincta principia productiua. Vide ergo quòd si hęc prænotasset non sic dubitasset, sicut ex opposito nos pręnotauimus, nec consequenter, nisi occasionaliter sic dubitauimus. Et hoc, quia loquendum est vt plures, sentiendum verò est vt pauciores.

Dubitatio 4. Dubitatur quartò, & probatur ꝙ malè dixerit porphy. genus dici multipliciter: Nullum vniuocum dicitur multipliciter ex antepredicamẽtis cap. primo. Sed genus est vniuocum, cùm sit vniuersale propriè dictum, ergo genus non dicitur multipliciter. *Responsio.* Respondeo, ꝙ genus dupliciter potest sumi vt ex supradictis patet, vno modo vt est quid commune ad genus ciuile, naturale, & logicum, & alia significata: alio modo sumitur genus pro genere logico, quod est genus tertio modo dictum cui supponitur species: tunc dico, ꝙ & si genus hoc tertio modo sumptũ nõ est multiplex ęquiuocum, sed vniuocum, tamen genus primo modo sumptum .i. communiter, dr̃ multipliciter, & est æquiuocum ad plura genera, & hoc modo sumit genus Porphyrius in pręsenti. *Contra replicatur.* Contra, & probo quòd genus secundo modo sumptum est æquiuocum, sic: genus prædicatur de genere generalissimo, & subalterno, ergo æquiuocè. *Responsio.* Respondeo, ꝙ analogicè. *Contra.* Contra, genus prædicatur de decem generibus generalissimis quorum vnum non est sub altero, ergo æquiuocè. *Responsio.* Respondeo, genera generalissima dupliciter possunt sumi, vno modo fundamentaliter, idest pro prima intẽtione, alio modo formaliter pro secunda intentione, tunc dico quòd genus prædicatur de decem generibus generalissimis primo modo sumptis, denominatiuè, æquiuocè; sicuti non vera res prædicatur de vera re; de generibus verò formaliter sumptis .i. pro secunda intentione, genus pręd icatur vniuocè, sicuti superius de suis inferioribus.

Textus 2. Dicitur autem & aliter rursus genus, quod est vniuscuiusq; generationis principium: vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus à Tantalo habere genus, Hylum autem ab Hercule, & rursus Pindarum quidem Thebanum esse genere, Platonẽ verò Atheniensem. etenim patria principiũ quoddã est vniuscuiusque generationis quemadmodum & pater. Hæc autem videtur promptissima esse significatio. Romani enim dicuntur, qui ex genere descendunt Romuli, & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum proximi. Et prius quidem appellatum est genus vniuscuiusque generationis principium: dehinc etiam & multitudo eorũ, qui sunt ab vno principio, vt à Romulo: quam diuidentes & ab alijs separantes, dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus.

Continuatur hic textus ad præcedentem cum Aegidio, Antonio Andrea, & Caietano hoc modo. Declarato primo significato generis, qđ dicebatur genus politicum seu ciuile pertinens ad iurisperitos potius, quàm ad logicum. Nunc vult declarare secundum significatum generis, quod dicitur genus naturale pertinens ad philosophũ naturalem, seu physic. *Cõtinuatio.* Et tota litera diuiditur in tres partes principales. *Diuisio.* In prima ibi, dicitur autẽ aliter, &c. ponit secundum modum generis, qđ est principium generationis, siue sit principium generans, vt pater, siue id in quo quis genit⁹ est, vt locus seu patria. In secunda parte, ibi: sic enim Orestem &c. exponit quod dixerat per exẽpla, & de vtroq; .i. de patre, & loco, Porph. dat duo exẽpla: primum de patre, ꝙ Orestes habet genus à Tantalo patre suo, & Hilus ab Hercule: Dat etiã exẽpla de loco, ꝙ Pindarus dicitur Thebanus genere, quia natus est Thebis, & Plato est Atheniẽsis quia natus est Athenis: hinc infert, ꝙ patria est principium generationis vniuscuiusq; quẽadmodum & pater: In tertia verò parte, ibi: Hæc autem videtur. Comparat hunc secundum modum generis ad primum dicens, ꝙ hæc secunda significatio generis pro principio generationis est promptissima .i. proprijssima, magis principalis, magis vsitata, & perfectior quàm prima, vt dixerunt Aegidius, & Ant. And. vel proprijssima, & prior ordine naturæ, & ordine appellationis, vt inquit D. Caietanus: ꝙ autem genus naturale potius, quàm ciuile debeat dici genus, probat hoc dupliciter Porph. primò, quia genus primo modo dictum .i. politicum causatur, & denominatũ à genere secundo modo dicto .i. naturali, vt Heraclidę descendunt, & denominantur ab Hercule, *Genus naturale uerius dicitur gen⁹, quàm ciuile.* & hoc dupliciter probatur primò ab Ant. An. sic, propter quod vnumquodque, & illud magis, sed primus modus dr̃ genus propter secundum, ergo secundus est magis: ab Aegidio verò sic ꝓbatur. Quandocũque aliqua proprietas cõuenit aliquibus duobus, vni tanquàm causę, & reliquo tanquàm affectui, principaliùs inest causæ quàm effectui; sed secunda significatio est causa primæ, nam principium generationis est causa collectionis, ergo genus principalius inest secundæ significationi, quàm primæ. Secundò principaliter probatur ꝙ genus naturale sit magis principaliter genus, quia genus secũdo modo sumptũ, est cõstitutiuum, & distinctiuum generis primo modo dicti .i. uã collectio Iudęorũ hēt originẽ, & distinctionem ab alijs gentibus ꝑ Iudã. & collectio Romanorum ꝑ Romu u : & hæc quoad continuationem, intentionem, & diuisionem textus: nunc verò ad terminorum explicationẽ accedamus.

Generatio quid, & quotuplex sit.

[Generationis principiũ.] Generatio duplex est, videlicet, Aeterna, & Temporalis: Generatio æterna est, qua pater in Diuinis producit ab æterno verbum, i. filium sibi coæternum, prouerbiorum 8. nondum erant abyssi, & ego concepta eram, ante colles ego parturiebar. Alia est generatio temporalis, quæ est exitus alicuius quod prius erat in potentia ad actum 5. Physicorum com. 16. vel est transmutatio totius in totũ nullo sensibili remauente primo de Generat. tex. 23. Quæ adhuc duplex est 7. Metaphysi. 28. videlicet. Simpliciter. i. substantialis quãdo generatur substantia, vt homo, equus, planta, &c. Et secundum quid. i. accidentalis, quando terminatur ad accidens primo Physisicorum tex. 62. quinto Physicorum septimo, & octauo Physicorum tex. commento. 46 Generatio simpliciter seu substantialis adhuc duplex est. 2. de Anima. 45. videlicet cõiuncta, & disiuncta: coniuncta, vt quando generatur aliqua pars corporis viuentis, & sic cõuersio nutrimenti in substantiam rei altæ, dicitur generatio. Generatio disiuncta est, quando genitum separatur à gignente, & hęc duplex ẽt est, videlicet æquiuoca, & vniuoca: vniuoca generatio 7. Met. est, qñ generans & genitũ sunt eiusdẽ speciei specialissimæ, vt sic generatio qua equus generat equum, dicitur vniuoca, quia equus generans, & equus genitus sunt vniuoca vniuocata respectu speciei equinæ, quę est vniuocum vniuocans respectu illorum: Anima. Generatio verò ęquiuoca est, quando generans, & genitum sunt diuersę speciei, vt est generatio eorum quæ fiunt ex putrefactione, vt sunt vermes producti ex cane mortuo, quorum generatio & si substantialis est, æquiuoca tamen dicitur, cùm sol generans, & vermis genitus, diuersæ sint speciei, eo q sol corpus est inanimatum incorruptibile. 1. Cœli, vermis verò est corpus animatum corruptibile, & hęc ęquiuoca: vel vniuoca, quincuplex est secũdum Franciscum de Maironis in conflatu libro 1. dist. 5. q. 6. Prima dicitur generatio quæ est simul proficiens, & deficiens, sicuti est generatio motus, & omnium successiuorũ, vt patet de motu tàm cœli, quàm horum inferiorum, qui est in continuo fluxu. Secunda generatio est perficiẽs & non deficiens, vt in aggeneratione accidentis permanentis, vbi per aliquod tempus permanet & non corrumpitur, vt patet de caliditate causata à motu deambolationis. Tertia generatio est nec proficiens nec deficiens, sed raptim transiẽs, sicuti est generatio radij à Sole, qui per instans recedit. Quarta generatio est per quam aliquid generatur in instanti quod non raptim transit, sed permanet, sicuti est generatio formę substantialis, quæ permanet, non autem generatio eo quòd forma tems uet in facto esse, & generatio habet esse tantùm in fieri, idest tamdiu, quãdiu res generator, seu est in fieri, & generari. Quinta est generatio quę est permanens, & non deficiens sicut prima, nec proficiens sicut secunda, instantanea contra tertiam, non raptim transiens sicuti quarta, & hæc est generatio actus intelligendi ab intellectu possibili elicitus, non aũt ab intellectu agente vt voluit Franc. de Maironis, Petrus Niger in suo clypeo, & Ioannes de Iauduno.

Generatio quincuplex s͂m Franc. de Maironis.

Dubitatio.

Responsio.

Quòd si quæras, quis in quo differunt generatio ęquiuoca, & vniuoca? Respondeo in hoc, quòd in generatione vniuoca concurrunt duæ causę, scilicet particularis vniuoca, & vniuersalis ęquiuoca: Hinc secundo Physicorum t. 26, dicebat philosophus, quòd Sol, & Homo generãt hominem, Sol vt causa æquiuoca, vniuersalis, & remota: Homo verò vt causa vniuoca particularis, & propinqua: in generatione verò æquiuoca concurrit tantùm causa vniuersalis remota disponens materiam, & introducens formam, vt patet de generatione illorum animalium, quæ non per propagationem, sed ex putri materia fiunt, vt sont quædam Ranæ, Anguillæ, vermes, &c. Hinc patet error Auicennæ dicentis, q hõ etiam potest ex putri materia fieri, vt suam magnificaret Colchodeam, quem meritò secundo Metaphysi. commento 15. reprehendit Auerroes: hic verò loquitur Porphyrius de Generatione, non pro mutatione, sed pro multitudine generata, sicut solemus dicere. q aliqua familia est bona generatio, & q alia est mala generatio, iuxta illud, generatio praua, & adultera, vt dicit Paulus Venetus, cuius triplex est principium, scilicet productiuum principale, vt pater, conseruatiuum vt patria, & coadiuuatiuum vt locus, quãuis locum cum patria confundant alij.

Principium quotuplex sit.

[Principium.] Nota etiam de principio, quòd principium prima sui diuisione, diuiditur in principium complexum quod dicitur principium cognitionis, seu in cognoscendo, & principium incomplexum quod dicitur principium in causando, seu essendo: principium complexum in cognoscendo duplex est, aut videlicet primum, vt de quolibet est verum affirmare vel negare, primo Posteriorum, textu 2. Aut non primum, vt omne totum est maius sua parte: principium incomplexum in essendo, duplex est, videlicet, aut primum, aut non primum: Principium incõplexum primum, aut est in genere causę efficientis, & est Deus, à quo cœlum, & tota natura dependet 12. Metaphysicorum. tex. 38. Aut in genere causæ materialis, & est materia prima, quæ non est Deus vt malè dixit Dauid de Dinando apud Sanctum Thomã prima parte, quæstione 3. articulo octauo, & malè etiam sensit Alexander Epicurus apud Achillinum primo Physicorum text. 83. Aut est principium incomplexum non primum, & hoc duplex, aut videlicet materiale, & corporale, & sic est cœlum, aut spiritoale & sic sunt intelligentię formæ assistentes, & motricea orbium, quę nec per se, nec per accidẽs mouentur ad motum orbium ex S. Thom. p. p. q. 51. artic. 3.

Verba text.

[A tantalo] tantalus ille est, cui Venusinus Poeta auarum assimilat dicens: Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina: quid rides muta to nomine de te fabula narratur. [Thebanũ esse genere.] Hęc sunt duo nomina Ciuitatum, vel

Verba text.

Pro-

Prouinciarum, quibus sæpè vtitur Aristoteles in tradendis exemplis, sic tertio Physi. tex. 2 t. & Ioannes Grammaticus 1. Poste. tex. t. dicebaut; q idem motos dicitur actio, & passio. Sicuti esdem vis est ab Athenis ad Thebas, & à Thebis sd Athenas. Similiter se habent Doctrina, & Disciplina, &c.

Verba text⁹.

[Platonem] Plato est quem semper Aristoteli præfert Cicero, præcipuè in Tusculanis quæstionibus Tusc. 5. ibi, Aristoteles longè omnibus

Verba text⁹.

(Platonem semper exciplo) præstans, & ingenio, & diligentia, cùm quatuor illa genera principiorum esset complexus, &c. quem Platonem 20. annis in Academia, audiuit Aristoteles, qui etiam in moralibus per tres annos Socratem habuit præceptorem, de quo 1. Metaph. tex. com. 5. & apud Auerroem in prologo Physicorũ habetur, q Socrates circa moralia negociat⁹ est, & de tota natura. i. de speculatione naturaliũ nihil dixit, qui Socrates Magistrũ habuit Archelaũ: Et ideo in Ethicis dicebat Arist. amic⁹ Socrates, amicus Plato, sanctũ tamen est prębonorare veritatem

Verba text⁹.

[quemadmodum, & pater] Ista particula difficultatem facit, an verè patria sit principium generationis, sicuti & pater? De qua re est

Dubitatio an patria sit verè principiũ generationis

Vna opinio Aegidij Romani dicentis, q sic, & ratio eius est, quia in quibusdam partibus, & regionibus generantur quædam animalia quæ nõ generãtur in alijs, vt Cameli, Simię, Psitaci. &c. Similiter quędam plantæ in aliquibus locis generantur, & non in alijs, quod efficit patria siue locus:

1. opin. Aegidij Romani.

Alia opinio est quorundam apud eundem Aegidium, quam sequutus est Scotus quęst. 13. deinde Tiberius Bononiensis c. 2. super Porphy. in declaratione opinionis Auerrois; isti enim dicunt, q hoc aduerbium, quemadmodum, nõ importat plenam similitudinẽ, quia pater est principium effectiuum, intrinsecum, & per se ipsius generationis, patria verò est principium conseruatiuum extrinsecum, & per accidens, sed q locus sit principium effectiuum dicit etiam Scotus cum Aegidio:

2. opin. Scoti & Tiberij Bononiensis.

& iuditio meo melior est Scoti sententia quæ in hoc consistit, q patria est principium generationis quemadmodum & pater, si attendatur similitudo quoad genus causæ efficiẽtis, & in hoc ab Aegidio non discrepat Scotus, non tamen patria est principium sicuti, & pater si attẽditur modus causę, quia pater est causa efficiens per se, locus verò causa per accidens. i. coadiuuans ad generationem, & conseruans rem genitam, & in hoc discrepat Scotus ab Aegidio. Hoc idem cum Scoto dixit Tiberius Bononiensis Auerroista.

Scoti opinio melior.

Verba text⁹.

[Et Cecropidæ qui à Cecrope] Cecropidę, nomen hoc est patronimicum apud Grammaticos, eos significans qui à Cecrope genitore discendunt.

Notandũ ex Auicenna.

Sed hic notabis de mente Auicennæ libro primo suæ Logicæ, q isti duo modi generis, vt sunt genus ciuile, & genus naturale, non solùm repertiuntur in naturalibus, sed ẽt ad artificialia possunt extendi: dicũtur enim Coriarij omnes illi, qui sunt de collectione Coriariorum descendentium in genere artificij ab aliquo, qui excellebat in tali arte mechanica: sicuti alij fabri dicuntur tubalcaitæ, vel tubalistæ à Tubalcaim, vel tubal, qui fabrorum vel fabilem artẽ inuenit. Et Musici dicuntur Pythagorici à Pythagora qui perfecit artem Musicam; & Nautę dicuntur Calepsitę à quodam Calepso qui floruit in arte nautica Alberto teste, vel à Nausica qui in arte nautica floruit vt inquit Paulus Venetus: terminis igitur explicatis literam sic construe.

Nota ex Alberto, & Paulo Veneto.

[Dicitur autem aliter]. i. alio, & secundo modo [rursus] . i. iterum [genus] . i. communiter sumptum [quod est principium generationis vniuscuiusque]. i. dicitur genus secundo modo, principium incomplexum effectiuum [generationis]. i. multitudinis generatæ, vniuscuiusque rei genitę [vel ab eo qui genuit]. i. à patre vt principio actiuo per se [vel ab eo loco in quo quis genitus est]. i. vel à loco, qui dicitur genus, & principium effectiuum per accidens: vnde dans exẽplum de genere effectiuo per se, inquit [sic Orestem quidem filium dicimus habere]. i. trahere, & ducere [genus]. i. originem, & generationem suam [à Tantalo]. i. patre suo, qui vocabatũr Tãtalus. [Hilum autem ab Hercule]. i. sic etiam dicimus, Hilum habere genus, & dependẽtiam ab Hercule. Dans postea exemplum de loco inquit: [Et rursum]. i. iterum exemplificantes de patria, vel loco, non sumendo locum pro loco adęquato, sed pro loco communi, scilicet pro villa, Ciuitate, & Regno, vt inquit Burleus, dicimus [Pindarum quidem Thebanum esse genere]. i. Pindarum gręcum esse de genere Thebanorum, seu natum esse Thebis. [Platonem verò Athenięsem]. i. sic etiam à simili dicimus Platonem esse de genere Atheniensium, quia natus est Athenis, à progenitoribus Atheniensibus procreatus, seu genitus: [etenim patria est quoddam principium]. i. patria, seu locus est principium effectiuum, quãuis per accidens generationis vniuscuiusque rei genitę [quemadmodum & pater]. i. sicuti & pater, quod est principium per se, vt Scotus dicit cõtra Aegidiũ: vnde cõparans hęc duo significata inquit. [Hęc autem videtur esse promptissima significatio]. i. hęc secunda significatio generis pro genere naturali, videtur mihi Porphyrio, esse magis communis, & visitata significatio generis, quam prima significatio, vt Caietanus, Aegidius, & Ant. And. dicũt [Romani enim dicũtur]. i. illi dicuntur, & nominantur Romani [qui descendunt ex genere Romuli]. i. originem trahũt à Romulo principio, & patre Romanorum [Et Cecropidę qui à Cecrope]. i. & Cecropidę dicũtur homines, & Mulieres descendentes à Cecrope genitore [Et horũ proximi]. i. & illi qui sunt secundum lineam eiusdem consanguinitatis, vt inquiunt Albertus, & Paulus Venetus: sic Orestes habet genus à Tantalo proauo, Hilus verò ab Hercule, sicuti ab attauo, iuxta illud Horatij, Męcenas attauis editę regibus, &c. [Et prius quidem est appellatum genus]. i. prius quidem secundum ordinem naturę vt dicit Caietanus, dictum est genus principium per se generationis,

Construe literæ.

vniuſ-

vniuscuiusque collectionis multorum, qui faciunt genus ciuile. [De hinc etiam].i.ab hoc genere, quod est principium generationis [Et multitudo eorum qui sunt ab vno principio].i. dependet, & denominatur genus, multitudo, & collectio eorum .i. Marium, & feminarum, qui sunt ab vno.i.productiuo [vt à Romulo].i. vt v. g. est gens Romana, quæ descendit à Romulo, qui fuit caput, & principium Romanorum. [Quam quidem].i. gentem Romanam [Diuidentes, & ab alijs separantes] .i.nos distinguentes, & segregantes ab alijs gentibus, [Dicebamus omnem illam collectionem Romanorum, genus Romanorũ] .i. nos separamus genus Romanorum à genere Pisanorum, quia gens Romana habet originem à Romulo, & Gens Pisana ab alio, sicut gens Genuensium à Iano: sic igitur constructa litera, talis ex ea colligitur.

CONCLVSIO.

Concl. textualis. *Pater per se, & locus per accidens, sunt principium effectiuum generationis generis ciuilis, & ordine naturæ pater loco est prius genus.*

1. Arguitur contra concl. SED contra hanc concl. arguitur primò Ad productionem prolis, concurrit etiam Mater, ergo malè Porphyrius posuit solùm patrem.
Responsio. Ad hoc solet communiter responderi à quolibet etiam leuiter Logica tincto, ꝙ pater est nobilior matre, & concurrit actiuè ad generationẽ, Mater verò passiuè, & ideo Porphyrius posuit patrẽ tantùm, & non Matrem loquẽs de principio actiuo generationis. Hanc responsionem vulgatam, valde phaleratam, & inutilibus auctoritatibus munitam affert quidam Auerrocista. Ego verò more solito paucis, & succi plenis verbis rẽ istam perstringens dico; ꝙ de hac re triplex extat
An mater actiuè concurrat ad generationem. 1.Opi. Auic. Auer. & aliorum. Doctorum opinio: Prima est Auic. & Auerrois 7.Metaphys.com.12. Alberti Magni 15.libro de animalibus cap.vlt. D.Thom.3.sen.dist.3.quæst.2.art.1.& 3.par.quæst.32.ar.4.& quæst.33.ar.4. ad secũdum, tandem Pauli Soncinatis, omniũq; Thomistarũ; & Aristotelis 7.Metaphysices, qui omnes dicunt, ꝙ Mater concurrit passiuè ad generationem subministrando materiam, pater verò actiuè, & quia Porphyrius loquitur de principio incomplexo actiuo per se generationis, & tale principiũ est solus pater, & non Mater, ideo solùm patrem posuit Porphyrius, hanc opinionem defendendo valdè angitur Caietanus, & vtrum Scoti argumenta soluerit, adhuc sub iudice lis est.

2.Opi. Scoti, Ant. Andr. & Gabr. Secunda opinio est Galeni in libro de spermate, & formatione fœtus, quem secuti sunt Scotus 3.sent.dist.4.quæst. vnica, & ibidem Gabr. fidus Scoti assecla, Ant. And. 8.Metaph. quæst.2. & tota subtilis schola; ꝙ Mater actiuè concurrit ad generationem quemadmodum & pater, Porphyrius tamen non posuit Matrem, quia sufficiebat nominare patrem tãtùm qui est nobilior matre.

3.Opi. Achillini. Tertia opinio, quã sequor, inter istas media, est Alexandri Achillini 1.Physi.tex.62 qui Galeni opinionem modificasse videtur dicens, ꝙ in spermate, vel semine, tam viri, quàm mulieris, sunt duplices partes, quædam videlicet Subtiles, & spirituosæ, quædã verò grossiores, & terrestres, & sic partes subtiles seminis feminei actiuè concurrunt respectu partiũ terrestrium seminis virilis, partes verò subtiles seminis viri actiuè concurrunt respectu partium grossiorũ seminis Matris; simpliciter tamen loquendo dicendum est, ꝙ pater cõcurrit actiuè ad generationẽ, & ideo quia denominatio fit à potiori, Porphyrius nominauit patrem, & non matrem. Et ita soluta est hæc dubitatio de materia crassa, cuius rei alij minus ingenio eleuati praxim habent, & actũ exercitum, nobis verò Dei beneficio actus signatus, & Theoria tm̃ est derelicta. Quarta opi. est Gratiadei, & Pauli Veneti, secundum quos quæstio non habet locum, quia per illam particulam (ab eo qui genuit) Porphyrius intellexit patrem, & Matrem, sed quia pater concurrit actiuè vt act°, & forma, mater verò passiuè vt Materia, & potentia, & vnũquodq; magis denominatur ab actu, quàm à potentia 2.Phys.tex.12. ideo Porphyrius exemplificauit de patre, & non de matre. Sed opinio hæc quoad radicem reducitur ad primã opinionem, quæstione remanẽte tantùm quoad exemplum, cur potius exẽplificauit de patre, & sic redit quæstio principalis, & opinionem hanc fateor mihi non displicere.

Secundò arguitur contra prędictam conclus. probando ꝙ locus non est principiũ generationis sic. Locus non est principium generationis, ergo neque quemadmodum & pater, Antecedẽs probatur, quia locus 4.Physi.tex.41. est quantitas quæ non est de genere actiuorum, & clarius dixit Auer 4 Physic.com.11. ꝙ locus nõ est causa Agens, sicut nec generabilis 8 Physic.com.15. consequentia probatur, quia pater est principium actiuum per se, sed locus non est principium actiuum, ergo nec principium actiuum per se, vt pater. Pro solutione istius argumẽti est notandum, ꝙ aliud est quęrere de loco, an sit principium generationis, & aliud est quærere, an est principium quemadmodum & pater? De primo dico, ꝙ locus dupliciter potest considerari secundum ꝙ in eo duo reperiuntur, scilicet natura qualitatiua, v.g. temperies influxa à corporibus cœlestibus, & natura quantitatiua, puta, superficies secundum quam habet continere locatum, & illi commensurari, & sic dicendum est, ꝙ locus quoad naturam qualitatiuam, est principium effectiuum coadiuuatiuum generationis, quod patet (inquit Ant. Andreas) de Leonibus, qui nascuntur non in omni climate; & de quibusdam plantis quæ in vno loco fructificant, & non in alio. Sic Virgilius dicebat. Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ, v.g. in Apulia segetes, in Arbustis verò propè nostrum Vesuuiũ optimum vinum. Et Paulò infra, India mittit ebur molles sua thura Sabei, &c. quam diuersitatem causat diuersarum regionum diuersa tem-

2. Arguitur.

Responsio.

pe-

peries ex illapſu corporum supercœleſtium cauſata, hinc Ioannes Anglicus. & Mauritius dicũt, ꝙ in Scotia maiori quæ Hibernia dicitur, viuere non poſſunt animalia venenoſa, & ꝙ iſta animalia non reperiũtur in Anglia videlicet, Buffali, lacertę, ſcorpiones, & cimices, quæ animalia in Italia reperiũtur, inqt Mauritius. Et ideo argumentũ, & auctoritates ꝓcedũt de loco ſumpto quoad naturam quantitatiuam, ſeu ratione quantitatis vt eſt ſuperficies, non autem quoad illapſum, & influxum corporum cœleſtium in diuerſa loca diuerſimodè influentium. Quoad ſecundum verò, an locus ſit principium quemadmodum & pater; Dictum eſt ſupra ex Scoto, & Tiberio Bacillerio contra Aegidium Romanum, ꝙ locus, & pater cõueniunt in genere cauſandi, videlicet effectiuè, non autē in modo cauſandi, quia pater per ſe, locus verò per accidens eſt principium, quod benè etiam declarat Ant. Andreas: hinc ſolutionem colligo ꝙ locus dupliciter poteſt ſumi, vno modo pro ſuperficie corporis continentis rem locatã, & ſic non eſt principium effectiuum generationis, nec per ſe, nec per accidens; alio modo accipitur locus pro aggregato ex illa ſuperficie, & qualitatibus ſeu influentijs à cœleſtibus corporibus cauſatis, & ſic eſt principium per accidens coadiuuans ad generationem vt dicunt Scotus, & Ant. Andreas;

Locus dupliciter pôt conſiderari.

Sed hic dubitabit ingenioſus Nouitius quærens, poſſunt ne Materia, & Forma dici genus ſecundo modo. i. genus naturale? Reſpondeo nõ; Contra, Materia, & Forma ſunt ſubſtantiæ 2. de anima tex. 2. & principia intrinſeca rerum naturalium 1. Phyſic. ergo Dici poſſunt genus naturale. Ad hoc Reſpondeo, ꝙ genus 2. modo dicitur principium actiuum propter actiuitatem quã habet circa paſſum, eo ꝙ actus actiuorum fieri debent in patiẽte benè diſpoſito 2. de anima tex. 24. Modò Materia eſt principium paſſiuũ 1. cœli com. 21. & 8. Metaph. 12. Contra, Materia eſt principium, principij autem eſt principiare qđ eſt agere, ergo materia eſt principium actiuum. Reſpondeo ꝙ verum eſt, Materiam eſſe principium, non quidem principium actiuum, ſed paſſiuum, quia ſicuti datur vnum cuius eſt oĩa facere quod eſt principium actiuum; ita datur vnũ cuius eſt omnia fieri, quod eſt principium paſſiuum Tertio de aĩa tex. 18 & ꝙ Materia ſit principium paſſiuum patet ex 1. de gen. tex. 54. Tertio de anima com. 5. & 18. & 9. Metaph. tex. commen. 2. ſimiliter nec forma dici poteſt genus ſecundo modo, quia actiones ſunt ſuppoſitorum, forma enim eſt finis generationis, & actio eſt finis formæ, vt quo, & non vt quod 2. Phyſi. 24. & 70. & 4. cœli 22.

Dubitatio. Reſponſio. Contra. Reſponſio. Contra. Reſp.

3. Arguitur. Tertiò arguitur contra prędictam concl. Sic, ſi locus eſſet principium generationis, tunc tempus etiam, quia vtrumque eſt menſura extrinſeca rerum quę in tempore alicubi fiunt. Sed conſequentia eſt falſa, cùm tempus oppoſitam habeat diſpoſitionem, videlicet, quia eſt cauſa corruptionis 4. Phyſ. tex. 117. vbi dicitur ꝙ tempore omnia tabeſcunt, ergo locus non eſt principiũ generationis. Ad hoc reſpondetur à Scoto, & Ant. And. quæſt. 13. ꝙ tempus non per ſe coadiuuat ad generationem, nec ſaluat generatum, ſed magis eſt per ſe cauſa corruptionis, eo ꝙ tẽpus facit diſtare rẽ à diſpoſitione in qua prius fuit, tempus enim quod eſt menſura rerum quæ incipiunt eſſe & deſinunt eſſe, intantùm cauſat corruptionem in illis, inquantùm duratio rei facit ipſam elongari à ſuo principio in quo incepit eſſe, & appropinquare ad finem in quo deſinet eſſe, & ideo omnia entia compoſita ex materia, & forma tabeſcunt. & corrumpuntur in tempore dixit Ariſtoteles & ſic licet generatio fiat in tempore, non tamen illius principium effectiuũ eſt tempus, quod bene eſt cauſa corruptionis, ſenij, & obliuionis 4. Phyſi. 117. Et quia tempus, & vita vniuſcuiuſq; habet periodum 2. de gen. com. 57. Dicitur enim tempus cauſa corruptionis, quia non poteſt ſemper, ſeu toto decurſu tẽporis res corruptibilis ſuo cõtrario reſiſtere, cui & ſi reſiſtit in principio pugnæ, deficiet tandem in fine, eſt enim tempus cauſa ſenij propter deperditionem. & diminutionẽ humidi radicalis quę fit in ſenectute, vnde in ſenibus materia naturaliter appetit nouam formam, & ſeniũ eſt diſpoſitio ad illam formam, eſt etiam cauſa obliuionis, quia ſicuti temporis longitudo neceſſaria eſt in comprehenſione veritatis 2. Metaph. com. 1. ita etiam tempus cauſat obliuionẽ, aut propter paruum exercitium, aut propter memoriæ defatigationem circa alia, quorum ſimilitudines de nouo memoriæ imprimuntur, quibus aduenientibus aliorum ſimilitudines delentur, cùm vnius corruptio alterius ſit generatio vt dixit Ariſt. 1. de gen. tex. 17. & 18. licet hoc verè ſit in ſubſtantijs, vt com. 20. ibidem dixit Auerroes.

Reſponſio notabilis.

Sed inſtabit Nouitius, ſi locus eſt principium generationis, cur non etiam tempus? Ad hoc Reſpondeo, quia principiũ generationis debet eſſe quale, cuiuſmodi non eſt tempus 4. Phyſic. com 96. vbi dicitur ꝙ tempus eſt quantum, Et non quale, locus verò ideo generat, quia eſt quantus, & qualis, ſecundò quia principiũ generationis debet eſſe ens perfectum, & ſuppoſitum ſubſiſtens communicans aliquid ſui ipſi genito, & tale nõ eſt tempus, quod eſt ens imperfectum, vt patet per Auer. qui 3. Phyſi. 31. & 4 Phyſi. 131. dixit ꝙ ideo nos non plene cognoſcimus tempus, quia eſt ens diminutum.

Inſtantia. Reſponſio.

Sed contra hanc reſponſionem arguo ſic, & probo ꝙ locus nullo modo eſt principium generationis; Principium generationis eſt principium actiuum transmutandi alterum inquãtùm alterum 5. Metaph. ſed locus, ſeu ſuperficies affecta aliqua qualitate nõ poteſt eſſe principium transmutandi alterum, cùm actiones ſint ſuppoſitorum, ergo locus nõ poteſt eſſe principium generationis.

Contra inſtatur.

Ad hoc Reſpondeo, ꝙ locus poteſt tripliciter ſumi; vno modo videlicet Materialiter, & ſic vnum corpus continens alterum corpus dici poteſt locus illius corporis contenti, vt ſic dicimus ꝙ Aer eſt locus

Reſponſio ꝙ locus pôt tripliciter ſumi.

Aquæ,

Aquę, & orbem Mercurij esse locum orbis Lunæ: Alio modo sumi potest locus formaliter, seu pro formali, & sic sola superficies Aeris dicitur locus Aquæ, & sola superficies conuaua orbis Mercurij dicitur locus orbis Lunæ quoad eius superficiem conuexam quarto Physicorum textu commen. quadragesimoprimo. Tertio modo sumi potest locus pro aggregato ex vtroque, quatenus includit qualitates alteratiuas, tàm actiuas, quàm passiuas ex influxu, vel influentia Solis, & corporum cœlestium causatas, vel castigatas, & temperatas; Hac distinctione stante ad replicam Respondeo, quòd quando dicimus locum esse principium generationis coadiuuatiuum, sumimus locum tertio modo, & non pro sola superficie affecta aliqua qualitate, cùm talis superficies, sicu ti reliqua accidentia, necessariò sit in aliquo corpore fundata, & vt sic locus est suppositum potens alterum transmutare, & tunc locus causat per accidens generationem, pater verò per se, quod per se, & per accidens generare, nil aliud est, nisi alio, & diuerso modo generationem efficere secūdo Physicorum trigesimotertio, & quinto Metaphysices textu commento tertio. Tempus verò neutro modo, quia ad maleficium, & corruptionem tendit: Sed contra hoc replico, & probo quòd nullo modo locus est principium generationis, videlicet nec pro formali, nec pro substracto, nec pro aggregato ex vtroque. Non pro formali, quia superficies non est de genere Actiuorum, non pro substrato seu materiali, quia nihil agit in ali ud nisi tangat illud, sed illa se tangunt quorum sopetficies sunt simul, & locus pro substrato, idest Aer sine quantitate non potest tāgere; Nec pro aggregato, quia si nulla partium totius est de genere actiuorum, nec totum erit actiuum, maximè cùm illud totum non dicat tertiam entitatem à partibus distinctam.

Respōsio. Respondeo. Contra insta tur. Respōsio.

Ad hoc Respondeo, quòd locus pro aggregato ex vtroque, est principium actiuum, quod est corpus actiuè locans, cœlestem influentiam includens, & sic influentia cœlestis cum sola superficie, vel cum solo substrato seu subiecto illius superficies, non est suppositum, nec principium, bene tamen totum aggregatum ex vtroque: & quando dicis, Id quod non competit partibus, nec competit ipsi toti, Respondeo, hoc verum esse si sic dicatur, quod non competit partibus simul sumptis, nec competit toti, non tamen valet quod non competit partibus separatim sumptis, nec competit toti in quo sunt partes simul sumptæ, nam actiones sunt suppositorum, quæ sunt ex suis partibus composita, si sunt supposita Physica ex materia, & forma composita; non enim valet hæc consequentia, Anima non loquitur, nec corpus loquitur, ergo Homo ex anima, & corpore compositus non loquitur, quia cùm homo sit suppositum per se subsistens vt principium quod, causat suas actiones, quæ à partibus causantur tamquàm à principio quo, tertio de anima textu primo.

Contra.

Sed contra hoc ad magis manifestandum rei veritatem quę habet intellectum quietare sic in contrarium insto iuxta superius à nobis, & ab alijs, quorum sententias retulimus, dicta: Dictum est quòd vnus locus ratione influentię est aptior ad aliquorum generationem, quàm alter locus, Aduersus hoc arguo sic. Tota terra est vt punctus respectu cœli secundo cœli commento 100. quiescens in medio, tertio Physicorum commento quinquagesimoprimo, & octauo Physicorum 32. & sphæricæ figuræ primo cœli commento quadragesimoquarto: & secundo cœli commento 30. omni ex parte æqualiter distans à cœlo, cur igitur in vnum locum terræ magis influit cœlum, quàm in alium?

Responsio.

Respondeo ad hanc ambiguitatem omni meliori modo, quo possibile est quietari; responsione in duobus suppositis fundata, quorum primum est hoc, quòd & si terra dicitur punctus respectu cœli, seu per habitudinem ad cœlum, non tamen ita dici potest simpliciter, & absolutè sumpta, quia secundum suam naturā, maximam habet latitudinem, & profunditatem, vt patet in Geographia.

Secundum suppositum est, ex secundo libro de anima textu commēto vigesimoquarto, quòd actus actiuorum fiunt in patiente benè dispositio, & omne quod recipitur per modum recipiētis recipitur, tertio de anima textu quarto. His suppositis, & fundamentis præiactis, quia tempus expostulat, ad instantiam Respondeo, quòd ideo vna pars terræ non solùm producit quædam Animalia, & Plantas, & non alia pars terræ, sed etiam si transferuntur ad alium locum, non viuunt: quia vna para terræ habet diuersum aspectum ad cœlum, & ideo vt ipsa experientia, rerum magistra docet, & Philosophi Naturales admonent, diuersas recipit constellationes ab illis, quas recipit alia pars terræ. Hinc Luna magis influit in Aquam maris, quàm in Aquam Putei, propter diuersum aspectum, in Mari enim causat fluxum, & refluxum, Aquam verò putealem tantùm turbat: Firma igitur indubitata, & ab omni calumnia libera remanet illa pars conclusionis, quòd locus pro aggregato qualitatiuo, est principium efficiens generatiuum, productiuum, & originatiuum, per accidens tamē coadiuuatiuè est principium rei genitæ, tempus verò nullo modo, nisi dicamus omne genitum in tempore generari. Vnde benè dixit Paulus Venetus, quòd locus naturalis includens primas qualitates, vel secundas, aut virtutes cœlestes actuantes sphærā elementorum, generat.

Amplius locus generat locatum, nam elementum ignis est locus aliorum elementorum quarto Physicorum, & generat alia, vt aerem ex aqua corrumpendo eius frigiditatem, & terram ex aqua corrumpendo humiditatem aquæ vt secūdo de Generatione benè dixit Aristoteles quod

quod de tempore non poteſt dici, quia res tabeſcunt, antiquantur, & moriuntur propter tempus, quod etiam eum Paulo Veneto dixit Gratiadens Eſculanus, & Burleus in præſenti textu.

Quarto arguitur. Quarto Arguitur, Cùm genus naturale, vt Romulus, vel Hercules, ſit priùs genere ciuili, vt ſunt Romani, vel Heraclidæ, cur genus ciuile generi naturali præpoſuit Porphyrius? Ad hoc Reſp. Reſpondet Ammonius dicens, ꝙ duplex eſt ordo, quidam enim eſt ordo naturæ, quidam verò eſt ordo doctrinæ: ordo naturæ eſt incipere à notioribus naturæ .i. à cauſa ad notiorā nobis .i. ad effectus: & quia Porphyrius facilitatem intêdens ſequi voluit ordinem doctrinæ, cùm genus ciuile tamquàm effectus ſit notius nobis genere naturali tamquàm eius cauſa, ideo hunc ſeruauit ordinem, facilitatem in prohęmio pollicitū exequens: ſed ſtatim ite-ū dubitabit Nouitius, cur Dubitatio. non plura generis ſignificata poſuit hic Porphy- Reſponſio. rius? Reſpondent ad hoc Ammonius, & D. Caietanus, ꝙ multa generis ſignificata omiſit Porphyrius, & illa tantùm poſuit, quæ ad generis Logici intelligentiam conducebāt, quale genus eſt ciuile, & naturale, vt in ſequenti litera patet, quę ſic habet.

Textus terti⁹ **Aliter autem rurſus genus dicitur, cui ſupponitur ſpecies, ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum: etenim principium quoddam eſt huiuſmodi genus, earum quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum: videtur etiam multitudinem continere omnem quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum.**

Cōtinuatio, Intentio, & diuiſio pręſētis Textus. Ammonius, Aegidius, Ant. And. & Caietan⁹, textum hunc ad prius dicta ſic continuant: Poſuit ſupra Porphyrius duo ſignificata generis, nunc verò ponit tertium principaliter intētum: Et Textus diuiditur in duas partes. In prima declarat tertium modum, ſen ſignificatum generis; In ſecunda verò parte tale genus tertio modo dictum alijs generibus .i. politico, & Naturali comparat; & primò comparat illud ad genus Naturale dicēs ꝙ ſicuti genus naturale eſt principium multorum genitorum, ita etiam genus Logicum tertio modo ſumptum eſt principiū multarum ſpecierum: ſecundò comparat genus Logicum ad genus primo modo dictum .i. ad genus ciuile dicens, ꝙ ſicuti genus primo modo dictum importat collectionem multorum genitorum ab vno deſcendentium; ita etiam genus tertio modo dictum continet, & importat multitudinem ſpecierum; & tale genus dicitur illud cui ſupponitur ſpecies ad ſimilitudinem horum generum prędictorum: & ideo dicebat Ammonius, ꝙ nunc Porphyrius tertiam generis ſignificationem perſequitur de qua diſceptant Philoſophi, cuius è ſuperioribus ducta videtur appellatio.

Verba text⁹. [Genus dicitur] De origine generis eſſet hic differendum, de qua Albertus tracta.3.cap.3. & D. Tho. opuſc.48. & in ſumma Logices tract. de vniuerſalibus cap.2 poſt Auicennam in ſua Logica parte prima cap.5. dicentem, ꝙ quando aliqua natura ſignificans eſſe, ſignificat aliquā ſubſtantiam quę competit rebus inter ſe non ſubſtantialiter differentibus, illa natura eſt ſpecies, qualis eſt Homo, ſeu natura humana, equina &c. Quando verò aliquid ſignificat aliquam naturam, quę competit rebus inter ſe ſubſtantialiter differentibus, illud eſt genus, quale eſt Animal reſpectu hominis, & equi, qui inter ſe ſubſtantialiter differunt ſpecificis ſubſtantialibus differentijs: Hinc infert D. Thomas, ꝙ ſi nos comparaue rimus eſſentiam vnius rei cum eſſentia alterius rei, & ipſi reperietur conformis, vel difformis, ſemper inter illas duas eſſentias erit aliqua conuenientia v.g. Si quis conſideranerit Naturā hominis, multa in ea inueniet: Inueniet enim Socratem eſſe Socratem, eſſe hominem, eſſe ſenſibile, eſſe viuens, &c. Socrates vt Socrates ratione ſuæ Indiuiduationis, quam Socrateitatem nuncupamus, differt ab omnib⁹ alijs Indiuiduis humanæ naturæ ſeptem materialibus proprietatibus, quæ ita ſunt in Socrate vt in alio homine penitus, & eodem modo nequeant reperiri: inquantum verò Socrates eſt homo, cōuenit cum omnibus Indiuiduis humanæ naturę, eo ꝙ participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo; differt tamen ab indiuiduis naturę equinæ, quorum nullum eſt homo: Inquantùm verò Socrates eſt ſenſibilis conuenit cùm equo, ſumus enim ſenſibiles nos, & equi, differt tamen à Planta, quę licet ſit animata, tantùm vegetat, & non ſentit .i. ſolùm eſt vegetabilis, & non ſenſibilis: inquantùm verò Socrates conſideratur vt viuēs ſenſibile, differt ab omni non Animali .i. à quocūque; quod non eſt Animal; & quia viuens ſenſibile, ſeu eſſe Animal competit rebus inter ſe ſubſtantialiter differentibus, ideo intellectus Animali tribuit nomen generis, vt ſupra dicebat Auicennas.

De origine generis ex Auic. Alb. & D. Thoma.

[Cui ſupponitur ſpecies] Verba iſta idem ſonant, ac ꝙ ſpecies ſub genere ponitur, ſicuti inferius ſub ſuo ſuperiori, quomodo Homo ſupponitur Animali, & linea ſupponitur quantitati, vt inquiunt Aegidius Romanus, Ant. And. & Caietanus: Contra, quia hinc ſequeretur quòd differentia eſſet ſpecies, cùm differentia etiā ſupponatur generi: Ad hoc Reſpondeo, ꝙ aliquid ſupponi generi, dupliciter poteſt contingere; vno modo directè .i. in recta linea prędicamentali, Alio modo indirectè ſeu à latere: tunc dico ꝙ differentia ſupponitur generi à latere, & ideo nō eſt ſpecies, ſicuti eſt homo, qui cùm directè ponatur ſub genere quod eſt Animal, dicitur ſpecies Animalis: Contra, quia data hac reſponſione, ſequeretur ꝙ indiuiduum eſſet ſpecies, quia indiuiduum directè, & non à latere ſupponitur generi, ſeu ponitur ſub genere, v.g. Socrates ipſi Animali: Ad hoc Reſpondeo, ꝙ aliquid directè ſupponi generi ſtat dupliciter, vno modo videlicet mediatè, Alio verò modo immediatè; vnde

Verba text⁹. Contra. Reſponſio. Contra. Reſponſio.

de quamuis indiuiduum supponatur generi vt contentum sub suo mediatò, & remoto continente in recta linea, non tamen supponitur immediatè; & propterea non est species, quæ necessariò immediatè contineri debet sub genere; Nam inter Socratem indiuiduum, & Animal genus, in recta linea prædicamenti substantię, mediat homo; & ideo homo est species, quæ immediatè, & directè, supponitur Animali, qualis nō est differentia, vt Rationale quod à latere; & Indiuiduum, quod mediatè, quamuis in rectà linea, ponitur sub genere, & sic illud est genus cui directè, & immediatè supponitur species, quod Albertus Magn. tract. 3. cap. 2. in initio optimè dicebat, q genus est cui supponitur species directa, & immediata suppositione: Contra replicabit Nouitius, quia tunc homo non esset species substantiæ, nec species corporis, cùm non ponatur immediatè sub illis. Respondet ad hoc Tiberius Bacillerius Bononiensis in cap. de genere, q actu transitiuo species immediatè ponitur sub genere proximo, eo q actus prędicandi generis proximi immediatè cadit supra ipsam speciem, vt est Animal respectu hominis, Actu verò intransitiuo species immediatè ponitur sub genere remoto, & tunc actus prędicandi generis, remotè mediatè cadit supra speciē, vt est substantia respectu hominis, & sic benè respondet iste non solo nomine, sed re bonus Auerroista. Amplius dubitabit Nouitius. Cur dixit Porphyrius (cui supponitur species) in numero singulari, cùm in definitione generis ponat plures species, quando, inquit, q genus prędicatur de pluribus differentibus specie in quid? Ad hoc in presenti Respondet Albertus Magnus, quem postea secutus est D. Thomas 1. Post. tex 38. q sumitur à Porphyrio ly, species; pro vniuersitate, seu pro quodam communi ad omnes species sub aliquo genere contentas, nam genus non potest saluari in vnica specie, sicuti benè species saluari potest in vnico indiuiduo, quia genus descendit in suas species per differētias oppositas, vbi animaduertat Nouitius id quod habet Albertus tract. 3. c. 1. videlicet. Genus logicum secundum totā essentiam saluari in qualibet specie, non tamen secundum totum ambitum suę potestatis, de qua realiter sentit Scotus, & nos infra dicemus.

Contra.

Responsio.

Dubitatio.

Verba text.

Responsio.

[Ad horum fortasse similitudinem dictum] Dubitabit hic Nouitius, cur Porphyrius dixit fortasse? Ad hoc primò Respondet Ammonius dicens, quia dubitabat Porphyrius, Philosophi ne, an primi qui nomina rebus imposuerūt huic appellationi initium dederint, vt vocaretur genus, illud cui supponitur species, & quia ipsemet Porphyrius etiam de hac re ambigebat, idcirco particulam illam, fortasse, adiecit. Secundò Respondet Albertus Magnus tract. 3. cap. 2. q ideo dixit, fortasse, quia & si genus Logicum similitudinem habet cum genere naturali, & genere ciuili, duas tamen dissimilitudines habet cum illis, primò enim differt genus Logicum à genere Naturali, quia genus Logicum secundum se totum,

Verba text.
Prima Resp. Ammonij.

2. Resp. Alb.

& secundum suam substantiam seu essentiam est in collectione specierū, & in qualibet specie, genus verò Naturale quod est principium generationis, secundum substantiam suam, & secundū se totum, non est in collectione quæ dicitur genus ciuile, ita q in quolibet à se descendente sit totum; & sic genus Logicum prędicatur prædicatione essentiali de suis speciebus quarum est genus; quod de genere naturali dici non potest; non enim Romulus sic se habet ad Romanos, sicuti genus Logicū ad suas species. Secundò differt genus Logicum à genere Politico, seu ciuili; quia collectio quę dicitur genus ciuile, est quasi totum integrale, cuius partium quælibet est integralis; genus verò Logicum est totum essentiale, cuius quælibet species est pars subiectiua. Tertiò Respondet D. Aegidius Romanus q ideo dixit, fortasse, quia nondum erat probatum quomodo genus Logicum similitudinem habet cum genere politico, & Naturali: Quartò Respondet Ant. And. Scoti discipulus, q ideo dixit, fortasse, quia similitudo ista non est totaliter vera; Nam genus naturale est principium generationis esse ctiuum, & extrinsecum; Genus verò tertio modo sumptum .i. genus Logicum, est principium intrinsecum, & materiale, quamuis Magister Philippus Mocagata dicat, q genus Logicū est principium intrinsecum, & formale; Et totū potest dici, quia genus Logicum vt componit speciem est principium materiale, vt verò est pars definitionis, est principium formale, & sic patent illa verba, q principiū quoddam est huiusmodi genus. i. Logicum, earum quæ sub ipso sunt specierum immediatè, & directè; vide quomodo Respondetur ad hāc dubitationem, & ideo caue ne dicas, q ideo Porphyrius dixit, fortasse, quia loquitur humiliter vtens Philosophica reuerentia.

3. Resp. Aeg.

4. Resp. Ant. And.

[Videtur etiam multitudinem continere omnem, &c.] Quæret iterum Nouitius, quonā modo genus continet species? & qui est hic modus continendi? Respondeo q continentia, qua vnū continet alterum, vel continetur ab altero venit à verbo, contineo, es. à quo venit nomen, continens, ita vt si continenti addatur a, fit continentia, nam contineo idem est, ac con. i. simul aliquid teneo, & cōtinere nil aliud est, quàm simul aliquid secum tenere; sic superficies concaua aeris continet superficiem conuexam Aquæ cui æqualis est 4. Physic. Continentia autem prima sui diuisione distinguitur in continentiam passiuam, & continentiam actiuam: Cōtinentia passiua est localis, quæ est relatio, seu habitudo localis ad locum, vel partium quæ potentia continentur in toto: Continentia verò Actiua secundum Ioannem Bacchonem, qui Auerroistarum Princeps est nuncupatus 1. sen. dist. 15. quæst. vnica ar. 2. triplex est. Prima dicitur continentia Formalis. i. subiectiua, & actualis, per quam subiectū aliquod continet vnam, vel duas formas accidentales specie differentes ipsum formaliter denominantes, eiq; inexistentes, vt sic Aethiops cōtinet in se formaliter albedinē in dētibus, & nigredinē

Verba text.

Dubitatio.
Responsio notabilis vbi ex dictum, q.d, & quotuplex est cōtinētia

Duplex cōtinentia, videlicet. Actiua, & passiua: Continentia actiua triplex sedm Ioanē Bacchonem.

Prima continentia forma lis.

in

in facie, sic etiā mixtum continet accidētales, & substantiales elementorum formas.cū elementa sint formaliter in mixto.i.secundū proprias formas, quamuis quoad earū excellentias diminutas,secundū Auer. 3.cœli com.67.Auic. Ioannes Grammaticū 1.de gen tex.74. quos sequutus est postea Alb.Magnus. Quamuis oppositum sense rint D.Tho, 2.sen. dist.15. q.1. Herueus,Scotus, Gregorius Ariminensis, & Ioānes Bacchonitanus 2.sen.& vbiq; in suis scriptis.Secunda continentia dr̄ virtualis, qua præmissæ anteq̄ fiat demonstratio,continent conclusionē, & Aīa intel lectiua cōtinet vegetatiuā, & sensitiuam. Tertia continentia dr̄ potentialis, seu permissiua, quæ adhuc duplex est scd̄m Scotistas, videlicet Physica,& Metaphysica. Continētia potētialis Physica, est ipsius materię primę, qua cōtinet formas substantiales, antequam ex eius gremio ab Agē te naturali sint eductæ,& hęc dr̄ potentia natura lis passiua per quā Materia prima respicit,seu ordinem habet ad oēm formam, ad quā est in potentia.Vnde materia prima vna est scd̄m substātiam, tn̄ multa habilitate,& potētia,vt 4. Physic. 84. 1.de gen.22.& 12.Metaph.com.tt.inquit cōmentator Auerroes; Metaphysica verò cōtinentia,& potētialis est superiorū respectu īferiorū, & generis respectu differentiarū, vt c.de differentia infra dicet. Sed contra hoc dubitabitur,continere est formæ,& contineri est materiæ 4. cœli com.35.& continēs est nobilius contento 4.Physic.49 & 2.cœli 74.ergo malè dr̄ q̄ materia cōtinet formas substantiales, cū forma sit nobilior materia 2.de aia tex.a.& cōtineat materiam. Ad hoc Rn̄deo,q̄ arg.procedit de continētia actuali,non aūt de continentia potētiali,v.g. Aīa actu est forma corporis a.de aia tex.6. & actu continet corpus,& ideo aīa est nobilior corpore. Sed continentia, qua materia cōtinet formas, est continentia potentialis, & sic continens cōtinentia actuali assimilatur formæ,contentum verò assimilatur materiæ, vt 4.cęli 23.& 2.de gen. com. 50 dixit Auerroes.Triplex igitur est continentia secundū Bacchonem,videlicet.Formalis,virtualis,& potētialis,quibus addi pōt. Et quarta,quæ dicit continentia Eminentialis, qua continētia, Diuina essentia eminenter cōtinet perfectiones secundū quid oīum rerum, eminentiori seu nobiliori modo, v.g. perfectio huius sedis non est formaliter in Deo, sed eminēter, sicuti denarius æneus non formaliter per modum ęris, sed eminenter per modum auri est in ducato aureo; his igitur sic in gratiam nostrorum in medium adductis de continentia; Nouitio talem occasionē danti sic Respondeo, q̄ loquitur Porphyrius de continentia actuali formali de facto, secundum cōem opinionem,cūm sub genere actu sint plures species, vel de partim actuali,& partim virtuali, secundum eos qui dicunt, q̄ potest genus saluari in vnica specie, eo q̄ genus actu continens vnam tantùm speciem, virtute continet plures species: & hęc de continentia sint dicta, quāuis & alia sit etiam continentia, puta, signatiua seu

2. Continentia virtualis.

3. Continentia potentialis. & hæc duplex videlicet Physica, & Metaphysica secundum Scotistas.

Quid sit cōtinētia Physic.

Quid sit cōtinentia Metaphysica.

Contra.

Responsio.

4. Continentia est eminētialis.

Formalis responsio. ad arg. principale.

figuralis, vt cùm dicimus, q̄ Ramus viridis ante tabernam pendens, cōtinet bonum vinum, quia est signum boni vini, seu q̄ ibi venditur bonum vinum, dicitur etiam aliter continentia, illa quæ est prauarum cupiditatum repulsio,vt cohibitio Auaritiæ,ambitionis,&c. qua continentia melior dicitur esse ipsa temperantia 7.Eth.cap.2. secundum Aristotelem. Hinc benè dicebat cōmentator Auerroes in prologo primi, & Octaui libri Physicorum,q̄ necesse est vt Artifices scientiarum speculatiuarum .i. Philosophi sint virtuosi omnibus modis virtutum Moralium, vt Iustitia,Castitate,Audacia, Magnanimitate, Liberalitate, Veracitate, & Abstinentia.i.continentia, & alijs virtutibus, debent enim Philosophi esse abstinentes seu continentes,cùm sciant indignitatem voluptatum, & sic manutenebunt leges Diuinas, & imitabuntur ordines Naturales, secus enim meritò Principes existimāt eos esse indignos regere Ciuitates,& esse eorū Secretarios: Sic igitur huius textus terminis explicatis, literam nunc construe.

5. Cōtinētia est signatiua.

6. Cōtinētia est cohibitiua.

[Aliter autem rursus genus dicitur].i. alio mo do quàm in ciuilibus inquit, Albertus [rursus] .i.iterū, vel amplius dicitur genus [cui.i. generi] supponitur species.i. directè, & immediatè supponitur species,vt homo Aīali [Ad horū].i. prędictorum generis ciuilis, & naturalis [fortasse similitudinem dictum].i. genus hoc tertium fortasse similitudinem habet cum generibus prius dictis. Deinde comparans hoc genus ad illa, vt talis manifestetur similitudo inquit, [etenim genus hoc].i. Logicum est quoddam principium .i.effectiuum [earum specierum quæ sunt sub ipso].i.illarum specierum, quæ sunt sub ipso directè, & immediatè,seu immediatè,& directè suppositione, vt inquit Albertus: quamuis cùm dissimilitudine inquit Anto. Andreas, quia genus naturale est principium effectiuum extrinsecū, genus verò Logicum materiale,.& intrinsecum: Deinde comparans ad genus ciuile inquit, [Videtur etiam].i. videtur etiam hoc genus Logicū [continere] .i.actuali,vel virtuali continētia sub se continere, & habere [omnem multitudinem] [specierum] .i. partium subiectiuarum [quę sunt sub ipso] idest quæ actu, vel potentia continentur sub ipso genere, tanquàm inferiora sub superiori, vt Anto.Andreas, & Aegidius docent, & hæc quoad textus intelligentiam sint breuiter dicta, litera igitur sic constructa, talis ex ea colligitur.

Constructio litteræ.

CONCLVSIO.

Tertium Genus dicitur Logicum, cui directè, & immediatè supponuntur species, sub eo actualiter, vel virtualiter contenta: quarum est principium intrinsecum materiale, vel formale: secundum rationē generi ciuili, & naturali quodammodo simile.

Textualis cōclusio.

SEd contra hanc cōcl quoad primā partē arguo probando, q̄ insufficiēs est illa definitio

1. Contra cōcl. Arguitur.

generis, genus est cui supponitur species, sic, Illa definitio, quę competit alteri à definito est insufficiens: Sed ista definitio competit alteri à definito, ergò est insufficiens. Maior probatur ex concessis in prohemio, vbi dictū est, q vna ex conditionibus ad definitionem requisitis est, vt non cōpetat alteri à definito, quia vt sic non diceret terminus. Minor probatur, primò quia cōpetit enti, cui supponitur species, dicendo species est ens, secundò cōpetit differentię, cùm homo sit sub rationali, tertiò cōpetit definitioni, cui supponitur species, v.g. homo supponitur aīali rationali. Quartò cōpetit cœlo, cùm cœlo supponantur oēs species istorum inferiorum, & tamē nullum istorū est genus, ergo hęc definitio cōpetit alteri à genere definito. Ad hoc respōdetur quoad minorem.. Et primò q competit enti, vt ei supponatur spēs, sed non propterea erit genus, eū species nō immediatè supponatur enti, quod est transcendens supra substantiā, quæ est genus generalissimum, secundò q sicuti differētia indirectè est sub genere, & ideo non est spēs generis, ita ēt species indirectè est sub differentia, & ideo differētia nō est genus speciei. Tertio q licet spēs supponatur suæ diffinitioni, vt contenta sub definitione explicante quid ipsius speciei, non tñ sub illa est vt sub suo superiori, & ideo definitio non est genus. Quartò resp. q duplex est suppositio, vna videlicet localis, alia verò formalis, & logicalis scdm quā species supponitur generi; mō dico, q & si oēs species supponūtur cęlo suppositione locali, non tñ supponūtur suppositione formali, quę requiritur ad hoc vt aliquid sit genus.

Respōsio ad oia hæc Motiua.

2. Arguitur. Secūdò principaliter sic. Illud qd continetur æqualiter immediatè, & directè cū altero sub aliquo tertio, non supponitur illi alteri, sed spēs cōtinentur ęqualiter directè, immediatè, cū genere sub vniuersali, qd est genus eorū, ergò spēs non supponitur generi directè, & immediatè. Ad hoc 1. Responsio. rñdetur primò q spēs in actu exercito nō subijcitur generi sumpto p per se significato, licet bene in actu signato, i. licet hęc sit falsa in actu exercito per verbū sum, es, est; species est genus, tñ est vera in actu signato, species dr̄ inferior, & supponi generi, vel genus dr̄ superius superiori ad spēciē: 2. Responsio. Respondetur scdò negando minorē, eo q genus est maius vniuersale q̄ species, & ideo magis subijcitur vniuersali ipsa spēs, quàm genus, qd magis approximatur vl̄i, & ideo species supponitur generi, qd genus est vicinius naturę vniuersalis, qua rōne dr̄ maius vniuersale ipsum genus, q̄ species, eo q ad plura se extendit, sicuti quaternarius est maior numerus binario, non aūt magis scdm Sco. q. 8. ad vltimum arg. Sed hic dubitatur, si genus Logicū non solùm continet sub se spēs, sed ēt indiuidua, cur dixit genus est cui supponitur species, & nō dixit, cui supponitur indiuiduū? Respondet quidā, quia indiuidua supponuntur generi mediatè mediante specie, spēs aūt subijcitur generi immediatè, & adducit ad hoc rationē, Responsio ista truffatica est. Et ideo nos iuxta tenuitatē dubitationis sic respōdemus, pri-

Dubitatio. & truffatica enmida Respō

mò q ideo non dixit genus est cui supponitur indiuiduū, q statim qs potuisset dicere, ergò species specialissima est genus, quia tali speciei supponitur indiuiduū: Secundò eo q genus definitur per spēm, & non p indiuidua; generis. n. definitio est, q prędicatur de pluribus differentibus specie in quid, q̄ species supponūtur generi. Tertiò, quia genus est correlatiuū ad speciē, & non ad indiuiduū, & ideo genus definitur per spēm, & consequenter nō dixit Porph. q genus est cui supponitur indiuiduum. Arguitur tertiò principaliter contra secundā partē cōclusionis, vbi habetur, q genus est principium specierū. Contra, & primò sic. Nihil est principiū sui ipsius, quia tunc idē vt principiū esset prius seipso, vt principiato, sed si gen⁹ esset principiū speciei, esset principiū sui ipsius, ergo genus non est principium speciei. Maior patet ex ratione in ea addncta. Minor probatur, primò qa 7. Meta. 43. Genus nihil aliud est pter eas, quę sunt generis spēs, modò si genus nō est aliud pter spēs, & per te gen⁹ est principiū speciei, sic ēt species erit principiū generis, & cōsequenter genus erit principiū suiipsius generis. Secundò probatur minor ex 1. Post. tex. 30 vbi dr̄ genus pdicatur per se in primo modo pdicatiōe de specie, dicendo homo est Aial, sed quod sic prędicatur per se de aliquo, non est distinctū ab illo, imò idem formaliter illi, ergò genus est idem speciei; & sic nō erit principium speciei.

3. Arguitur contra secundā partē præ dictæ conclusionis.

Pro solutione istius arg. Aliqua sunt supponenda. Et primò, q cū dicitur genus esse principium speciei, genus, & spēs sumuntur pro substrato, i. pro natura in quibus fundātur ipsę intētiones, vt sunt v.g. Aial, & hō, & non pro intentionibus in illis fundatis, vt sunt hę duę secundę intentiones, genus, & spēs: quāuis vt inqt D. Mauritius Hibernicus, ex cōsequenti hoc posit intelligi de ipsis intentionibus, ita q qñ dicit Porph. genus esse principiū specierum, velit dicere, q Aial est principium hominis, & leonis, non aūt intelligit hoc de genere, & specie pro secunda intentione, quia vt sic sunt relatiua à simul natura, & spēs disparatæ ipsius vniuersalia, sicuti pater est principium filij loquendo fundamentaliter. i. ille hō q appellatur pr̄, est principiū illius hoīs, qui vocatur fili⁹, non aūt pr̄, & filius formalr̄ sic se habēt, vt pr̄ sit principiū filij: cùm vt sic sint simul natura. Secundò est supponendū, q diffinitio faciens scire aliquod diffinitū, dēt assignari p essentialia principia illius diffiniti 1. Top. c. 4. & debet dari p genus, & differentiā 6. Topi. cap. 1. & tale diffinitum est verè, & propriè sola species specialissima per Boetiū in lib. de diffinitione, & diuisione, 6. Top. & 7. Metaph. com. 13. & 37. Tertiò est supponendū, q species pro prima intentione dupliciter pōt cōsiderari, vno mō in esse existētiæ, seu in esse Physico, & nāli. i. vt habet esse in suppositis. i. in suis indiuiduis, alio modo scdm se in esse quidditatiuo, & Metaphy. partes spēi primo mō dictæ, sunt partes Physicę, vt Materia, & formæ; partes verò spēi scdō mō sumptæ, sunt gen⁹ qd sumit à materia, & differētia q̄ sumit à forma &

1. Pro respōsione notandum.

2. Notādum.

3. Notandū, qd spēs pro prima intentione dupliciter pōt sumi.

Metaph.com. 10. sine sit forma pcedens cōpositum, quæ dr̄ forma partis, vt Aīa equi, siue forma subsequens cōpositum, quæ dr̄ forma toti⁹, vt humanitas, qd̄ de mente Auic. in tract. 1. Logicali c. 2. dixit et D. Thomas. Quòd si dicas, quælibet pars diffinitionis est forma 2. Phys. c. 35. 5. Metaph. 35. ergò genus non est materia, sed forma cū sit pars definitionis. Respōdeo ad hoc cū Sco. 7. Metaph. quæst. 16. q̄ partes diffinitionis, vt genus, & differentia dupliciter considerantur, vno modo si comparenť inter se, & sic genus sumitur à materia, & differētia à forma, quę alio modo cōsiderantur in ordine ad totū diffinitum, & sic dn̄r formæ inquantū dant esse cōposito definito, qd̄ proprium est formæ, cuius est dare esse, constituere, & distinguere. Et sic genus, & differentia sunt formæ. i. formale principiū, & forma se intrinsecū constitutiuū definiti, cùm materia à qua sumiť genus pertineat ad qd̄ qd̄ est rei materialis 8. Metaph. com. 9 & 3. sen. dist. in. 22. dixit & Scotus: Et sic duplex est principiū essentiale: p̄ sius speciei primo intētionaliter sumptæ, aut videlicet scd̄m rem, vt sunt materia, & forma, & sic pertinēt ad Physicum, Aut secūdū rōnem. i. definitionē, vt sunt Aīal, & rōnale, quæ sunt partes rationis. i. diffinitionis 7. Metaph. 33. cū diffinitio sit ratio quā significat nomen 4. Metaphysic. 28. & sic per se pertinēt ad Metaphysicū, per accidēs verò ad Logicū, cùm intantū Logicus tractet de aīali, & rōnali, inquantū fundat super aīal intentionē generis, & sup rōnale intentionē differentię; vnde sicuti aīal, & rōnale, p se cōsideranť à Metaph. & per accidēs à Logico; ita & hę duæ intentiones videlicet genus, & spēs, p se cōsideranť à Logico, p accidēs verò à Metaph. Quartò est supponendū, q̄ partes rōnis, seu s̄m rōnē, & definitionē, & partes s̄m rē, differūt; licet vtreq; sint partes totius, partes. n. s̄m reē, vt materia, & forma, sunt partes totius Physici, partes verò s̄m rōnem sunt partes totius Metaph. Tū partes s̄m rationē significant partes totius per modum totius i. quęlibet illarū pōt dici quodāmodo totū, partes aūt s̄m rem significant partes p modum partis, ita vt nulla illarū se habeat p modū toti⁹, v. g. Aīal qd̄ est gen⁹ hoīs, est pars hoīs scd̄m rōnē cū sit pars definitionis hoīs; qa tū est pars hoīs per modū totius, & nō per modū partis, ideo p̄dicať de hoīe; quod dici non pōt de parte totius secundū rē p modum partis, nā ęs quod ē pars materialis statuę, significat partē statuę p modū partis, & ideo non pōt de statua p̄dicari, dicēdo, statua est ęs, sed solùm secundū denominationē vt dicēdo statua est ęrea, vel ęnea 1. Physi. 15. 1. Metaph. 17. 7. Metaph. 34. & 9. Metaph com. 12. Et sic ex his patet Satis clarè solutio ad arg. quæ principaliter cōsisticiu hoc q̄ genus pro fundamento est principiū essentiale, non quidē secundū rem. i. Physicè, vt est materia, & forma, sed secundū rōnem diffinitiuā secūdū quā Aīal est genus huīs, & p̄dicať de eo, nā si spēs v. g. homo dēt definiri, in eius definitione ponet. Aīal, vt p̄tinci piū speciei scd̄m rationē. i. diffinitionem hoīs, si-

Instantia.

Responsio.

4. Notandū.

Formalis solutio ad tertium argumētum.

mil̄r, & rōnale quod est pars definitionis hoīs: & eū hoc sicuti in naturalibus natura materiæ primæ extraneať à natura formę, ita vt neutrum de altero p̄dicetur, ita etiā apud rōnem, intellectus generis extraneať ab intellectu differētię, licet eadē res, puta, spēs, importe ur p v trumque; Aīal. n. idem est qd̄ homo p̄ter determinationē vltimæ formæ, simīl̄r, & rōnale cū determinatione vltimæ formę p modū qualis, & denominatis, & ideo apud intellectū, cōcept⁹ generis alius est à conceptu differētiæ: sed dices, habitum est supra q̄ genus est principiū formale; Cōtra, principium formale distinguit 7. Metaphy. 49. genus verò non distinguit. Rñdeo q̄ illud principium formale distinguit, & separat suum constitutū qd̄ est vltimū cōpletiuum, quale non est genus, qd̄ suo mō dici pōt p̄tincipiū formale: Ad argu. ergò Rñdetur primò cōcedendo maiorē, & negādo minorē, ad probationē primā ex 7. Meta. 43. Rñdetur q̄ genus est suæ spēs, qa est pars formalis suarū specierū, cùm p̄dicetur de illis in primo modo dicēdi per se, vnde sicuti spēs specialissima dr̄ esse quidditatiuum respectu indiuiduorū qa scd̄m Porphy. dicit totā essentiā illorū, ita q̄ indiuidua nullum p̄dicatū quidditatiuū addunt supra p̄dicata conuenientia naturę specificę, quidditatiuē, & essential̄r in eis inclusę, quāuis indiuidua includāt intrinsecè differētiā indiuidualem vltra naturā specificā; ita ēt spēs se habent respectu generis, eo q̄ spēs nullum p̄dicatū quidditatiuū addunt supra naturā genericā in eis inclusam, licet addāt p̄dicata qualitatiua differētialia, & sic quoad p̄dicata quidditatiua genus non est nisi suę spēs; & cum hoc, est principiū illarū secundū rōnem cū per genus definiātur: simil̄r ad secūdā probationē rñdetur, q̄ sicuti definitio distinguitur à definito, qa cōstituit illud, ita & genus distinguitur à spē, quia est principium diffinitiuum, & intrinsecū constituentium speciei.

Sed hic qret Nouitius, quō genus est principiū speciei? Rñdeo de hac re triplex est opi. Prima est q̄ genus nec scd̄m rē, nec scd̄m rōnem est principiū speciei, non scd̄m rē, quia principiū distinguit à principiato, genus verò nō realiter distinguit à specie, Nec scd̄m rōnē, quia genus, vt aīal, & spēs vt homo, nō sunt entia rōnis. Scd̄a opi. est Sco. q. 20. q̄ genus est principiū speciei real̄r ex natura rei, & nō solùm scd̄m intellectū considerātē, & rō eius est, quia gen⁹, & spēs distinguunť ex natura rei, nā cū species sit in genere cōtrahibili p differentiā, de facto cōponitur ex genere, & differētia, vt intrinsecis, & essentialibus partibus eius, & sic genus, & differētia real̄r sunt principia speciei, quę est ens definibile realiter cōstitutū per partes definitiuas, differētia. n. specifica adueniens generi facit aliud. i. speciem, puta, rationale aduenjens Aīali, inquit Porph. facit Hominem. Vnde sicuti differentia est pars quidditatis ex parte actus, & genus ēt ex parte potentię, ita forma totius ex illis resultans dicitur tota quidditas, vt humanitas in homine, & equinitas in equo, eo qa sicuti tota definitio totā rem,

Instantia.

Responsio.

Epilogus responsionis principalis ad 3. argumentum

3. Opinio Petri Nigri in suo Clypeo.

Opinio Scoti magis probabilis.

ita & pars definitionis, pattẽ; tei definitæ significat, quæ realiter ex genere, & differentia est cõposita secundũ rõnem .i. rõnem diffinitiuam. Tertia opi. est Thomistarũ, quã in suo clypeo q. 43. tuetur Petrus Niger, φ Genus, & differentia nõ sunt principia speciei realiter ex natura rei, sed scd̃m rõnem, quia sunt idem realiter speciei; principiũ aũt esse dẽt realiter distinctũ à principiato, & sic ista dñr principia in diffiniendo, & nõ in causando. Mihi verò vt ingenuè fatear Scoti opi. magis probatur, cuius rõnibus non cõmodè põt, sufficienter, & satisfactoriè rñderi: Nam si sumitur, φ gen⁹ est principiũ speĩ scd̃m rõnẽ .i. definitionẽ, hoc nõ nego, si verò scd̃m rõnem intelligẽdi hoc nõ teneo, qa cõstitutio speciei ex genere, & differẽtia, realis, & vera, dicit compositio Metaphysica, quæ circa realitates versatur. Nã homo v.g. realiter est Aĩal, & realiter est rationalis, ergò realiter componitur cõpositione reali ex aĩali, & rõnali, sed oẽ compositum cõstat ex principijs intrinsecè cõponentibus, ideo genus, & differẽtia pro prima intẽtione sumpta, ex natura rei scd̃m rem sunt principia speciei pro prima intentione sumptę, benè tñ genus, & differentia formaliter, seu pro secũda intẽtione sumpta sunt principia speciei formaliter sumptæ scd̃m rõnem. Hinc ad motiuũ primæ opinionis, & ad motiuum tertiæ opinionis quoad vnam partẽ, Respondeo φ genus in primo signo naturę inquantũ principiũ speciei, realiter distinguitur à specie, vt verò actu est ad speciẽ contractum per differentiã, est idẽ realiter speciei, nã primò dicebat principium in fieri, secundò dr̃ principium in facto esse .i. post speciem constitutã est idem realiter cum specie, vt pars speciei 5. Metap. com. 30. & sic potius habet rõnem componentis, q̃ rationẽ principiãtis.

3. Opi. Petri Nigri in suo clipeo

Opi. Sco. magis probabilis.

2. Principaliter arguitur cõtra scdam partem cõcl.

Secũdò principaliter arguit sic. Si genus esset principiũ speciei, sequeretur φ de vno, & eodem verificarẽtur duo cõtradictoria, videlicet φ gen⁹ esset cõpositiuus, & Simplicius specie. Consequentia probaẽ, quia genus est totũ respectu specierũ scd̃m Porphyriũ, ergo cùm totũ sit cõpositiua eo cuius est totum genus est cõpositiuus speciei; & pte genus est principiũ speciei, cùm principiũ sit Simplicius suo principiato, genus erit Simplicius specie, ergò sequiẽ φ genus est cõpositiuus, & Simplicius specie, qđ implicat contradictionem. Ad hoc Respondet Scotus q. 20. de mente Boetij in libro diuisionũ, φ genus diuersa rõne dici põt totũ, & pars, totum in pdicatione, seu in pdicando, vel in diuidẽdo, pars verò in definitione, seu in definiẽdo, vult dicere Scotus, φ genus est totũ in prædicãdo respectu suarũ partiũ subiectiuarũ quę sunt suæ species sub ipso cõtentæ, & de quibus prædicaẽ; vt sic Animal est totum respectu hoĩs, Bouis, Leonis, & aliarũ similiũ suarum specierum. Sic t c. de specie circa finem dicebat Porphyrius, φ genus est quodã totum, Indiuiduũ est pars, species verò diuersa rõne est totum, & pars: Et verò genus pars in definiendo seu intrinsecè constituendo, quia aĩal v.g. non solùm pdicatur de suis speciebus, sed illarũ definitionẽ ingre

Respõ. Scoti.

dit, dicendo quid est homo? Est aĩal rõnale: & ideo caue ne dicas, φ genus est principiũ speciei sicuti punctũ est principium lineæ, & φ essentia speciei initiatur à genere, & cõpletur in differentia, vt malè quidã dicit, quia spẽs initiatur à differẽtia, & terminaẽ ad genus, uã forma dat esse rei, & cõducit rem ad esse, vt inquit Porphyrius c. de differẽtia, & nõ materia, quale est genus, imò ordine naturę, differentia addita generi facit speciẽ, ergo species initiatur à differentia, & nõ à genere. Sed hęc, & similia non sunt digna nominari. Et hæc contra hanc conclusionem sic sint dubitata, verùm antequàm ad quartũ textũ accedamus. Amplius dubitemus, & primò sic, vt Porphy. insufficientẽ ordinẽ sequutus ponẽdo primò genus ciuile, secũdò genus nãle, & 3. genus Logicũ. imò oppositũ ordinem debebat sequi, cùm prius sit genus Logicum, vt Aĩal, q̃ genus Naturale, vt Tantalus, aut Hercules: & prius sit genus Naturale, vt Romulus, q̃ genus ciuile, vt collectio Romanorũ: Ad hoc rñdetur φ duplex est ordo, vt in prohemio ẽt diximus, quidam est ordo naturæ .i. quoad naturã, & quidam est ordo doctrinæ .i. quoad nos: hic obseruat Porphy. ordinẽ doctrinæ quoad nos accomodãdo se ad Grisaorij capacitatem. nam facilius est cognoscere genus ciuile, q̃ genus Naturale, & naturale, q̃ Logicũ. Sic 7. Metaph. substantia est prior accidente, tñ prius cognoscimus accidentia q̃ substantiam qm accidentia tàm proptis, q̃ cõia sentimus p se, substantiam verò per accidens, vt dixit Philosophus 2. de aĩa tex. 65. vbi inquit φ Diaris filius, qui est substantia, est sensibile per accidẽs; similiter Deus, & intelligentiæ pręcedunt has quiddi tates rerum sensibilium, & tamen prius has cognoscimus, quàm substantias separatas.

Dubitatio.

Responsio.

Secundò dubitat, cùm multa alia sint Generis significata, cur ista tria tantùm posuit Porphyrius? Grammaticus enim tractat de genere Masculino, & feminino, Rhetor de genere demonstratiuo, deliberatiuo, & iudiciali, Logicus de genere attributionis seu subiecto scientię, 1. Poste. textu 57. & 76. Physicus de genere quod est Materia. Ad hoc ex Boetio Respondet Paulus Venetus, quòd diuisio alicuius termini multiplicis, nõ equaliter respicit oẽs eius significationes, sed eas tantùm, quę sunt ad propositũ, sicuti ad manifestandum naturã generis Logici, sunt genus ciuile, & Naturale; & sic genera quæ considerat Grammaticus, Logicus, & Physicus, reducuntur ad genus naturale, quod est pater, & mater, & sic genus masculinum apud Grammaticũ, attributionis apud Logicum, reducunẽ ad patrẽ, Genus verò femininum apud Grammaticum, & Materia apud Physicum, reducuntur ad matrẽ. Tertiò dubitatur; quomodo genus est principiũ suarum specierum? Nam compositum non est principium suorum componentium, sed genus componitur ex speciebus, ergò genus nõ est principium specierum: Maior probatur, quia tota cathedra non est principium suarum partium, puta, ligni, & clauorum; Minor probatur ex Auer.

Dubitatio 2.

Responsio.

Dubitatio 3.

Responsio 3.

Responsio. ner. 2. Physi.com. 5. dicẽte, ꝙ triplex est compositio, alia indiuidui ex materia, & forma, alia speciei ex genere, & differentiis, Alia generis ex suis speciebus. Resp. Ad hoc Respondetur, ꝙ Genus dupliciter potest considerari, vno modo videlicet, vt per differentiam cõtrahitur ad speciem; & sic est pars speciei, alio modo secundum se, vt est quid indeterminatum, & hoc modo est totum respectu suarum specierum, quæ sunt eius partes subiectiuæ, & in quas diuiditur, & sic qualitercunque sumatur genus, est principium suarũ specierum; vnde quemadmodum lateres, & ligna sunt principia domus in compositione, & è conuerso domus est principium laterum, & lignorũ in resolutione, ita genus se habet respectu suarũ specierum. Species differt à Genere. Secundo species in hoc differt à genere, ꝙ species habet duplices partes, scilicet formales, quę sunt genus, & differẽtia; & istæ sunt principium speciei; & materiales, quæ sunt indiuidua & istę partes sunt posteriores specie; Genus verò non habet partes formales, quia non constat ex genere, & differentia, sed habet tãtùm partes materiales, quę sunt species posteriores genere, & quarum genus est principium: & sic genus componitur, & speciebus, & est quoddam totum, & principium respectu illarum. Et sic genus continet speciem inquantum est quoddam totum indeterminatum, & continetur à specie inquantùm per differentiam contrahitur ad eam. Ad textũ quartũ modò accedamus, qui sic hẽt.

Text. quart. Tripliciter igitur cùm genus dicatur, de tertio apud Philosophos sermo est; quod etiam describentes assignauerunt. Genus esse, dicẽtes, quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur, vt animal. Eorum enim quę prædicantur, alia quidem de vno dicuntur solo sicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc: alia vero de pluribus, quemadmodum genera, & species, & differentia, & propria, & accidentia cõiter, sed non propriè alicui. est autem genus quidem, vt animal: species verò, vt homo: differentia autem, vt rationale: proprium, vt risibile: accidens, vt album, nigrum, sedere.

Continuatio textus. Ammonius textũ hunc ad prius dicta sic continuat. Postquàm Porphyrius generis significationes explicauit, nũc de tertio rõne apud Philosophos ofone esse, ait: Aegidius verò, & Ant. And. quos sequutus est Caiet. ita continuant. Postq̃ Auctor Porphyrius superius posuit, & distinxit tres significationẽs, seu modos generis; vt eligeret illã significationẽ quã intẽdebat, nũc in hoc tex. eligit talem modũ, & de illo suum sermonem prosequitur. Et addit Caiet. & non malè, ꝙ cũ declarauerit qd nominis ipsius generis, videlicet dicendo ꝙ genus est cui supponitur species, nunc intẽdit declarare q̃d rei eiusdẽ generis Logici, eo modo, quo entia rõnis habẽt quid rei: quoad diuisionẽ verò attinet, diuiditur totũ reliquũ istius capitis in tres partes, vt bene Aegid & Ant. And. cõmonent, & fortè in quatuor partes. Divisio text. In prima eligit de quo genere ipse Porphyri. est loquuturus, & dicit se velle loqui de genere 3. modo sumpto. i. de genere Logico. ibi, Tripliciter igitur &c. In 2. electũ genus diffinit, ibi, Genus esse dicentes &c. In 3. datã definitionẽ generis de mẽte Arist. 1. Top. c. 4. exponit, afferendo vnã diuisionẽ eorũ, quæ diuerso modo ꝑdicantur. In 4 declarata generis definitionẽ cõcludit dicens, nec abũdare in superfluis, nec deficere in necessarijs, ibi, nihil igitur superfluum, neque diminutum continet dicta descriptio notionis generis. Hæc est cõtinuatio vna cũ Intẽtione, & Diuisione remanẽtis literę hu' capitis. Terminos nũc explicem'.

[Tripliciter] quõ termini isti differãt, videlicet Trinitas, & Triplicitas in prohęmio discursus de triplici intellectu satis diximus [Apud Philosophos] Ammonius, Alb. Aegi. Ant. Andr. Tibeius Bacillerius, & D. Caiet. particulã hanc non ponderantes simpliciter vt iacet illã accipiunt. Sed contra illos posset sic instari, si de genere ciuili pertinet ad iuris peritos, & de genere nãli ad Philosophũ naturalẽ seu Physicũ, & nunc de hoc genere 3 modo, qđ a ciuilibus ad Philosophiã translatũ est vt tract. 3. c. 2. in fine inqt Albertus, ẽt ad Philosophos ptinet, de quo nã genere apud Logicũ erit sermo? Et ppa respon. Quidam, res Logicales grosso modo tradẽs, & dicit, ꝙ Porphy. per Philosophos, intendit Philosophos q̃ sunt Logici; Dubitatio. Responsio cuiusdam, & eius cõfutatio cõtra, hęc verba istius possunt facere duplicẽ sensum; primus esse posset, Apud Philosophos, qui Philosophi sunt ẽt Logici, & hic sensus non põt stare, q̃a tunc illi Philosophi ad quos ptinet genus naturale nõ essent Logici, qđ est falsum, q̃a cùm Logica sit vis veritatis, vt inqt Aegid. 1. Phys. tex. 71. Illi sine Logica nõ essent consequuti veritatẽ circa speculationes rerũ, qđ falsum: secũdus sensus esse posset, Apud Philosophos, i. apud Logicos, & neq; iste sensus põt stare, q̃a est valdè inartificialis, & sic à simili semper possemus exponere vnũ terminũ per alterũ sibi disparatũ, Ego verò dico qđ Philosophia (qđ nomen à Pythagora fuit inuentũ, dum à Leonte Principe phliasiorũ, quanã arte polleret interrogaretur, cui resp. se esse Philosophũ, vt testatur Cic. in Tusc. quæst. & Diogenes Laertius lib. 1. de vitis Philosophorũ) Vera responsio. est pfectio intellect', & medicina corporis 1. Eth. c. 17. & 4. Metaph. com. 18. & Amor sapientię, vt in prologo Physic. inquit Simpl. Quã D. Aug. 4. de ciu Dei, Artẽ vitæ, & pturbationũ medicinã vocat. Nomẽ Philosophię, & breuis diuisio ipsius. Vnde à Philosophia tamq̃ abstracto seu principali 12. Metaph. 39. venit Philosophus in cõcreto, qui oĩ amicus sapiẽtiæ: Et diuidit Philosophia, In moralem, realem, & rationalem; Moralis diuiditur in Ethicam, quę docet regere propriam personam. Iconomicã, quæ docet regere propriam familiam; & Politicam, quæ circa reipub. regimen versatur: Realis diuiditur in Physicam, Mathematicam, & Metaphysicam

6.Metaph.tex.3. Rationalis verò quæ tractat de ente rationis tanquàm directiuo actuum rationis, est ipsa Logica. Tunc dico q quando Porphyrius dixit (de tertio apud Philosophos sermo est) per Philosophos non intellexit Philosophos simpliciter, vt dicebant præfati Doctores, neque per Philosophos debemus exponere, idest Logicos, vt ille alius dicebat, sed per Philosophos Porphyrius intellexit Philosophos rationales, idest amicos sciẽtiæ rationalis, vt sunt ipsi Logici, suo modo Philosophi nuncupati. Quamuis Paulus Venetus nihil determinatè dixerit, apud Philosophos, i. apud Philosophos Logicales. Sed Petrus Niger quæst. 38. totus est nobiscũ, quando inquit, q Logicus dicitur Philosophus rationalis.

Verba text°. [Eorum enim quę prędicantur] Nunc ponit diuisionem ad generis definitionem satis vtilẽ: quę talis est: eorum quę prędicantur. Quędã prędicantur de vno solo, vt sunt indiuidua, quędam verò de pluribus, vt sunt quinque prædicabilia, videlicet genus, species, Differentia proprium, & Accedens.

Dubitatio. Sed quęret quis, quæ diuisio est ista? Respõ. Ant. And. Ad hoc Respondet Ant. Andreas. q non est diuisio generis in species, nec totius in partes integrales, nec aliqua diuisio per accidẽs videlicet subiecti in accidentia, Accidentis in subiecta, & Accidentis in accidentia, sed est diuisio vocis in sua significata, non vocis purę æquiuocę, sed secundum q vox æquiuoca significat vnum propriè, aliud verò trãsumptiuè ex vsu loquendi, sicuti sanitas dicitur de Animali, & Medicina, sed de Animali per se primò, de Medicina verò metaphoricè: vnde quando dicitur, q eorum quæ prædicantur, alia prędicãtur de vno solo vt indiuidua, & alia de pluribus, vt quinque vniuersalia; Id quod prędicatur de pluribus prædicatur propriè, quod verò de vno solo prędicatur communiter, & impropriè, quia id quod dicitur de pluribus naturaliter prędicatur, id verò quod de vno solo tm̃ innaturaliter de seipso impropriè.

Dubitatio. Sed iterum quis dubitabit, Cur Porphyrius postquàm enumerauit quinq; prædicabilia, vt sunt genus, species. Differentia proprium, & Accidens, postea dixit, Genus, vt Animal, species vt homo &c.

Responsio. Respondeo, vt id qd dixerat in actu signato, seu in communi, & speculatiuè, id postea declararet in actu exercito per exẽpla, applicando quinque intentiones secundas quinq; intentionibus primis, est.n. Genus secũda intentio, Animal verò prima intentio, species secunda intentio, Homo verò intentio prima, & quia Logica est de secundis intentionibus applicatis primis, ideo sic se gessit Porphyrius dicens, Genus vt animal. Species vt homo: Differentia vt rõnale, propriũ vt risibile, & accidens, vt albũ.

Verba text°. [Prędicantur] prędicare, inquit Albert° tract. 3.c.3. circa mediũ. est alicui per notã cõpositionia aliquid verè, vel falsò attribuere, siue sit prędicatio de secundo adiacẽte, vt homo currit, siue de 3 adiacente, vt homo est curiẽs, vt primo priorũ inquit Auerroes: prędicatio autẽ in vniuersũ sumpta quadruplex est.

Quadruplex prædicatio. Prima dicitur quidditatiua formalis, quã Albertus vocat essentialẽ, & in triplicẽ diuidit, quarum prima est qñ prędicatur genus, vt homo est Animal. secunda qñ prędicatur species, vt Socrates est homo. Tertia qñ prędicatur definitio de definito, & dr̃ cõpleta inquit Caietanus, vt homo est Aĩal rõnale. Quarta verò à qua nunc dicit se velle abstinere, est quãdo prędicatur differentia. Vt homo est rõnalis. Et dicitur incõpleta scd̃m Caietanum, licet ista prędicatio non sit purè quidditatiua, quia vt inqt Nicolaus de Orbellia Scotista, triplex est p̃dicatio quidditatiua:

Nicolaus de Orbillis Scotista. Prima est scd̃m rẽ, & modũ simul, quæ sumitur à generibus, & specieb° substãtiæ, vt Socrates est homo, Socrates est aĩal: Secũda est scd̃m modum tm̃ & non scd̃m rem, & hęc sumitur à generibus, & speciebus accidentiũ, vt qñ color prędicatur in quid de albedine, vt superius de inferiori, & dulcedo quę est species p̃dicatur in quid de hac, & illa dulcedine, cùm 7. Metaph. com. 14 Accidentia habeant suũ quid. Tertia est prædicatio scd̃m rẽ tm̃, & non scd̃m modũ, & hęc sumitur à differẽtia, quã p̃dicationẽ, in quid, incõpletã vocabat Caietanus, vt homo est rõnalis, & sic p̃dicata essentialia primi modi p se, tria sunt, videlicet genus, differentia, & definitio, vt 7. Metaph. com. 13. dixit Auerroes

Dubitatio. Sed dicet Nouitius, qualis est illa p̃dicatio qua aliquid p̃dicatur de seipso, v. g. cùm dicitur, homo est homo?

Responsio Auer. & Scoti. Ad hoc cõiter respõdetur q est innaturalis 7. Metaphy. com. 59 imò nugatoriã illã vocat Auer. 4. Metaphy. comm. 3. & 10. Metaph. com. 8 Scotus verò prędicationẽ hanc collocat inter propositiones primi modi dicendi per se, quãuis Demonstrationẽ non ingrediatur, de quã dici solet, q nulla est verior prędicatio q̃ qñ idem prędicatur de seipso. Secũda p̃dicatio principalis est denominatiua formalis, vt Aĩal est rationale: Tertia prędicatio dicitur Identicè Idẽtica, vt Humanitas est entitas, &c. Quarta dicitur essentialis, quæ est tm̃ in Diuinis, vt filius est de essentia patris.

2. Notandũ. Secundò est Notandum, q quęlibet prędicatio quidditatiua formalis triplex est, Aut videlicet tm̃ exercita; Aut tm̃ signata; Aut partim exercita, & partim signata: pro dilucidatione istius distinctionis: Primò terminos declaro: Secundò aliquas cõclusiones colligã ex p̃dictis;

Prædicatio exercita, & signata, quid sit. quoad primũ dico, q prędicatio exercita est, q̃ fit, & exercetur per hoc verbũ substãtiuum, sum, es, est; vt dicẽdo homo est Aĩal: p̃dicatio verò signata est, quę fit, & ab intellectu signatur veluti vmbratilis pictura per verbũ, Dicitur, p̃dicatur, affirmatur, verificatur &c Vt cũ dicitur, q genus p̃dicatur de specie, superi° affirmatur de suo inferiori, & tunc dico, q prædicatio purè exercita fit ĩ terminis primæ intẽtionis, vt Socrates est homo: prędicatio purè signata fit in terminis secũdę intentionis, vt species p̃dicatur de indiuiduo, genus prędicatur de specie. Prędicatio verò partim exercita, & partim signata est duplex, Aut videlicet qñ fit propositio ĩ terminis primę intentionis per verbum, dicitur, prędicatur, &c. Vt Aĩal prędicatur de hoĩe, homo dicitur de Socrate, hęc est partim exercita, quia fit in termi-

nis

nis primę intentionis, & partim signata, quia fit per verbum, dicitur, prędicatur. Aut est prædicatio partim signata, & partim exercita, quando fit propositio in terminis secundæ intentionis per verbum, sum, es, est, vt dicēdo, species est vniuersale, ista est signata quoad terminos, puta, quoad subiectum, & prędicatum, sed est exercita quoad

1. Conclusio.

copulam, seu verbum substātiuum, est; Hinc colligo has conclusiones. Prima conclusio, à prędicatione signata in terminis secundę intentionis, ad prędicationem exercitam in terminis primæ intētionis valet cōsequentia, v. g. ista consequētia est vera, Genus prædicatur de sua spē, ergò homo est Aīal; nō autem è conuerso, vt Animal prædicatur de hoīe, dicendo homo est Animal, ergo & genus prædicatur de specie, dicendo species est genus, licet benè sequatur ab actu signato in terminis primę intentionis, ad actum signatum in secundis intentionibus. v.g. animal prædicatus de homine, ergò genus prædicat̄ de specie.

2. concl.

Secunda conclusio; In terminis primæ intentionis licet arguere ab actu signato ad exercitum, & è conuerso. v. g. animal prædicatur de homine, ergo homo est animal, & è conuerso ab actu exercito ad signatum, homo est animal, ergo animal prædicatur de homine.

3. concl.

Tertia conclusio; in terminis secundæ intentionis, quandoque licet arguere ab actu signato ad actum exercitū, quandoque verò non. v.g. valet ista consequentia in terminis intentionalibus, prædicabile prædicatur de vniuersali, ergo vniuersale est prædicabile; vniuersale prædicatur de differentia, ergo differentia est vniuersale. Quandoque verò non, & toties contingit ꝙ non, quoties in terminis secundæ intentionis non prædicatur passio de subiecto, vel genus remotum de sua specie, vt patet in exemplis datis, quando verò secus se habet, nō valet arguere. v.g. genus prædicatur de specie, ergo species est genus, quia genus est immediatū superius ad speciem. Tu verò superficialis Auerroicista, qui semel in vita tua hęc locutus es, veluti ferrum candens ore voluens, vide Tiberium Bononiensem profundum Auerroistam, & intellige si potes, quandoquidem ego potui.

Verba text°.
Ammonius, Caiet. & Sot. Hisp. Alber. Aegid. Anto. And. Petrus Tatar. Mag. Phil. & Paulus Venetus.

[Sicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc] pro horum verborum intelligentia est notandū Nouitie, literam hanc à Porphyrij interpretibus variè legi: Ammonius enim, & Caietanus sic legūt vt iacet in textu, similiter etiam Dominicus Sotus Hispanus, qui à prędictis parum differens inquit, [vt ueluti Socrates, & iste & istud.] Albertus Magnus verò tract. 3. cap. 4. in initio, Aegidius Romanus, Antonius Andreas, Petrus Tataretus, Magister Philippus, & Paulus Venetus, sic legunt, [vt Socrates, & hic, & hæc, & hoc] quę p nutum demonstrationis sunt appropriata, inq̄t

Dubitatio.

Albertus: sed hic statim quis dubitabit, quid per hęc verba intelligit porphyrius? ad hoc est vna

1. opinio.

opinio apud Aegidium Romanum, quam postea sequutus est Ant. And. ꝙ per Socratem porphyrius intelligit indiuiduum signatum, & p ly, hic, intelligitur hic homo, qui est indiuiduum vagū, indiuiduum enim de seipso solo prędicatur, ut Sortes est Sortes, & hic homo est hic homo, quæ p̄dicatio impropria est, & ab Auerroe innaturalis, & nugatoria appellatur. 10. Metaph com 8. & sic per Socratem intelligit porphyrius indiuiduum signatum. & per hic, & hęc & hoc, intelligit indiuidua vaga: sed expositio hæc nullo modo placet Aegidio Romano, cuius displicentię ratio est, quia omne indiuiduum est indiuiduū

2. opinio.

signatum: secunda opinio est ipsius Aegidij, q̄d porphyrius, per Socratem & Platonem, intelligit indiuidua substantiæ, & per ly: Hoc, intelligit indiuidua accidentium, vt hoc albū.

3. opinio.

tertia opinio est Pauli Veneti, ꝙ per ly, Socratem, Porphyrius intelligit indiuiduum nominatum, & per ly, hic, & hoc, intelligit indiuiduum signatum, per nutum demonstrationis appropriatum, vt supra dicebat Albertus, quæ opinio mihi videtur esse magis ad mentem porphyrij. Pro cuius rei notitia hic breuiter noto, quod indiuiduum duplex est, videlicet indiuiduum substantiæ, quod est substantia particularis, seu hoc aliquid, vt Socrates, & indiuiduum accidentis, quod est accidens particulare, vt hęc albedo, hæc caliditas. Et vtrunq;

Quotuplex si. indiuiduū.

.i. tàm indiuiduum substantię, quàm indiuiduū accidentis quadruplex est secundum Paulū Venetum, scilicet, uagum, nominatum, signatum, & circumloqutum: in substantia indiuiduum vagum est, vt aliquis homo, quod ideo vagum dicitur, quia indeterminatè vagatur per omnia indiuidua, & cunctis indiuiduis substantialibus, cōmunicatur, quàmuis de ratione indiuidui hoc, vel illius sit incōmunicabilitas ut quo, & ut q̄d, idest, vt nec sit in subiecto, nec de subiecto dicatur, ut dixit Aristoteles in anteprædicamentis, cap. 2. conclusio. 4. & in cap. de substantia in initio capitis: indiuiduum nominatum, idest proprio nomine designatum, seu terminus discretus est, ut Socrates, & Plato: indiuiduum signatum, idest pronomine demonstratiuo primitiuæ speciei determinatum, importat certum suppositū, vt inquit Gratiadeus Esculanus. v.g. Hic homo, ille equus, Indiuiduum verò circumloquutum, seu circumscriptum, quod reliquit Albertus Magnus, tractat. 3. cap. 4. est ut Philippi filius: nam si quis ignorans Alexandrum Philippi filium, dicat Philippi filius venit, tunc Alexander dicitur indiuiduum circumloquutum, seu nomine Philippi sui patris circumscriptum, dummodo solus Alexander sit eius filius. Et simile dici potest de indiuiduo accidentis, licet de indiuiduo accidentis verè, & propriè nō habeamus nisi indiuiduū signatum, ut hæc albedo, sicuti in substantia uerius indiuiduum, est indiuiduum nominatum. Hinc monitus sis Nouitie, quòd aliud est indiuiduum, quod secari non potest, vt vnitas, & mens seu intellectus, aliud est indiuiduum, quod ob soliditatem diuidi non potest, vt Adamas; aliud verò est indiuiduum quod de alijs non prędicat̄, vt Socrates, & Plato, ut inquit Boetius, à quo tacitè quidam accepit, quasi ex se hæc indiuidui significata cudere valuerit.

[Et

Verba text^o. Secundù Ant. And. dupliciter accidētia possunt dici communia.

[Et accidentia communia, sed non ꝓpriè alicui] Antonius Andreas hic animaduertit, quòd accidentis communia, quibus applicatur accidens, vt est vnum vniuersale.i.vnum de quinque prædicabilibus, dupliciter dici possunt communia: primò, quia communiter insunt alicui subiecto, & alijs etiam ab illo subiecto: secundò dicuntur accidentia communia, quia communiter.i.indifferenter insunt, & nō insunt, quia primo Top. cap.4 possunt abesse.i.esse per modum priuationis, & adesse per modum habitus & quietis, [sed non propriè alicui]

Verba text^o. Ammonius.

Ammonius inquit apposita esse hæc uerba propter accidentia appropriata, veluti est candor qui in hoc hæret corpore, & cicatrix in Vlisse posita, ex qua agnouit eū nutrix, vult dicere Ammonius, ꝙ accidens dupliciter potest sumi, vno modo pro fundamento, seu ꝓ prima intentione, & sic est quid commune prædicabile de hoc & illo accidente reali, vt si dicamus quòd albedo est accidens. Alio modo sumi pōt pro formali.i.pro secunda intentione, vt est vnū de quinque prædicabilibus: accidens pro prima intentione adhuc dupliciter potest sumi, vt albedo, vno modo, videlicet in communi, cum sua indifferentia, & aptitudine ad prædicari de pluribus albedinibus; vel vt est ad aliquod subiectum coarctata per actualem inhærentiam, ut dicatur appropriata illi subiecto, vt est hæc albedo Socratis, quę uocatur accidens propriè alicui, & non prædicatur de pluribus.

Ammonij sētentia explicatur.

Et quia aliqui impensis Ammonij magnū cōsilium discipulis parare videntur, ideo Ammonij sententiam, ex nostris more solito addentes, abbreuiando dilucidabimus Ammonius putans genus non posse definiri, dixit ꝙ Porphy. ipsum non quidem definitione, sed descriptione explanauit, res enim (inquit) quę definitione exponi non possunt, descriptione adumbrare consueuimus, & primò, quia generis non est genus, nam si summi generis esset genus, tunc summum non esset, & ideo nec definiri potest. Secundò, quia æquiuoca est generis appellatio. Etiā tertio modo sumendo genus, nam decē modis dicitur genus, vt ex libro prædicamentorum patet, modò ambigua definitione explicari non possunt: eo maximè, quia generalissima genera differentias habere non possunt, & qui habere dicunt prauè sentire uidentur possunt ergo describi, minimè verò definiri.

Dubitatio, & Ammonij Responsio.

Sed dubitabis, quid interest inter definitionem, & descriptionem: Respondet Ammonius, ꝙ in hoc definitio à descriptione differt; quia definitio ex propria ui planam facit rem definitam, eo ꝙ per essentialia prædicata traditur. Descriptio verò ex accidentibus, & extraneis prædicatis rei uim naturāq; declarat, est enim descriptio imperfecta, & adumbrata quędā definitio, vnde dici solet definitio descriptiua, & est ueluti adumbrata pictura, definitio verò, ut completa: uel definito perfectæ delineationi comparatur, vmbrationi verò ipsa descriptio; definitio enim naturam rei quę definitur lucidè explanat, quæ

Definitio triplex.

triplex est, aut per materiam, vt ira est accensio sanguinis circa cor, aut à forma, ut ira est appetitus vindictæ, aut ab vtroque, vt ira est ebullitio sanguinis circa cor, cum appetitu vindictæ, id ipsum dixit simplicius. 2. Phy. com. vlt. & 1. Poster. 64.

Descriptio duplex.

descriptio verò duplex est: prima sumitur ab Ethimologia, vt homo dicitur ἄνθρωπος ab ἄνω, & θρώσκειν, eo ꝙ supra respiciat: secunda dicitur descripito ex fortuita concursione, vt homo est animal, quod cœlum versus erecto corpore incedit, & latos habet vngues: tandem prædicationis sufficientiam colligens Ammonius inquit. Vocum aliæ non sunt significatiuæ, ut gnax, blitiri, aliæ verò sunt significatiuæ, seu significatione præditæ; de uocibus non significatiuis nullus à nobis habendus est sermo: voeum verò significatiuarum, aliæ prædicātur de vno solo, vt sunt indiuidua. v.g. Socrates, & Plato; aliæ uerò de multis, ut genera, species, differentiæ, propria, & accidentia. Hæc breuiter ex Ammonio.

Quid interpretatio.

Sed dicet quis, quid est interpretatio? Respondeo ꝙ duplex est interpretatio: prima dicitur interpretatio linguarum, cùm ex una lingua in aliam linguam fit traductio. v.g hoc nomen Græcum σοφία græcè, dicitur sapientia latinè, & sic interpres dr, quasi medius inter partes.i.inter vtranque linguam, utranque sciens, ut v.g. si esset unus, tantùm græcus, & alius tantùm latinus, quorum alter alterū non intelligeret: si adest alius græcus, & latinus simul, ille proferret uerba græca, latino latinè, & uerba latina, græco græcè. & sic esset interpres.i. medius inter illas duas partes duarum linguarū, ut inquit Isidorus lib. 10. Ethimolog. cap 8. secūda dicitur interpretatio sermonum, quæ definitur pet id ꝙ est, ænigmatici, & obscuri sermonis facta declaratio, sic Virg. 6. Aeneid. uocat sibillā uatem, & interpretem, tbi, magnam cui mentem animumq́; delius inspirat uates aperitq́; futura, sic dicuntur interpretes Aristotelis, &c. Hinc interpretatio 2. de Anima, 88. ut est oratio uerū uel falsum significans, dicitur subiectum in lib. periherm. sed nos de definitione, & definito alibi plenius diximus, pro Nouitio tamen notanter.

Hos termi-nos nota bis Nouitie.

Dico ꝙ hi termini sic se habent, uidelicet Amphibologia, Auctoritas, Interpretatio, Glossa, Ethymologia, Historia, Allegoria, & Analogia: Amphibologia est dubius sermo. v.g. si dicas, liber Aristotelis, ista oratio facit duplicem sensū, quorum primus est, ꝙ liber est editus, & compositus ab Aristotele, secundus sensus est, quòd possidetur ab Aristotele. Auctoritas est iudicium sapientis, eo quòd credendum est unicuique experto in sua scientia, ut in Mathematicis Euclidi, & in poesi Homero: Interpretatio duplex est, uidelicet linguarum, & sermonum, ut supra diximus: Glossa, ut inquit Isidorus lib. 1. Ethimol. cap. 28. & 29. est cùm unum uerbum per aliud explicamus, ut conticescere.i.tacere. Glossa seu glossema, à glotta.i.lingua dicitur, cùm uerbo tenus aliqua uerba, quoad sensum eorum explicantur: Ethymologia est Origo uocabulorum, cùm uis uerbi, uel nominis per interpretationem colligitur, quam Cicero annotationem, Aristoteles ue

rò

rò Sinnolon appellat, ut reges à rectè agendo, Homo ab humo, & lapis à lædendo pedem secũdum S. Thomam. p.p.q.59. ar.1.ad secundum.& D. Augustinus in libro unico imperfecto de Genesi ad literam dixit, quòd Ethymologia est, cũ dictorum, factorumq; causſę redduntur. Historia est, cùm siue diuinitus, siue humanitus res gesta commemoratur: Allegoria est, cùm figuratè dicta intelliguntur: Analogia uerò, cùm ueteris, & noui testamentorum causſæ redduntur, inqt D. Augustinus.

Verba text°. [Genus esse dicentes, quod de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quid est prædicaẽ.] Ista uerba remanebant ponderanda, & explicanda, in quibus continetur definitio generis tradita ab Aristotele 1. Top. c.4. Sed hic quæreret aliqs

Dubitatio. hęc definitio, tradita est ne de genere primo intentionaliter sumpto, ut est aĩal; an secundò intentionaliter sumpto, ut est ista secunda intentio genus? Ad hoc resp. primò terminos declarã do uidelicet quid est primò intẽtionaliter, & qd

resp. notabilis, & primo notandum. scđò intẽtionaliter. Et dico ꝙ intentio, seu actio, ut inquit Caietanus duplex est, aut uidelicet, id in quod intellectus tendit, ut illud intelligat, & dicitur intentio obiectiua, seu conceptus obiectiuus, seu res obiecta, & præsentata intellectui & obiectum cognitum, aut est tentio, seu tendentia intellectus in rem intellectam, & sibi obiectã: si sumitur intentio primo modo, adhuc duplex est, aut uidelicet prima intentio obiectiua, aut secunda intentio obiectiua: prima intentio obiectiua est res realis, primò ordine naturæ ab intellectu concepta, & intellecta, ut animal, humo &c. secunda intentio obiectiua est ens rationis, quod intelligitur ab intellectu, & obijcitur intellectui, vt obiectum secondariò cognitum, cũ primò intellectus intelligat entia realia actu recto, deinde comparet illa adinuicem mediantibus suis proprietatibus, & resultẽt secundæ intẽtiones obiectiuæ, quæ intelliguntur ab intellectu, ut genus, & species, & ut sic, prima intentio obiectiua est ut animal, secunda intentio obiectiua est, ut genus, prima intentio obiectiua, ut homo: secunda intentio obiectiua ut species, vnde colligas, ꝙ quando porphyrius dixit in textu, genus ut animal, species ut homo, cùm præposuerit secundam intentionem obiectiuam, quę est genus, primæ intentioni obiectiuę, quę est animal, mentem Porph. esse principaliter tractare de uniuersalibus, ut sunt secundæ intentiones, & non pro prima intentione, ut infra dicam: alia intentio dicitur in aliud tentio, seu intentio formalis, quę est cognitio qua tendit intellectus in intentionem obiectiuam, & sic actus intelligendi, seu notitia, & tendentia, qua intellectus tẽdit in primam intentionem obiectiuam, dicitur prima intentio formalis; tendentia uerò qua tendit in secundam intentionem obiectiuam, dicitur secunda intentio formalis, & tunc habemus quatuor intentiones, quarum vna dr prima obiectiua, cui correspondet prima formalis, alia dicitur secunda obiectiua, cui correspondet secunda formalis. vnde quando dubitatur utrum definitur res, an intentio, idem est ac quęrere, utrũ definitur res.i.prima intentio obiectiua subiecta intentioni, ut animal an intentio quę est in anima, & per animam.i. secunda intentio obiectiua, ut genus, quod dicitur intentio generis?

Secundò notandum, ꝙ genus (& similiter reliqua quatuor prædicabilia) tripliciter potest sumi; uno modo uidelicet pro denominato, idest, ꝓ prima intentione, pro re naturæ, pro materiali, connotato, substrato, ꝓ re substrata intentioni, pro fundatõ, pro prima intentione obiectiua, ut est animal, & calor. Secundo modo potest sumi genus, pro per se significato, pro secunda intentione causata per actum collatiuum intellectus, pro formali, pro secunda intentione obiectiua, pro relatione genereitatis, inquit Caietanus, ut iste terminus genus: tertiò sumi potest genus, ꝓ aggregato ex vtroque.i. ex prima intentione, ut est animal, & ex secunda intentione, ut est ista intentio genus, & de hoc tertio modo non quęrit, cùm de aggregato per accidens non fit scientia, seu de consideratione alienius artificis. 7. Metaphy. t.3. 2. notandum, quod genus tripliciter potest considerari.

Circa hanc dubitationem, quę ut inquit Dñs Caietanus, est ianua ad logicales diffinitiones, in uarias sententias distrahuntur Porphyrij interpretes. Quarum prima est Aegidij Romani sup cap. de genere, qęst. vltima, quam opinionem sine nomine opinantis more solito affert, & impugnat Scotus q. 14. suorum vniuersalium, ꝙ hic definitur res sub intentione; uerba autem Aegidij sunt ista, uidelicet, ad hanc quæstionem dicendum, ꝙ hic diffinitur res, nõ tamen ut res est, sed diffinitur prout intelligitur sub illa proprietate, quę potest diuidi per diuersas differentias specificas, & essentiales, & ita res talis in quolibet prædicamento inuenitur, quę potest diuidi per differentias specificas, & ideo diffinitio est communis omnibus pñtis. hæc Aegidius; hanc opinionem, ut falsam reputauit Scotus, vt probabilem Nicolaus de Orbellis, & tandem ut ueram sequutus est pater Toletus, & Sotus Hispani; Aegidij autẽ ratio est talis; illud hic definitur, quod de pluribus differentibus specie prędicatur, sed intentio non potest prędicari de pluribus, ergo hic non diffinitur intentio, ratio Nicolai de Orbellis est fundata super Auicennã, ꝙ Logica est de secũdis intentionibus adiunctis primis, quam rationem in sua digressione soluit Caietanus. Toletus uerò suam opinionem declarans per tres cõclusiõ. inquit, ꝙ natura, seu substratum generis hic definitur, sed ratio definiendi est genus pro secunda intentione, definitio tamen est naturę substratæ ut est animal: sed quid nobis uideatur in concl. dicemus. Secunda opinio est Scoti, q.14. Anton. And. super cap. de genere, q. a. Magistri Philippi, q.1. Tiberij Bononiensis in digressione propositione secunda, & Caietani in sua digressione, con clu.3. putantis se loqui de mente D. Tho. de ente & essentia, cap. 4. à quibus non recessit Ioannes de Magistris, & Petrus Tataretus dubio primo, sed

Circa prædictam dubitat. prima opinio Aegidij.

2. opin. Scoti, Anton. And. Caiet. & aliorum.

sed Dominicus de Soto Hispanus, in cap. de Gener. q. unica, quosdam Hispanos, sui generis reprehendit, qui in hac re discordes fecerunt Scotum, & D. Thomam, de quibus malè inquit, quod non sunt audiendi in schola Aristotelis. Sed ipse non est audiendus quod Scotū non percepit, & cū Aegidio tenuit à quo Tol. & opinio hæc cōsistit in hoc, quod non definitur res, contra Aegidium; neque aggregatū ex re & inten. Sed definit genus pro intentione secunda: sed dices, sunt ne isti huius secundæ opinionis omninò concordes? Respondeo non: nam Scotistæ plus solito res subtiliantes dicunt, quod intentio in concreto in habitudine ad primam intentionem hic definitur. i. definitur genus pro per se significato concretiuè designato. i. ut applicabile rei, quia ut sic considerarur à logico. Caietanus verò, & omnes reliqui huius secundę opinionis sectatores, dicunt simpliciter definiri intentionem, seu definiri genus pro intentione secunda, quam fortè ut sic, inquit Scotus, Metaph. habet considerare, & quia hoc dissidium videtur esse alicuius momenti, isti faciunt tertiam opinionem mediam inter opinionem Scoti, & opinionem Aegidij, quam omnesque simul reijciunt. Quarta opinio est Nominalium, qui omnia nominibus tribuunt, dicentiū illud quod hic definitur esse hoc nomen, genus, quod est commune ad omnia nomina, ut sunt animal, color, figura, & c. idest dum definitur genus, definitur hoc nomen, animal, commune ad omnia animalia, hoc nomē, color, commune ad omnes colores, sed quia nos sequimur philosophiā realium, istis aures non præstabimus. Quinta opinio est Pauli Veneti, & Burlei dicentiū, quòd cū definitur genus, aliud est quod definitur, & est secunda intentio, aliud verò est illud pro quo supponit diffinitum, & est prima intentio, vt v. g. animal, corpus, color, substantia, & qualitas, à quo conuenire videtur cùm eis Caietanus, quę secunda intentio non est aliud, nisi ipsa generalitas, quod supponit pro animali, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid; quæ generalitas est uniuersalitas animalis, quæ sic prædicatur. Sexta opinio est Pauli Soncinatis, quòd hic à porphyrio definitur res, cui applicatur intentio generis. i. in quantùm stat sub intentione, non tamen absolutè, in quo videtur Aegidium sequi. Vide igitur Nouitie, quot versant circa hoc dubium, doctorum opiniones & dissidia: uide etiā quod quidam in hoc passu contradictione, sole clariori, se illaqueauit: primò enim dixit hęc verba, videlicet, scias modo, quod quando dixit genus prædicari de pluribus, non sumitur genus, ut est secunda intentio, sed vt est prima intentio, ut animal, non enim dicimus, homo est genus, sed dicimus homo est animal: deinde infra post multa verba sui oblitus inquit: ideo cùm definierit genus, quod est secunda intentio, uel uox significās secundam intentionem, exemplificat in primis, hinc uides, nisi aspidem imitatus fueris, quàm clarissima sit hæc contradictio: primò enim dixit definiri genus pro prima intentione, & postea

Dubit. resp. Scotistæ.

3. opinio. Caietani.

4. opinio. Nominalium

4. opin. Pauli Vene. & Burlei.

5. opin. Pauli Soncinatis.

inquit, quod pro secunda intentione magna res. n. (qua nulla maior) est in scientijs notitia terminorum. His igitur præhabitis litteram sic construe.

Constructio litteræ.

[Tripliciter igitur cùm genus dicatur]. i. cùm genus æquiuocè, & communiter sumptum, dicatur tripliciter, trifariam, tribus modis, [de tertio]. i. genere, seu tertio significato generis communiter sumpti [apud philosophos sermo est] idest apud philosophos rationales, seu logicos est sermo, consideratio, speculatio, & contemplatio. [quod etiam describentes assignauerunt]. i. quod genus logicum describentes. i. descriptione declarantes secundum Ammonium, uel quidditatiuè definientes secundum alios, & meliùs, [assignauerunt]. i. definiuerunt Peripatetici. t. Top. cap. 4. [Genus esse dicentes]. i. dicentes & affirmantes genus logicum esse illud [quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur]. i. quām genus logicum prædicatur vt superius de inferiori, de pluribus speciebus, & indiuiduis diuersarum specierum [in eo quod quid] idest per modum subsistentis, & non per modum qualificantis, ut est differentia, proprium, & accidens [ut animal]. i. genus logicum pro secunda intentione in actu signato, est. v. g. vt animal pro prima intentione in actu exercito, [eorū enim quę prædicantur]. i. eorum quæ aliquid significant secundum Ammonium [& pdicant]. i. quibus competit siue naturaliter, siue innaturaliter prædicari [alia quidem de uno dicuntur solo]. i. alia dicuntur, & prędicantur de uno solo. i. de uno tantùm, puta, de seipsis [sicut indiuidua]. i. sicuti, & qualia sunt indiuidua, particularia, seu singularia [ut Socrates]. i. vt hoc indiuiduum nominatum de prædicamento substantiæ, quod nominatur Socrates [& hic, & hoc]. i. & hic color, & hoc album indiuiduum signatum de prędicamento accidentis; [alia uerò de pluribus]. i. alia verò sunt, uidelicet uniuersalia, quę prædicatur de pluribus suis inferioribus, uel subiectis. [Quemadmodum genera] quę prædicant de speciebus [& species] quæ prædicantur de indiuiduis [& differentia] quæ prædicatur de speciebus, & indiuiduis specierum in quale quid [& propria] quæ prædicatur de una sola specie, & indiuiduis illius, in quale cōuertibiliter, [& accidentia communiter]. i. indifferenter se habentia ad hoc, & illud subiectum [sed non propriè alicui]. i. sed nō accidentia particularia appropriata particulari subiecto [est autem genus quidem, ut animal]. i. uolo dicere genus in actu signato, ut est animal in actu exercito [species verò, ut homo]. i. species in actu signato pro secūda intentione, ut homo in actu exercito pro prima intentione [differentia autem ut rationale]. i. differentia autē in actu signato pro per se significato est [ut rationale in actu exercito, & pro per se denominato [proprium ut risibile]. i. proprium pro secunda intentione est, vt risibile pro prima intentione: [Accidēs ut album, nigrum, sedere]. i. accidens, similiter se habet pro secunda intentione & actu signato, vt

v.g.album.i.concretum albedinis nigrum.i.concretum nigredinis,& sedere, idest ista positio in actu exercito,& prima intentione. Sic igitur littera constructa,tres conclusiones ex ea eliciam, quarum prima sit hæc.

CONCLVSIO.

1. concl. quæ sex rationib. probatur. *Genus tertio modo sumptum, hic non definitur pro substrato,seu pro prima intentione, vt animal.*

HAec conclusio est contra primam opinionem,circa quam conclusionē duo faciā: primò enim illā probabo: secundò ad motiua opinantiū. Respondebo: Probatur igitur:& primò ista conclusio sic. prædicari inquid de pluribus differentibus specie, aut sumitur formaliter, aut sumitur fundamentaliter: Non formaliter, quia cùm sit ens rationis, non potest cadere in definitione rei realis extra animā, ut est animal: Nec materialiter,quia non est de ratione animalis,prædicari de suis speciebus,& esse in suis speciebus,cùm animal in suo conceptu quidditatiuo consideratum abstrahat ab esse in homine,in equo,& suis speciebus. Secundò probatur illud quod hic à Porphyrio definitur,vniuocè competit rebus omnium generum,ut animali,quod est genus hominis,& leonis. Colori qui est genus albedinis,& nigredinis,& figuræ,quæ est genus ad triangulum,quadrangulum,&c. Sed impossibile est aliquam rem sub intentione conuenire uniuocè rebus omnium generum .probatur nā hoc non potest esse animal,quia omnes res essent animalia, neque color,quia omnia essent acciděntia: Dices,hoc commune genus est ens; contra,quia tunc unum esset genus rerum omnium,ens, qđ est contra Porphyrium,cap.de specie quando dicit, nō est genus commune ens. Tertiò si res sub intentione diffinitur, ergo per accidēs diffinitur, inquantum sibi accidit intentio, sed omne p accidens reducitur ad per se, à quo illud dicitur p accidens tale,& hoc non est, nisi intentio per habitudinem ad rem. Amplius 1. Poste. t.15. pter quod unumquodque & illud magis,sed res diffinitur propter intentionem,quia res,ut animal,se habet ut quod definitur, & intentio se habet ut quo,siut ratio definiendi , ergo intentio magis definitur. Quartò tunc logica esset scientia realis obiectiuè,probatur quia per se primò cōsiderat, & definit res reales extra animam, quod est munus scientię realis. Quintò sequeretur,q de ente rationis non esset aliqua scientia per se suo modo,quia si per accidens consideratur à Metaph. à quo consideratur per se? Sextò si res ut est sub intentione per accidens diffinitur, ergo non definitur,quia definitio per se, & non per accidēs conuenit definito:remanet igitur,q non potest hic definiri res,nec secundum se,nec in habitudine ad intentionem.

Euasio. Contra.

1. probatio.

2. cōfirmatio.

3. cōfirmatio.

4. cōfirmatio

5. cōfirmatio

6. cōfirmatio

1. Ad Aegid. motiua resp. Secundò principaliter respondeo ad motiua opinantium. Motiuum enim Aegidij erat tale: Illud hic definitur, quod de pluribus differentibus specie prædicatur,intentio aut ē generis non est huiusmodi,ergo intentio generis non definitur . Ad hoc respondeo, q & si rei,puta animali competit sic prædicari in actu exercito, & ut qđ, intentioni tamen conuenit in actu signato,& vt quo,& quia principale in logica est quo.i.secunda intentio, & non quod.i.prima intentio , ideo hic definitur intentio.Nam ut bene Scotus inqt in antepredicamentis.q.2. ad tertium, quæ Metaph.per se considerat, hic per accidens considerātur in logica, quia hic per se consideratur aliquid intētionale applicabile eis,quę Metap.cōsiderat per se.i.Metaphy. per se considerat prædicamenta realia, quę per accidens considerat logicus, ut fundamenta secundarum intentionum, ergo per se primò logicus considerat intētiones secundas,& hoc concedit Aegidius,& non saluat quomodo logicus per se considerat intentiones, nec ipse noluit dicere,q per accidens res considerat,sed dixit q logicus ex consequenti considerat res;quod illud verò, q res definitur, sed intērio est ratio definiendi,cōtra insto , quia sequeretur q logicus esset artifex realis obiectiuè, quia considerat & definit res, & accipit rationem definiendi,tanquàm sibi extrinsecam,ut faciunt aliæ sciētiæ,sed hoc est falsum, quia logicus est artifex rationalis,qui tradit rationem definiendi.i intentionem, quam dēt per se considerare. Ad motiuum Nicolai de Orbellis respōdetur , q ex hac Auicen. auctoritate, logicam esse de secundis intentionibus applicatis primis, magis patet, q nō definitur res,quia logica est , & tractat de secundis intentionibus,vt proprio obiecto,quæ secundæ intentiones sunt fundatæ in primis, à quib⁹ per actum collatiuum intellectus pullulant, & emanant, occasionaliter tamen à proprietatibus in eis repertis:uolo dicere, q non intendit dicere Auicen. q quia logica est de secundis intētionibus adiunctis primis, ideo ex ęquo considerat utrasque,uel aggregatum ex utrisque,sed vult dicere,q logica est de secundis intentionibus non absolutè ut entia sunt,quia ut sic (ut Scotus inquit)ad Metaph.pertinent, sed adiunctis primis .i.ut fundantur in primis, & primę intentiones denominantur ab illis,vt si dicamus ; homo est species,animal est genus.&c. Ita ut per talem applicationem ; rerum quibus applicantur, nobis notitiam comparemus : a qua glosa non recessit Caietanus in præsenti , & sic hic non definitur res,nec res sub intentione , ut uolebat Aegidius Sotus, & Toletus.

Responsio.

Contra.

Ad motiuū Nicolai de Orbellis.

CONCLVSIO.

2. conclusio, & probatur. *Id quod definitur non est aggregatum ex re,& intentione.i.ex animali,& genere.*

PRobatur,quia esset ens per accidens de quo non est scientia,nec definitio. 6. Metaphy. t.4.5.& 6.& 7.Metaph.t.19.20.& 21. oportet.n. id quod definitur sit vnum per ultimam differentiam 7.Metaph.43.& 8. Metaph.10. unde arguo q

ꝙ non poteſt definiri, nec res, nec aggregatum, ſic. Inquit Auer. 7. Metaph. com 42. ꝙ definitio eſt communis logico, & Metaphyſico, logicus tractat de definitione, ut eſt inſtrumentũ ſciendi, Metaphyſicus uerò conſiderat Definitionem ſecundum ꝙ ſignificat naturas, & quidditates rerum, & tunc clarum eſt ꝙ definitio primo modo dicitur intentio: ſecundo verò modo dicitur res; tunc arguo ſic; Ariſtoteles 1. Top. cap. 4. definiens definitionem inquit, ꝙ definitio eſt oratio explicans quod quid eſt eſſe rei: ſi Porphyrius hic definit genus pro aggregato ex re, & intẽtione, ergo & ibi Ariſtoteles definiret definitionem pro aggregato ex re. i. quidditate, & ſecunda intentione inſtrumentaliter explicante talem qdditatem, & tunc Metaph. non eſſet artifex diſtinctus à logico, quia uterque tractaret de definitione omnimodè. i. pro ſignificato & denominato ſumpta, quod falſum; ergo dicendum quòd Metaphyſicus conſiderat definitionem pro re, & logicus pro intentione, ut eſt inſtrumentum ſciendi. Et ꝙ ſi logicus conſiderat definitionem ꝓ re, tantùm, eſſet artifex realis, ut Metaph. unde à ſimili nunc arguo ſic; ſi Porphyrius hic definiret genus pro aggregato ex re, & intentione. i. animali, & genere, tunc logicus in conſideratione generis non differret à Metaphyſico, quia cùm Metaphyſicus conſideret animal, ſimiliter conſideraret logicus genus pro intentione, & genus ꝓ re, & ſic magis uniuerſalis obiectiuè eſſet logicus, q̃ Metaphyſicus; ſed dices cõſiderat animal, ut fundamentum, & genus ut formam: Contra, Illius aggregati non eſt definitio cùm definibile ſit ꝑ ſe unum 7. Metaph. 43. Amplius ſi definitur aggregatum ex re, & intentione ſequeretur ꝙ ens reale eſſet de quidditate entis rationis, & ꝙ ens rationis eſſet de quidditate alicuius entis realis: & probo ſic. Si genus hic definitum ſtat pro tali aggregato, prædicetur genus, uel definitio generis, quę eſt prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quid, de aliquo ente reali, tũc genus quo ad alteram partem, puta, ens rationis, quidditatiuè prędicaretur de illo ente reali, quod falſum, quia ut ſic ens diminutum eſſet de intrinſeca ratione entis completi, & poſterius eſſet de eſſẽtia prioris: ſecundò prædicetur poſtea de ente rationis, dicendo, uniuerſale eſt genus, uel uniuerſale prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, tunc genus quoad alteram partem, puta, quoad rem ſeu ſubſtratum quidditatiuè includeret in ente rationis, & non ſe haberet ad illud in ratione fundamenti, uel ſub habitudine fundãdi ens rationis, quod eſt falſum, ergo nullo modo hic definiri poteſt aggregatum ex re, & intentione.

Euaſio. Contra.

CONCLVSIO.

3. concl. *Genus hic diffinitur pro ſecunda intentione.*

ET nota ad huius concl. clariorem notitiã ꝙ de hac re multipliciter poſſumus loqui, & conſequenter variè opinari. Primò, ut conſideretur res ſecundum habitudinem ad intentionem. Secundò aggregatum ex re & intentione. Tertiò intentio ſm ſe. Quartò intentio cùm habitudine ad rem, ſeu in concreto. Quintò nomen tm̃ generis & neutrum iſtorum: primus modus eſt Aegidij. ſecundus nullius determinati auctoris quem viderim: tertius eſt Caietani: quartus eſt Scoti, & Gratiadei dubio 3, quintus eſt Nominalium. Concluſio autem intelligitur, aut de intentione ſecundum ſe, vt vult Caietanus, & Petrus Niger q. 38. Aut concretiuè ſumpta ad rem .i. applicabili rei, ut Scotus, & non negat Caietanus. Ad hoc tamen oportet uenire, ꝙ illud quod definitur eſt ipſa intentio: circa iſtam tertiã concluſionem duo faciam: primò illam probabo, & ſimul declarabo: ſecundò illam impugnabo, & impugnationes diſſoluam: Quoad primum noto, ꝙ ſicuti eſt duplex ens, uidelicet ens naturæ, & ens rationis: ens naturę eſt res, & ens rationis eſt intentio: ita habemus eſſe, & prædicari: eſſe cõpetit rei per ſe, per accidens verò intentioni, prędicari uerò competit per ſe intentioni, & per accidens rei; utrunque tamen utrique ſecundum magis & minus dicitur conuenire. Secundò notandum, ꝙ illud exercet eſſe. i. uerbũ ſum, es, eſt; in rebus primæ intentionis, quod ſignat, prędicari, in terminis ſecundę intentionis, ut dictum eſt in declaratione terminorũ ſupra. Tertiò notandum, ꝙ cùm in definitione generis apponitur, ut animal, ly animal non ponitur, ut pars definitionis, ſed ut fundamentũ generis pro intentione definiti. Probatur igitur concluſio primò ſic, illud hic definitur per ſe primò, cui per ſe competit definitio hic tradita, ſed id cui primò competit hęc definitio, eſt intentio, ergo intentio hic definitur; maior patet, minor probatur, quia iſti termini, prędicari de pluribus, qui ponuntur in hac definitione, ſunt termini intentionales, qui per ſe primò competere debent intentioni, ſicuti termini reales competunt enti naturę, ſeu rei reali: hæc eſt ratio Scoti, q 24. Probatur ſecundò, illud reſpicit logica definitio, quod directè & ꝑ ſe eſt logicæ conſiderationis, ſed hoc eſt ſola intentio ſecunda, ergo genus pro intentione hic definitur, hæc ratio eſt Caietani; cui prius ſic reſponderat Aegidius, formando eam, hoc modo. Illud diffinitur hic, quod logicus conſiderat, ſed logicus non conſiderat res, ſed intentiones, ergo non diffinitur hic res, ſed Intentio. Ad hoc argumentum tertium in ordine apud Aegidium ſic ab eo reſpondetur; & ut appareat quanti ualeat hęc reſponſio adduco formalia uerba Aegidij, q̃ ſunt iſta, videlicet. Ad tertium cùm dicitur, illud hic diffinitur quod conſiderat logicus. Cõcedo, & cùm dicis, logicus res conſiderare non habet, verum eſt per ſe, ſed tamen ſub iſtis intentionibus habet conſiderare, quia intentiones fundantur ſupra res & ideo logicus Primò & per ſe bene conſiderat ipſas intentiones, & ex conſequenti res. hæc Aegidius unde patet Reſponſio ad argumentum Caietani, ubi inquit Aegidius, quòd logicus

Duo circa hanc conclu. fiunt: & primo notãdũ.

Ens naturæ, & ens rationis.

2. notandũ.

3. notandũ.

Logicus non considerat res per se.i.simpliciter & absolutè, sed sub illis intentionibus.i.per habitudinem ad illas secundas intēt.& quia credo ꝙ D.Caiet.non uidit Aegidium in fonte in hac re, Contra respon. Aegidij arguo defendendo sententiam D.Caietani sic, quòd res per se non consideretur à Logico transeat, sed quando Logicus considerat res sub illis intētionibus, quæro quo modo Logicus considerat res sub intētionibus? aut ut aggregatū per accidens, & hoc non, ut patet per rationes supra adductas, aut intendit ꝙ Logicus considerat res ut fundamenta illarū intentionum, & tunc quæro iterum, cùm ibi possint duo considerari, uidelicet res, & intentio quorum vnum est ens reale, & alterum est ens rationis, considerat ne æqualiter vtrunq; ? ſi sic, ergo Logicus non est magis Logicus quàm Metaphysicus, si prius rem quàm intentionem, ergo rem considerat per se, & intentionem p accidens & sic q̄s p se considerat intētionē? si magis principaliter considerat intentionem, & minus principaliter rem, ergo considerat intentionē per se, & rem per accidens, quod noluit dicere Aegid. & tunc redit ratio Caietani talis, illud debet à logico definiri, quod prius ab eo consideratur, talis est intentio & non res, ergo intentio & nō res, hic debet definiri. Scotus verò quia vidit scripta Aegidij, ut patet ex eius contextu q.14. aliter vrget contra Aegidium, ut patet ex supradictis.

Corroboratio sententiæ Caiet. aduersus Aegid.

Sed contra hanc concl. sic probatam arguo, & primò sic: illud hic definitur cui cōpetit talis diffinitio, sed rei substratæ & non intentioni conuenit hæc diffinitio, ergo res & non intentio hic definitur. Minor probatur, quia id quod prædicatur de plurib. differ. specie in quid, non est intētio generis cū sit accidens, sed res, ut aīal, &c. Ad hoc resp. ꝙ duplex est prædicatio: quædam.n.est prędicatio quidditatiua, quædam uerò est denominatiua. Tunc dico, ꝙ ista definitio generis: uidelicet (prædicari de plurib. diff. spē in quid) cōpetit res, & intentioni, diuersa tñ ratione; rei quidem competit denominatiuè, ut dicendo, aīal, est qđ prædicatur de pluribus diff. spē in quid, sicuti & illa propositio est denominatiua in qua prędicatur intentio de re, ut hō est spēs, Socrates est indiuiduū, aīal est genus. Intentioni uerò cōpetit quidditatiuè, ut dicendo, genus est qđ prædicatur de plurib. differ. spē in quid: Dices quare ista est prędicatio quidditatiua, illa uerò est denominatiua? Respon. quia illa dr̄ p̄dicatio quidditatiua alicuius, q̄ datur per essentialia prædicata, modo cū ista definitio, p̄dicari de plurib. &c. constet ex terminis scđæ inten. dēt quidditatiuè competere definito, q̄d ēt est ens rōnis, sed hmōi est intentio gñis, ergo illa uerò dr̄ denoīatiua, q̄ datur per prædicata extranea. cùm res sit ens reale, & illa definitio sit ens rōnis, vnde arguatur sic. Illud hic definitur, cui adæquatè, & quidditatiuè competit hæc definitio, sed hæc definitio est per terminos accidentales intētionales tradita, ergo adæquatè debetur enti accidentali, intentionali, talis aūt est intentio gñis, & non res, ergo intentio, non res hic definitur. Contra. Illud qđ hic definitur, prædicatur de plurib. diff. spē. sed intentio generis nō p̄dicatur de plurib differ. specie, sed de plurib. diff. genere, cùm talis intentio prædicetur de hoc, & illo genere, dicendo animal est genus, color est genus, Aut de plurib. different. numero, cùm sit species ipsius uniuersalis, quod de genere pro redici non potest, cùm animal prędicetur de homine, & equo, qui specie inter se differūt. Ad hoc resp. genus dupliciter sumi, uno modo communiter, & sic se extendit ad omnia, quæ quocunque modo possunt dici genera, ut sunt significata illis superius posita, & sic genus non definitur hic, quia est æquiuocum, cuius nō potest esse definitio, & ut sic prædicatur de omnibus illis generibus. Alio modo sumitur genus propriè. tertio modo apud Porphyrium, & hoc genus hic definitur pro secunda intentione, quæ definitio conuenit omnibus generibus, quæ sub se plures habent species, de quibus prędicātur in quid, vt sunt animal, color, & quantitas, quæ genera specie differunt, & numero cùm vnum non sit alterum, seipsis & nō per aliquam differentiā, cùm in genere nulla sit actu differentia, sicuti dicimus, ꝙ duæ formæ separatæ differunt, vel distinguūtur formaliter seipsis à priori, etiā seclusa quacunque habitudine ad materiam, & sic licet genus pro prima intentione prædicēt de plurib. differ. specie prędicatione exercita, tñ genus pro secunda intentione benè prædicatur de differentibus specie in p̄dicatione signata: & ad illud, ꝙ genus pro intentione prædicatur de differentib. numero: respondeo, ꝙ licet intentio generis prędicatione exercita non prędicetur, nisi de differēt tibus numero, prædicatione tamen signata prędicatur de plurib. differentib. specie, licet sit species specialissima ipsius uniuersalis. Scotus uerò inquit, ꝙ hęc intentio, genus, non est quid, nisi tantùm uumero differentium, prędicatur tñ de differentibus specie: & ad illud quando dicitur ꝙ intentio prædicatur de hac & illa intentione, quæ differunt tantū numero, & materialr nomeraliter. Respon. ꝙ istę plures intentiones differūt materialr, remotè & à posteriori, sed propinquè & à priori differūnt specie, & formaliter. Scotus prima distinctione secunda, quęstione quinta, & tertia.

Contra tertiam concl. Arguitur 1.

Responsio.

Dubitatio.

Respon.

Contra.

Resp.

Secundò principaliter. Si hic à Porphyrio definitur non genus pro natura substrata, sed intentio generis, cui talis natura substernitur, à simili ego dico, ꝙ in cap. de specie Porphyrius definit speciem pro intentione, & nō pro re subiectà intentioni, & tunc genus nunquam prędicarēt de spē. Cōseqūētia probatur, q̄a cùm istę intentiones sint disparatæ, & unum disparatorum non prædicetur de altero disparato, tunc genus non prędicatur de specie.

Arguitur 2.

Ad hoc Respondeo, ꝙ licet genus, & species sint duæ species disparatę ipsius vniuersalis, & prędicatione signata genus non prædicetur de specie, cùm unum non sit alterum, idest intentio generis non sit de essentia intentionis speciei, tñ in

Resp.

in prædicatione exercita genos prędicatur de spe cie, dicendo homo est animal, cùm animal sit de intrinseca ratione hominis, & in primo modo di cendi per se 1. Poster. 30. Dices, Porphyrius diffi niendo genus, semper exemplificat de animali, & homine, ergo de illis intendit diffinitionem tradere, sed illa sunt genus, & species pro prima intē tione, ergo. Ad hoc respondetur, quod Porphyrius exemplificat de Animali, & Homine tanquā no bis manifestioribus, exempla enim ponimus nō quod ita sint, sed ut addiscant addiscentes 1. priorū Auerr. & ideo sic exemplificat, ut id quod importatur, & signatur per secundas intentiones, idipsum exerceatur per primus, seu per res subie ctas intentionibus, & propterea dicimus, quod cùm logica sit de secundis intentionibus non secundum se sumptis, quãt sic pertinent ad Metaphysi cum, sed applicatis primis; logicus habet diffinire intentionem generis, & aliorum prædicabiliū in concreto, ut concernit, connotat, & supponit pro fundamento diuersa prædicatione, uidelicet vt id quod signatur in una, exerceatur in alia, ex quo non sequitur, fundamentum esse illud, quod definitur, & fortè ab hoc non recedit Paulus Venetus.

Instantia.

Responsio.

Arguitur 3.

Tertiò arguitur sic. De quocunque prædicatur diffinitum, de eodem etiam prædicatur defini tio, cùm diffinitio necessariò conuertatur cū diffinito 6. Topicorum, & octauo Metaphysicea commento 27. & sint unum 7. Metaphysicea commento 21. sed res de singularibus prędicatur, ut Animal de Sorte, & Platone, ergo si ibi dif finiretur res, tunc diffinitio prædicaretur de ipsis singularibus, & sic uerum esset dicere, quod Sortes prædicatur de pluribus differentibus specie, sed hoc est falsum, cùm à prima substantia nulla sit prædicatio ex cap. de substantia, ergo hic non de finitur res, sed potius definitur intentio. Ad hoc respondet Aegidius sic, cùm dicis quod si res diffiniretur competeret Sorti, & Platoni, cùm res illa de ipsis prędicetur: dicendum quod uerū est si diffiniretur, ut res est. v.g. duplex est definitio rei, vna vt res est, altera verò est definitio rei prout intelligitur sub tali proprietate. Definitio primo modo competit omnibus singularibus, ut ista definitio animalis, substantia animata sensitiua, con uenit omnibus particularibus hominibus, non autem conuenit illis prout res intelligitur sub ta li intentione generica. Contra, quod intrinsecè conuenit rei, ut res est, conuenit illi rei vbicunq; reperitur, & qualitercunq; consideretur illa res, si igitur generi sumpto pro re conuenit prędicari de differentibus specie: & reperitur in Socrate & Platone, ergo Socrates & Plato prędicarentur de pluribus differentibus specie, si diffiniretur res, & non intentio. Sed dicet quis pro Aegidio, diffinitio nō inuenitur, nisi in substantijs quibus cō petit diffiniri 4. Met. cō. 13. & 7. Met. 17. & 19. sed genus sumptum pro intentione est accidens, cū sit ens in anima, seu ens rationis genus verò sumptum pro re, ut animal, est substantia, ut patet ex eius definitione, cùm dicitur, quod animal est sub-

Resp. Aegid.

Contra.

Euasio pro Aegidio.

stantia animata sensibilis, ergo definitur hic genus pro intentione, & non pro re. Ad hoc respō deo, quod de definitione accidentis intentionalis, du pliciter possumus loqui, uno modo absolutè. i. utrum potest definiri: alio modo respectiuè. i. an potest ita perfectè definiri quemadmodū, & substantia definitur; Tunc dico quod Auer. loquitur comparatiuè. i. sola substantia potest uerè & per fectè definiri, & precipuè species specialissima, vt homo, quod constat ex genere propinquo, & differentia specifica faciente aliud, sed non negauit accidens, uel reale, uel intentionale suo modo posse definiri: hinc est quod accidentia dicuntur habere aliquam definitionem, & non simpliciter 7. Metaphysic. com. 14 substantia verò habere definitionem simpliciter 5. Metaphysic. com. 34. & 7. Metaphysicorum 17. 18. & 19. imò ex hoc colligitur, quod hic definitur intentio, quia propriè definitiones sunt rerum realium per se considerātarum, quæ per accidens considerātur à logico, definitiones verò secundum quid, sunt accidentium intentionalium, quæ per se à logico cō siderant. Sed contra, instabit quis pro Aegidio, Met. Dialecticus. & Sophista, circa idem versantur 4. Met. c. 5. sed Met. definit genus, ut est res primę intentionis 5. Met. 33. eadem definitione qua hic definitur à Porphyrio, ergo Logicus considerat genus etiam pro prima intentione, sed modus definiendi sumitur à modo considerandi, ergo hic definitur genus pro re, & non pro intentione. Ad hoc respondetur, quod Metaph. & Logicus circa idē uersantur materialiter, sed diuersimodè formaliter, nam Metaphysicus considerat genus, ut est res realis, & per se, Logic⁹ verò ut est intentio . i. Metaph. considerat genus pro materiali, Logicus verò pro formali, & secunda intent. Secundò dico quod Metaphy. & Logicus uersantur circa idē, quia Metaphy. considerat ens reale, & ens rationis: ens reale per se, & ens rationis per accidens, Logicus verò etiam circa ens reale, & ens rationis, sed circa ens rationis per se, circa ens reale per accidēs. i. ut fundm̄ entis rōnis: Dices ergo si Metaph. considerat ens rationis Logicum, Meta. erit scientia rōnalis. Respondeo quod Metaph. quia cō siderat ens rationis ut ens & quidditatiuè. i. considerat intentionem, ut intentio est, Logicus verò considerat, ut instrumentū sciendi, & ideo Logica est sciētia rationalis uerè obiectiuè à princi pali obiecto p se cōsiderato, Meta. verò nequaq; & sic Met. considerat intentionem in abstracto, per accidens, & Logicus concretiuè sumptā p se: Contra, concretū & abstractum idem significant 7. Met. c. 11. ergo male dr̄ quod intentio ut quid est, habet definiri à Metap. sed concretiuè sumpta à Logico. Resp. duplex est concretū, quoddā est cō cretū pro significato, & connotato simul, vt hō & humanitas, & de hoc loquitur ibi Aristot. aliud est concretum pro significato tm̄, & ut sic intentio generis per se hic definitur.

Quartò arguitur. Cui competit diffinitio, illi etiam competit, & diffinitum, sed hęc definitio competit cuilibet pdīto, videlicet tàm substātię

Resp.

Instātia pro Aegidio.

Responsio.

Instantia.

Responsio.

Contra.

Responsio.

quàm

Ex Frãcisco de Maironis, quadruplex est unitas.

quàm accidentis, & non est aliqua res communia vniuoca substantiæ, & accidenti, ergo hic nō definitur res, sed intentio. Ad hoc respondet Aegidius concedendo maiorem. Et cùm dicis, quòd illa res reperitur in omnibus pūtis concedit, & quando dicitur, ꝙ nulla est res vniuoca substantiæ, & accidenti. Dico inquit, verum est, ꝙ nulla est res naturę sic communis, sed benè intellecta sub tali proprietate, vt dictum est, immo benè inquit Aegidius, si diceret postea, quòd esset vniuocum prędicatum, vt Scotus ad aliud propositum dicit.

Contra arguit Scotus.

Contra hanc responsionē instat Scotus q.14. id quod hic definitur vniuocè conuenit rebus omnium generum, ut animali, colori, & figuræ, cum secundum idem nomen & eandē definitionem de illis prædicetur, sed impossibile est, vt aliqua res reperiatur sub intentione sumpta, quæ vniuocè conueniat rebus omnium generum ergo: imò ut sic ens sub intentione generis posset esse vnum genus omnium, quod est falsum, & si res sub intentione definitur per accidens definitur, & si genus logicum pro re subiecta intentioni sit vniuocum, intentio tamē generis in communi ęquiuocè dicitur de genere ciuili & logico, ut inquit Versorius Parisiensis. Et sic concludo contra Aegidium & sequaces, quòd à Porphyrio hic nullo modo definitur genus pro re, nec absolutè, nec sub intentione concepta, nō absolutè, nam ut sic logica esset scientia realis obiectiuè, quia illa definitio esset realis, & non logicalis. Nec sub intentione, quia ut sic genus esset eus per accidens, cuius non est definitio, sed cum hoc definitio generis in secundis intentionibus tradita in actu signato, in primis intentionibus verificatur, in actu exercito, & tūc datur ꝑ primis intentionibus quantùm ad verificationē & secundariò, pro secundis verò intentionibus per se primò: & de hac lectione hęc sint dicta, per quam omnibus infra dicentis additus paratur.

Dubitatio.

Tandem quæret Nonitius, quomodo differunt hæ duę generis definitiones à Porphyrio hic positę? Respondet Paulus Venetus, quòd illa definitio, genus est cui supponitur species, est formalis, & principium demonstrationis; Alia uerò quam affert ex Aristotele 1. Topico. cap. 4. est materialis & conclusio demonstrationis, & pro exemplo fiat hæc demonstratio: Omne illud cui immediatè supponitur spēs, prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quodquid, sed genus est cui immediatè supponitur species, ergo genus prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quodquid, & sic dicit Gratiadeus ꝙ prima definitio generis est data secundum rationē ordinis prædicamentalis, alia verò secundū considerationem prędicationis.

Textus 5.

Ab ijs igitur, quæ de vno solo prædicantur, differunt genera: eo quòd hæc de pluribus prædicantur. Ab ijs autem rursus quæ de pluribus: à speciebus quidem, quoniam species etsi de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus specie, sed numero. homo enim cùm sit species, de Socrate & Platone prædicatur, qui non specie differunt, sed numero: animal verò cùm sit genus, de homine, & boue, & equo predicatur, qui differunt à se inuicem specie, non numero solum. A proprio verò differt genus: quoniam proprium quidem de vna sola specie, cuius est proprium prędicatur, & de ijs, quę sub ipsa specie sunt indiuiduis: quemadmodum risibile de homine solo, & de particularibus hominibus: genus autem nō de vna specie prædicatur, sed de pluribus & differentibus.

Continuatio textus.

Ammonius, Aegidius, & Antonius Andreas, textum hunc ad præcedentes sic continuāt: postquam Porphyrius supra posuit generis definitionem (vel descriptionem, vt Ammonius dicit, & malè) nūc datam definitionem exponit Auctor per tres differentias, quas cum indiuiduo, & quatuor reliquis prędicabilibus habet ipsum genus, & hoc voluit Ammonius dicens, quòd hoc loco docet Porphyrius quonam modo explanata generis definitio, aut certè descriptio, ipsū ab alijs omnibus seiungat: Quoad diuisionem verò spectat.

Diuisio textus.

Diuiditur textus in tres partes, secundum ꝙ à tribus differt genus, uidelicet ab indiuiduo, specie, & proprio: Prima incipit, ibi. Ab ijs igitur. Secunda ibi, ab ijs autem rursus. Tertia, à ꝓprio verò, &c. Definitio autem generis (quam hic declarandam reseruauimus) est ista: genus est qđ prædicatur de pluribus, differentibus specie, in eo quodquid: per ly, pluribus, differt genus ab indiuiduo, quod prædicatur de vno solo, per ly, differentibus specie, differt à specie, quæ prædicatur de differentibus numero; similiter à proprio, quod prędicatur de una sola specie, & de indiuiduis sub ea contentis; A differentia verò, & accidente differt genus, quia ipsum prædicatur in quid, illa uerò in quale, uel quale quid, quę definitio tres habet conditiones, ut dicit Caiet. prima est; ꝙ prædicatur de pluribus: secunda; quòd illa plura differunt specie: tertia; quòd prędicetur de eis in quid, sed ut prefixus seruetur ordo, nunc aliquot terminos declaremus, vt deinde ad exactiorem, & illius examen, generis definitionem accedere possimus.

Verba text.

[Ab ijs igitur, quę de uno solo.] Vnum, quarto Metaphysic. commento 3. & 10. Meta. com. 8. est priuatio diuisibilitatis, de ratione enim vnius est, ꝙ sit indiuisum à se, & diuisum ab omni alio. à quo venit vnitas, nam vni addita, tas, fit unitas; vnde quia vnum est concretum, & unitas est abstractum, & se habent vt sumptum & principale duodecimo Metaphysicorum 39. ideo dico cum Francisco de Maironis 1. senten. distinction. 8. q. 7. articu. 3. ꝙ quadruplex est vnitas: prima est

vnitas entis, quæ est eius passio conuertibilis cũ ente ex Scoto 2. senten. d 3. quæst. 6. & dist. 12. q. 1. & quarto Metaphysic. commento 3. quæ vnitas competit omnibus etiam primò diuersis, in quibus non includitur quidditatiuè ratio entis, quàmuis denominatiuè accipiendo ens secũdum latitudinem suę denominationis 1 secunda vnitas est passio entis quidditatiuè accepti, & ista non est sub vnitate ueritatis, & bonitatis: tertia vnitas est de genere quantitatis discretæ, & hæc non est numerus, sed principium numeri 10. Metaphysicorum tex. commento 2. Quarta vnitas est diuisiua entis, quando ens diuiditur in vnum & multa quinto Metaphysicorum tex. 12. & 4 Metaphysicorum commento 4. Hinc quatuor sunt in rerum natura inuicem sic ordinatę vnitates, uidelicet Numeralis, specifica, generica, & transcendens, secundum eundem Franciscum secundo sententiarum, distinct. 34. quæstion. 3. artic. secundo, à quo accepit Nicolaus Bonetus in prædicamentis libro quarto de relationibus, capit. quarto, quibus additur vnitas proportionis primo Metaphysicorum textu 12.

Nota 24. modos unitatis.

Et quia ab unitate dř unum. Dico multos esse modos unius. Et primò aliqua dñr unũ unitate transcendenti, & sunt illa quę conueniunt in ente, seu de quibus prædicatur ens siue vniuocè secundum Scotistas, siue analogicè sunt Thomist. Secũdò aliqua dñr vnũ vnitate generis generalissimi, siue sit generalissimum substantiæ, siue generalissimum accidentis, vt quæcunque sunt substantiæ compositę, & sunt in eodem genere generalissimo substantiæ, quod est supremum in arbore Porphyrij. Tertiò aliqua sunt vnum genere propinquo, vt homo & equus in Animali, quorũ vnum est genus, vel materia 5. Metaphysicorum com. 10. Quartò aliqua dicuntur unum unitate speciei subalternæ, vt sic homo, & equus sunt unum in corpore animato. Quintò aliqua dicuntur unum unitate speciei specialissimæ, ut sic omnes homines sunt unus homo: Sextò dicitur vnũ numero multipliciter, & primo modo illa sunt vnum numero quorum materia est una, ut Socrates, uel Plato, & sic vnum numero, & particulare sunt synonima 3 Metaphysicorum 14. quæ non prædicantur de pluribus primo Metaphysi. commento 28 & 7 Metaphysi. 55 & in prædicamento substantiæ, à prima substantia nulla est ꝑdicatio. Septimò aliqua dicuntur unum unitate definitionis, & sic homo, & animal rationale, sũt vnum realiter, distincta uerò ex natura rei, & sic unum definitione sunt unum specie 7. Metaphy. 45. & unum numero non habet definitionem, sed cognoscitur sensu 7. Metaph. 39, & Alexand. primo Naturalium. q. q. c. 3. siue sit unum numero positiuè, ut singulare demonstratum, siue singulare priuatiuè, ut materia prima, quæ est una negatione omnium formarum. 1. Phy. & 12. Metap. 14 Octauò aliqua dicuntur unum proprio, ut sic species specialissima, ut homo, & propria passio, ut risibile sunt unum numero proprio, quia risibile est proprium hominis. Nonò aliqua dicuntur unum accidente, & sic manus & albedo eius, sunt unum numero accidente, cùm albedo sit accidens manus. Decimò aliqua dicuntur unum per aggregationem i. per accidens 5. Met. 13. ut aceruus lapidum, uel frumẽti secundũ Franciscum 1. d. 8. q. 7. ar. 4. Vndecimò aliqua dicuntur unum constitutiuè, & sic plures partes integrales dñr unum, eo ꝙ constituunt unũ totum integrale, vel essentiale: ut materia, & forma 8 Met. cõ. vlt. Duodecimò aliqua dñt unum coniugatione, sic vir & vxor sunt duo in carne una. i. sunt duo supposita humanæ naturæ, matrimonio vnita. Decimotertiò aliqua dñr unum unitate natiua, ut sic anima & corpus dñr unum, quia vnum hominem realiter constituunt, iuxta illud Athanasij, sicut anima rationalis, & caro vnus est homo. Decimoquartò aliqua dñr vnum vnitate vniformitatis, ut sic cœlũ semper est vnũ. i. vniformè in operando, cùm motus eius sit regularis 1. Cœli. Decimoquintò aliqua dñr vnũ vnitate consentanea, seu consensus, ut sic duo homines idem sentientes, & existentes eiusdem uoti, dñr unus. Decimasexta dicitur vnitas uotiua cũ quis omnibus uotis alicuius adhęret. Decimaseptima est vnitas essentiatiua, ut in Diuinis Pater & Filius sunt vnum in vnitate essentię. Decimooctauò est unitas dignatiua seu hypostatica, qua natura humana assumpta est ad hypostasim verbi, cui dicitur vnita. Decimanona est unitas increata, qua tres diuinæ personę sunt vn' De°, quę unitas dicitur etiam essentialis. Vigesimò dř vnum vnitate compositionis secundum Franciscum de Maironis 1. sen. d. 8. q. 7. & hæc est unitas intrinseca qua materia & forma faciunt vnũ compositum. Vigesimaprima dicitur unitas indiuisionis, quæ est uera unitas, hæc. n. unitas omnem negat multitudinem, cùm unum & multa sint opposita 10. Metap. com. 9 Vigesimosecundò dicitur vnũ vnitate indiuisibilitatis, ut sic pũctus. dicitur vnus, quia indiuisibilis 5. Metapysi. 12. similiter, anima rationalis dř vna, & intelligẽtia dř vna, quia indiuisibilis. Vigesimotertiò aliqua dicuntur unum vnitate transmutabilitatis ut sic 1. de Gen. t. 43. & 5. Meta. com. 11. Illa quę vnã hñt materiam inuicem transmutãtur. Vigesimaquarta, & potissima unitas dicitur unitas cõformitatis, unde cùm homo Deum amat ut obiectũ beatitudinis nr̃æ, dř cũ Deo unus spiritus, vt inquit D. Bonauen. 1. sen. d. 31. q. 1. ar. 2. & de vnitate hęc sint dicta, vt de qua vnitate, & de quo uno numero Porphyrius loquitur, hic uideamus. Et quia unum & plura opponuntur 10. Metaph. ideo plura vel differentia tot modis possunt esse quot vnum. [Ab his autem quę de pluribus, &c.] hoc dicit ad differentiam indiuidui, vbi nota cũ Paulo Veneto, ꝙ triplex est vnum numero, videlicet Metaphysicè per indiuisionem, ut Deus & intelligentia. Mathematicè, ut una linea, & superficies; Physicè, ut Socrates, Plato, similiter tripliciter dicuntur plura numero, &c.

Verba text⁹.

[Pluribus.] Aliqua dici possunt plura tot modis, quot dici pñt vnum, sed illa significata tantùm

Verba text⁹.

tùm fumo, quæ ponit Aristoteles 5.Metaphysic. 12.dicuntur aliqua plāta genere, quę sub diuersis sunt generibus, ut linea & animal sunt diuersa genere, quia linea est in genere quantitatis, Animal uerò in genere substantiæ: diuersa & plura specie, quæ sunt sub diuersis speciebus, vt hic homo, & hic equus, quórum unus est sub specie humana. Alter uerò sub spē equina, plura uerò numero sunt q̄ p materiā differunt, ut Socrates & Plato: indiuidua.n.unius spēi participatione materię differūt ex Arist.7.Met.t.28.Them.1.de Anima.c.24.Auer.disp.1.fol.7.dubij, & ideo caueue dicas, ut quidam dicit, differentibus numerò.i.unitate, quia indiuidua differunt, vnitate verò minimè; cùm unitate conueniant, ppterea φ vnumquodque illorum est unum, sed bene indiuidua differunt suppositaliter inquantùm suppositum vnius realiter distinguitur à supposito alterius si sunt indiuidua substantię, si verò sūt indiuidua accidentis, differunt p subiecta. [A ꝓprio uerò differt genus,] Quęret hic Nouitius, quotuplex differētia est inter genus & ptopriū? Respondeo quod inter genus, & proprium, quadruplex inuenitur differentia: quarum prima est ex parte prædicationis, eo quòd genus de multis prędicatur speciebus, proprium verò de vna sola specie: v.g. animal de homine, & equo prædicatur, qui sunt duę species, risibile uerò si propriè, & non transumptiuè sumatur, de vna sola specie, idest de solo homine pręd'icatur; secunda est ex parte modi prædicandi, quia genus prędicatur de suis speciebus, & indiuiduis earum in primo modo dicendi per se 1.Poste.t.30. proprium verò prædicatur de sua specie, & indiuiduis suæ speciei in secundo modo dicendi per se 1.Poste. tex 31. v.g. Ista propositio, homo est animal, uel Plato est animal, est propositio primi modi dicendi per se 7.Metaph.comm.11. Ista uerò, homo est risibilis, uel Plato est risibilis, est secundi modi dicendi per se: tertia est ex parte modi essendi, quia genus fundamentaliter, est prius suis speciebus, propriū verò est posterius sua specie, cùm fluat à principijs essentialibus eius, ut inquit Albert.: quarta differentia est ex parte modi diffiniendi, eo φ genus ponitur in definitione suarum specierum, ut pars essentialis earum, proprium autem è conuerso definitur per suam speciem, ut risibile per hominē, vt Linconiensis, Apollinaris Cremonensis, Aegidius Romanus cæterique 1. Post. docuerunt.

Verba text. Quadruplex discrimen inter genus, & proprium.

[Proprium de una sola specie.] Proprium, proprietas, affectio, & ꝓpria passio, sunt synonima, & dupliciter sumūtur, aut uidelicet pro re primę intent. ut risibile, & hinnibile, aut pro sec. 2. applicabili ꝓprio pro prima int. sumpto, qđ de alijs prædicabilibus dicendum, ut admonet D.Caiet. Nunc verò generis definitionem examinemus, q̄ est conclusio demonstrationis, & sic ab Arist. traditur 5.Metaphysicorum, 33. 4.Top.c.1.& 1. Top.cor. cap.4. & hinc ad suum librum transtulit Porph.

Verba textus

CONCLVSIO.

Genus est quod prædicatur, de pluribus differentibus specie, in eo quodquid.

Concl. textualis.

Sed antequam hanc ueram definitionem examinemus, Nominalium error & extirpādus, ne ueritati capiendæ obicem ponat, & Nouitijs iter intercludat: Marsilius enim, & Ioannes Buridanus Nominales, & Ocbanistæ dicunt, φ generis definitio sic est intelligenda: Genus est terminus Incomplexus, nō ęquiuocus, prędicabilis in quid de pluribus, quorum significata differunt specie specialiss̄ima illius prędicamenti: quam definitionem sic explicant: primò dicitur (terminus incomplexus non æquiuocus) quia genera & species non sunt nisi termini absque compositione plurium terminorū, & sine ęquiuocatione: secundò (prædicabilis in quid) quia non oportet genus actu pdicari in quid, quia sufficit ut sit aptū natum prædicari: tertiò dicitur (de pluribus quorum significata differunt specie) quia homo non est genus, & tamen prædicatur de istis terminis, Sortes & Plato, qui differunt specie, quia magis differunt, quàm illi, puta Sortes & Sortes, qui differunt numero: quartò dicitur, (specie specialissima illius prędicamenti) quia animal, quod est genus, prædicatur de illis terminis, homo, & equus, quorum significata non differunt specie, quia conueniunt in specie caliditatis, & humiditatis: & ideo oportet ut differant specie specialissima illius prædicamenti. Hæc est monstruosa, simul & ridicuiosa Nominalium generis definitio, quam definitionē meritò repræhendit Paulus Venetus. Vera igitur generis definitionis explicatio secundum reales sit prædicta cōclusio.

In qua definitione. Genus pro secunda intentione sumptum, est res definita. [Quod] Petrus Tataretus dicit φ ly, quod, sumitur relatiuè, quia subintelligitur uniuersale loco generis: & Tol. dicit, pdicabile, & etiam Paulus Venetus in fi. cap. de Gene. & Petrus Niger q.39.φ uniuersale principaliter, licet ponat utrunque, Tiber. Bonon. & Philip. Mucagata: idipsum iuditio meo, φ quid alij dicant, tenet Alb. trac.3.c.3. Scot. verò q.15. & clarius Antonius Andreas, q. vltim. de genere. Dicunt, nihil debere præintelligi, sed ly, prædicari de pluribus; quod est definitio uniuersalis 1. Periberm. ponitur loco generis, quod uniuersale est genus generis, ut inquit Ant. And. ac si dicamus, genus est pdicabile de pluribus, &c. Sed ut ingenuè fatear placet mihi prima opinio, licet in re conueniant, & in modo differant solùm, id est genus est uniuersale, quod prędicatur, idest aptum est prędicari prædicatione signata, directè, & immediatè, vt inquit Alb. [de pluribus] nō comparatiuè, sed positiuè, idest multis, ut Burl. & Paulus Venetus admonent, & iuditio meo rectè sentiunt, ad differentiam indiuidui, seu singularis, & particularis, de quolibet prædicamento, tàm substantiæ, q̄ accidentis, qđ de uno solo pdicatur.i.de seipso tm̄, vt inq. Alb. pdicatione

innaturali, seu inartificiali, quam 4. Metaphysic. com. 3. & 7. Metaph. comm. 11. nugatoriam vocauit Auerroes, vt Plato est Plato. [&] hęc coniunctio, &c., dupliciter potest sumi, uno modo, uidelicet copulatiuè, ut Socrates & Plato currunt; alio modo expositiuè, prout idem est ac, idest, & sic sumitur in presenti. [Differentibus specie]. i. de multis speciebus, siue sint subalternæ, siue specialissimæ, quę existentes sub eodem genere sunt diuersæ species propter diuersas definitiones; & per hoc separatur, & discernitur genus à specie, & prædicatio generis à prædicatione speciei, inquit Albertus, & similiter à proprio differt genus, & prædicatio generis à prædicatione proprij; proprium enim propriè sumptum, quod cōuenit omni, soli, & semper, de vna sola specie, quā immediatè sequitur prædicatur, pullulat enim, & fluit proprium à principijs subiecti, & præcipuè à forma, & postea mediante illa specie prędicatur de indiuiduis illius speciei, verbi gratia, risibile quod fluit à rationalitate hominis, prędicatur de solò homine, & partibus subiectiuis eius, idest particularibus & induiduis hominibus, verbi gratia de Socrate, & Platone, dicendo Socrates est risibilis, Plato est risibilis. Genus autem non ut fluens, & consequens, sed ut prius natura suis speciebus, quas cum differentia constituit, prędicatur de speciebus, & indiuiduis specierum; & sic per prędicari de pluribus differentibus specie, genus differt à specie, & à proprio, quod est accidens speciei: hinc secundo Cœli, commento 80. & tertio Cœli 77. dicebat Auerr. quòd differentiæ sunt caussæ specierum, & sunt etiam caußæ accidentium in illis speciebus inuentorum, quę differentiæ sunt substantiales quinto Metaphysicorum commento 7. Et quia differre specie, nil aliud est, quàm differre definitione, vt 5. Metaphy. commen. 12. benè dixit Auerroes, cuius ratio esse potest, quia sola species potest definiri Hinc duo sequuntur. Primum ꝙ genus potest definiri non ut genus, sed ut species subalterna respectu sui generis, & ideo malè dixit Ammonius, & fortè etiam Albertus, ꝙ genus non definitur hic, sed describitur, bene tamen uerū est, ꝙ genus generalissimum, quod nullam habet habitudinem ad superiora, & quod ita est genus, ut nunquam posit esse species, non potest definiri, sed benè per suas proprietates manifestati, ut de omnibus pōtis fecit Aristoteles, quæ per quasdam proprietates declarauit. Secundò sequitur, ꝙ definibile debet esse ens, non potest autē definiri non ens 7. Metap. commen. 14. debet esse per se unum 7. Metaph. 17. & 8. Metaph. 15. debet esse ens reale 5. Meta. 14. & 6. Met. com. 8. debet esse compositum 7. Met. com. 40. debet esse vniuersale, & non particulare 7. Metaph. 53. & apud Alex. 1. Naturalium qōnum, c. 3. de qua re vide latissimè in discursu de triplici intellectu.

[In eo quod quid,] ponitur hoc, propter differentiam, & accidentia communia, eo ꝙ genus prædicatur in quid, differentia verò, & communiter accidentia prædicantur in quale: nam prędicari in quid, est prædicari essentiā per modum essentię, aut per modum per se stantis, & hoc cōuenit generi, & speciei, vel in quid. i. substantiuè secundum grammaticos, & non adiectiuè, scd'm B. Tho. opusc. log. tract. 1. c. 2. de Gene. prædicari verò in quale est prædicari per modum formę informantis, & denominantis, quo modo prędicatur differentia specifica: sed duplex est qualitas, quædam est antecedens, & constituens rē essentialiter, & hęc est differentia specifica. Alia verò qualitas est accidentalis consequens rem cuius est qualitas, vt albedo quę cōsequitur corpus dealbandum. Hinc dicimus ꝙ differētia specifica prædicat quidditatem quantùm ad rē importatam per ipsam, non autem quantū ad modum prędicandi, & sic differentia est quidditatiuum constitutiuè, non autem prędicatiuè, idest in prædicando, & ideo prędicatur in quale qd, in quale inquantùm prędicatur per modum informantis, denominantis, & qualificantis, in qd verò, quatenus est pars quidditatis speciei cuius est differentia. Hinc notabis Nouitie, ꝙ tripliciter aliquid potest dici, quid, primò secundum rē & modum, vt genus & species de prædicamento substantię. Secundò secundum modum, & non secundum rem, vt sunt genera & species accidentis, quę prædicantur in quid de suis inferiorib⁹. Tertiò secundum rem, & non secundum modū, vt sunt differentię substantiales. Et quia genus reperitur in substantijs & accidentibus, sufficit vt prędicetur secundum modum tantùm, & sic sumitur in præsenti. Et de diffinitione generis hęc sint dicta.

Sed dubitabit Nouitius, quæ erit uera definitio generis, speciei, differentię, proprij & accidentis, quando pro secunda intentione sumunt? ad hoc respō. ꝙ si difficile est cognoscere differētias substantiarum, difficilius cognoscere differētias accidentium realium, difficillimum erit cognoscere differentias entium rationis, seu accidētiū intentionaliū, possunt tñ suo modo entia rōnia intrinsecè, & formaliter definiri, ut benè inquit Scot. per terminos intentionales, sicuti entia realia per terminos reales. Quemadmodum Porph. definiuit, Arist. 1. top. cap. 4. sequutus. Quęret iterum Nouitius, posset ne aliter definiri genus, ǭ est à Porph. definitum? Resp. Petrus Niger in suo clypeo. q. 38. ꝙ posset clarius describi genus hoc modo. [Genus est respectus rationis, consequēs naturam rei intellectæ vt vna est secundum rationem ad seipsam, ut multiplicata est realiter secūdum species, in quibus est essentialiter secūdum rem, & modum.] In qua definitione ponitur ly. (Respectus rationis) loco generis, (consequens naturam rei intellectæ ad seipsam,) quia genus dicit respectum unius rei intellectę ad aliam, secundum rationem distinctam, nam genus dicit respectum ad speciem, licet supponat respectum obiecti ad intellectum, uel secundum acutos, & subtiles Scotistas consequitur comparationem passiuam factam ab intellectu inter duo obiecta cognita, puta, inter animal & hominem

Marginalia: Verba text⁹. (beside "csuit Auerroes…") ; Verba text⁹. (beside "sic sumitur in presenti") ; Duo correlaria. (beside "finiri Hinc duo sequuntur") ; Secundum. (beside "quasdam proprietates") ; Verba text⁹. (beside "[In eo quod quid") ; Tripliciter dicitur qd. (beside "est differentia. Hinc notabis") ; Dubitatio. (beside "Sed dubitabit Nouitius") ; Responsio. (beside "hoc respō.") ; Dubitatio. (beside "Quęret iterum") ; Responsio. Petri Nigri. (beside "Resp. Petrus Niger")

hominem, mediantibus eorum proprietatibus dicitur [ad seipsam] ad differentiam proprij, & Accidentis, quę dicunt respectus rationis consequentes res consideratas per respectum ad subiecta à quibus realiter distinguuntur, si sunt verè proprietates, & Accidētia: Dicitur [vt multiplicata est secundum speciem] Ad differētiam ipsius speciei, quę solùm multiplicata est secundum Indiuidua inquantùm species: Dicitur [in quibus est essentialiter secundum rem, & modū] ad excludendum ipsam differentiam, quæ & si secundum rem est in specie, est in ea secundū rem, non tamen secūdum modum, cùm talis modus
Dubitatio. sit accidentalis: Amplius hic dum hoc anno Scoti subtilis Doctoris vniuersalia legerem, quidam acutus Discipulus à me quęsiuit, Vtrum Deus sit genus? Et pro ratione dubitandi affirmatiuè sic arguebat: Illud quod prędicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, est genus, sed Deus prædicatur de pluribus differentibus specie in eo ꝙ quid, ergo Deus est genus. Maior patet ex Porphyrio, & 1.Topi.c.4. Amplius quia si licet arguere à definitione ad definitum, & è conuerso, tam constructiuè, quàm destructiuè, in terminis realibus, v.g. est Animal rationale, ergo est homo, & è conuerso, Non est animal rationale, ergo non est homo, & è conuerso, licebit ēt sic arguere in terminis intentionalibus, hoc modo, prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ergo est genus; Est genus, ergo prædicatur de pluribus differentibus specie in eo ꝙ qd, & similiter destructiuè seu negatiuè. Minor etiā probatur, ꝙ Deus prædicatur in quid de pluribꝰ differentibus specie, & primò ꝙ prædicetur in quid, quia Deus prædicatur de Patre, Filio, & Spiritusancto in quid, cùm quęlibet istarum propositionum sit quidditatiua, Pater est Deus, Filius est Deus, & Spiritussanctus est Deus: & ꝙ istæ tres personæ Diuinę distinguūtur specie probatur sic. Illa quæ distinguuntur plusquàm numero, distinguuntur specie, sed tres personæ Diuinæ distinguūtur plusquàm numero, quia in nobis Pater, & Pater differunt numero, & Pater, & Filius plusquàm numero, ergo à simili in Diuinis, sed illa quæ differunt plusquàm numero, differunt specie, ergo Pater, & Filius, & consequenter Spiritussanctus distinguūtur specie. Vt huic
Respōsio per duo suppositꝰ; & quatuor concl. dubio, & dubitanti satisfiat per duo præsupposita, & quatuor concl. Rñdeo primum præsuppositum est ex Aegidio Romano primo Physi. textu 56. ꝙ duplex est genus videlicet. Genus prędicabile, & genus subijcibile: Genus subijcibile adhuc duplex est, videlicet. Remotum, & propinquum: Remotum est Materia prima, ꝑpinquū est substantia prima composita ex materia, & forma; Materia prima dicitur genus. i. subiectū formarum substantialium, substantia prima verò subiectum formarum accidentalium. Secūdum suppositum sit, ꝙ aliud est aliquid esse genus, aliud verò est, esse i genere; His igitur suppositis.
1. Conclusio. Sit prima conclusio: Deus non est genus subijcibile remotum .i. non est Materia prima, vt falsò volnit Alexander Epicurus referente Achillino Bononiensi 1.Physi.tex.83. Et Dauid de dinando apud S.Thomam 1.par.q.3.art.8. quorum rationes in cap. de differentia, in quadam Digressione dissoluemus. Secunda conclusio, Deus nō est genus subijcibile propinquum .i. substantia corporea composita, accidentibus substrata; cū Deus sit summe Simplex, vt bene probauit Scot. in 1.distin.8. q.1. in quo male dixerunt Antiqui sensum cum intellectu confundentes, & oia esse corporea affirmantes, sed Deus immixtus est, vt de mente Anaxagoræ 3.de anima tex 4.dixit Aristoteles. Tertia conclusio, Deus non est in genere prędicabili, etiam remotis imperfectionibus, quicquid dicant Ioannes Bacchonitanus 1. sent. dist.8.& dist 9.quęst.1. Gulielmus Occham, Robertus Holcot, & Gregorius de Arimino 1.sen. dist.8.q.3. aduersus quos eum D. Thoma 1.par. q.3.art.5.& Scoto in 1.sen.dist.8.q.3. sustinemꝰ, ꝙ nec formaliter, vt substantiæ compositæ, nec reductiuè vt Materia prima, & Forma, Deus est in genere prędicabili, seu prędicamento. Quarta conclusio quęsito responsiua sit ista. Deus non est genus prędicabile, quę conclusio est expressa D. Augustini sententia 7.de Trinitate cap.6. dicē tis, ꝙ si essentia esset genus, & persona Diuina esset species, vt nonnulli sentiunt, oporteret esse tres essentias, sicut sunt tres personæ in Diuinis; eo modo, quo tres equi sunt tria Animalia, cùm equus sit species, & Animal sit genus; sed tres ꝑsonæ non sunt tres Dij, quasi dicere velit D. Augustinus, ꝙ Genus in species diuisum, multiplicatur in speciebus, sed Deus, vel essentia Diuina, non multiplicatur in personis Diuinis, & sic nō est genus ad tres personas diuinas, nec species .i. tres personæ non sunt essentialiter distinctę, sicuti sunt tres homines sub specie humana, qui habent tres essentias realiter distinctas, & hęc quoad conclusiones: Ad Argumētum modò pro ratione dubitandi Respondeo, primò negādo tres Diuinas personas distingui specie sub vno genere, vel distingui numero sub eadem specie. Secundò dico, ꝙ Pater, & Filius in nobis differunt numero essentialiter, sed Pater, & Filiꝰ in Diuinis, non distinguuntur numero essentialiter, cùm vna sit Diuina essentia in tribus personis, in Patre incommunicabiliter, in Filio verò, & Spiritu sancto communicabiliter: Contra, Aut tres personæ Diuinę distinguuntur numero, aut non; si Contra. non, ergò est tantùm vna Diuina persona, sicuti est Vnus Deus, & sic incurritur error Sabellianus: Aut distinguuntur numero, & tūc arguo sic. Quęcunque distinguuntur numero, conueniunt in specie, sed quę conueniunt in specie, habent commune genus, & Deus est quid cōmune tribus Diuinis personis, ergo Deus illarum est genus: Ad hoc Respondeo ꝙ tres Diuinas per- Resp. sonas distingui numero potest dupliciter considerari, vno modo, numerositate essentię, & hoc non, cùm in eis sit vna tantùm essentia cōtra Arrianos; Aut numerositate suppositi, & sic personę dici possunt distingui numero contra Sabel-

lium

lium quia in Diuinis sunt tria supposita essentia liter eadem, realiter tn̄ distiucta, & nou seipsis, vt voluit Gregorius de Arimino iu 1. dist. 26. Sed per relatioues originis secundum S. Thomam in 1. dist. 26. q. 2. ar. 1. ad quintum, & secundum Caietanum 1. parte q. 40. com. 1.

Contra. Contra, processiones Diuinæ specie distiuguūtur, cùm vna sit per intellectum, & altera per voluntatem, ergo & personæ procedentes sunt specie distiuctæ. Ad hoc

Resp. Respondeo, & dico q Diuinæ processiones non sunt propriè specie distinctæ, cùm Personę procedentes iu vnitate essentiæ procedant, sed quia Personæ procedunt in vnitate essentię, personæ nou distinguuntur specie, quia tameu processio nes istæ sunt distinctæ, cùm vna sit ab vna tantū persona, Alia verò à duabus, hinc Filius, & Spiritussanctus procedentes, sunt personæ realiter distiuctæ. Et sic firma remanet Responsio; quòd Deus non est genus, in cuius oppositum arguebat ingeniosus Discipulus.

Constructio litteræ. [Ab ijs igitur quæ de vno solo prędicātur differunt genera].i. Genera differunt, & distinguūtur quoad predicari, ab ijs, scilicet Indiuiduis, q̄ prędicantur de vno solo. i. quorum vnumquodque prędicatur tantùm de seipso. [Eo q hęc de pluribus prędicantur].i. eo q hęc genera prędicantur de pluribus, indiuidua verò de vno solo. [Ab ijs autem rursus quæ de pluribus].i. non solùm ab indiuiduo quæ prędicatur de vno solo, sed etiam ab ijs quę prædicantur de pluribus differunt genera [A speciebus quidem].i. à speciebus quidem, quæ etiā de pluribus .i. multis prędicantur, differunt genera [Quoniam species, & si de pluribus prędicantur].i. quia quamuis species prędicentur de pluribus .i. multis [non tamē de differentibus specie].i. nō propterea prędicantur de pluribus speciebus, quę definitioue inter se differunt [sed numero].i. sed vnaquęque istarum specierum prędicatur de pluribus quę differunt numero. i. per materiam, vt inquit Albert.⁹ [Homo enim cùm sit species].i. homo specificè sumptus, cùm sit species, & non genus [De Socrate, & Platone prædicatur].i. prędicatur de solis indiuiduis, dicendo Socrates est homo, Plato est homo. [Qui non specie differunt].i. qui Socrates, & Plato, & alij particulares homines, non differunt ad inuicem specie .i. per formā, [sed numero].i. per materiam: [Animal verò cùm sit genus].i. Animal verò cùm sit genus propinquum [De homine, Boue, & equo prędicatur] dicendo homo est animal, Bos est animal, & Equus est animal [Qui differunt à se inuicem specie].i. qui homo, Bos, & equus inter se differunt specificis differentijs, ac proprijs definitionibus, per propriam formam [non numero solùm].i. & nō per solam materiam: [A proprio verò differt genus] .i. Differt etiam Genus non solùm ab indiuiduis & speciebus, sed etiam à proprio [Quoniā proprium quidem].i. quod est quartum prędicabile, & quarto modo sumptum [De vna sola specie cuius est proprium prędicatur].i. prędicatur de vna sola specie, cuius speciei est proprium, & à cu ius principijs fluit, & emanat. [Et de ijs quæ sub ipsa specie sunt indiuiduis].i. & hoc propriū nō solùm prędicatur de sua specie, vt adęquato subiecto, sed etiam de indiuiduis, & singularibus, quę sunt & cōtinentur sub specie, tamquàm de subiectis in adęquatis [quemadmodum risibile de homine solo, & particularibus hominibus].i. vt exemplo dicemus, sicuti risibile propriè, & nō transumptiuè sumptum, prędicatur de solo homine, qui est species, & de particularibus hominibus, qui sunt indiuidua humanę speciei: [Genus autem non de vna specie prędicatur].i. gen⁹ verò non de vna sola specie prædicatur, ut proprium. [Sed de pluribus].i. de pluribus, & non de vno solo, vt indiuidua [Et differentibus].i. differentibus specie, ad differentiam speciei, & proprij, quę prędicantur tantùm de pluribus differentibus numero: Sed constructa litera ex textu tres conclusiones elicio.

CONCLVSIONES.

Prima; ista generis definitio, Genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, bona est, cuius partes conuenienter sunt in ea positæ. 1. Cōcl. text. *Secunda; prædicta Generis definitio, non descriptiua, sed quidditatiua est, quamuis additamentalis, seu per additamentum tradita.* 2. Cōcl. text. *Tertia; Quando Genus prædicatur de specie prædicatione exercita in fundamentis, dicendo Homo est Animal, est vera prædicatio.* 3. Cōcl. text.

SED contra has cōclusiones, vt earum veritas magis elucescat, arguitur; & contra primam conclus. q illa particula, differentibus specie, sit inconuenienter posita: primò sic. Illa particula, per quam non distinguitur diffinitum ab alio, in definitione inconuenienter ponitur, sed per hanc particulam, differentibus specie, positam in definitione generis, non distinguitur Genus ab alijs prędicabilibus, ergo ista particula, differentibus specie, in definitione generis, est inconueniēter posita: Maior probatur, quia definitio 1. Topic. cap. 4. 2. Physi. tex. 19. & 6. Metaphys. 2. dicitur terminus, cuius est distinguere, & separare. Minor probatur, quia per hanc particulam non distinguitur genus à specie. Nam genus prędicatur de pluribus differentibus numero, cū, 5. Met. tex. com. 12. illa q̄ differūt spē differāt etiā numero, sed de differētibus numero, ponitur in definitione speciei, ergò per hanc part. nō distinguitur genus à specie, & consequenter est inconuenienter posita: Ad hoc est vna Antiqua respōsio, q Genus vt genus prędicat̄ de pluribus differentibus numero non nisi per accidens; sicut i secundum extraneam rationem potest esse gen⁹, & species; vult dicere, q Genus vt q̄ id, prędicatur de differentibus specie, vt modus verò seu vt induit modum speciei, tūc prędicatur de pluribus differentibus numero. Contra arguit Scotus q. 17. Genus per se prędicat̄ de pluribus differētibus specie, ergo & per se prędicatur de differen-

Arguitur 1.

Respō. antiqua.

Cōtra arguit Scotus.

ferentibus numero sub speciebus contentia: Ad hoc Respondeo, quod Genus dicitur per accidens prædicari de differentibus numero, vt per accidens, idem est, ac per aliud.i.per speciem, quia de nullo singulari prędicatur genus, nisi sit in aliqua specie contentum: vel secundò dici potest, quòd species prædicatur de pluribus differentibus numero immediatè, genus verò mediatè mediante specie: Tandem rńdeo quod & si species prędicatur de pluribus differentibus numero, de illis prędicatur cum præcisione .i. tantùm. Et sic non sequitur ad differre specie, differre etiam numero, & sic benè ponitur illa particula vt differentis generis, eo quod per illam differentiam vniuersale descendit in suas species, quod diuiditur per prędicari de pluribus differentibus numero, & pluribus differentibus specie.

Resp. triplex

Arguitur 2. Secundò Arguitur sic: Dicit Porphyrius quòd Genus per prædicari de pluribus differentibus specie, differt à proprio quod prędicatur de vna sola specie. Contra. Dantur aliqua genera intermedia, quę habēt sua propria, vt numerus cuius proprium est par, vel impar t.Poste.tex.31. triangulus, figura, &c. Aut ergò ista propria prędicantur de pluribus differentibus specie, & sic sequitur intentum. Aut non prędicantur de pluribus differentibus specie, & tunc non erunt propria, cùm de ratione proprij sit t.Topic.c.4. conuerti cum eo, cuius est proprium; & sic de quibuscum que prædicatur subiectum, de illis etiam prędicatur passio illius subiecti. Ad hoc respondetur à Paulo Veneto, quod proprium cuicumq; competit, illi competit sub ratione speciei, inquantū quodammodo est spēs, & sic proprium illud conuertitur cum eo, inquantùm prędicatur de pluribus differentibus numero; & ratio est, quia propriū est passio subiecti demonstrationis, quod est species, quæ sola diffinit, & de ea precognoscit quid, & quia t.Poste.tex.2. & quę sola habet genus, & differentiam, à qua differentia fluit ipsum proprium, quod semper prædicatur de plurib⁹ differentibus numero. Vt arguatur sic, de quocunque, non prædicatur vnum conuertibilium, nec prædicat alterum, sed species, & proprium sunt conuertibilia, & species non prędicatur de differentibus specie, ergò nec proprium. Contra. Species subalterna habet propriū, & prædicatur de differentibus spetie, ergò, & proprium eius: Secūdò Genera generalissima habēt propria, patet in prædicamento substantiæ, cuius sex proprietates assignat Aristoteles. Tertiò ens habet passiones, vt patet 4. Metaphysi. & prędicatur de differentibus specie ergo, &c. Ad hęc dupliciter Respondetur, primò quod omnibus istis cōuenit propriū inquantùm induunt modum speciei, quod de ente euā dixit Franciscus de Maironis in Prologo sui conflatus q.t t. Secundò Respondetur, quod cùm dicitur, quòd proprium cuicumq; competit, sub ratione speciei competit, & sic prędicatur de differentibus numero, verum est in secunda intentionibus, in fundamentis verò fortè habet veritatem, & de hoc non loquimur in præ-

Respon∫io.

Contra.

Respon∫io.

senti. Et Tiberius Bononiensis propositione secunda dixit Ad hoc, quod licet entis, & generum, sint passiones, appropriatè tamen propriū dicitur respectu speciei specialissimæ, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. Hinc videas Nouitie quomodo errauit quidā in hoc passu dicens, quod duplex est propriū, videlicet genericum, vt sensibile, & specificum vt risibile, dixit enim sensibile esse propriū, quod falsum est, cùm sensibile sit differētia Animalis, nec ad hoc op⁹ est multis auctoritatib⁹, sufficit.n. Porphyrij auctoritas in cap. de differentia, cuius verba sunt ista, sic verò & supremę substantię, cùm diuinę sint, Animati, & inanimati differentiæ, sensitiui, & insensitiui, Animata quidem & sensitiua iuxta substantiam sumptę animal perfecerunt. Ecce quomodo sensibile est differentia, & nō propriū ipsius Animalis. Sed dubitabit Nouitius, Homo, & equus conueniunt in specie, cùm vterque sit species, ergò genus non prędicatur de differentibus specie. Ad hanc dubitationem est vna prima responsio Alberti trac.3.c.4. qui hanc dubitationem, Sophisticam obiectionem vocat, dicens, si quis Sophisticè objiciat, quod homo, Asinus, & Leo non differunt sed conueniunt specie, quia quodlibet eorum species est; erit constructio in habitudine causæ formalis, & sic incidit sophisma secundum Amphibologiam, vult dicere quod conueniunt in nomie speciei, sed sunt secundum se species differentes, primo intentionaliter sumptę, vt supra dicebat etiam Paulus Venetus.

Resp. Tiber. Bononiensis.

Cauendum.

Dubitatio.

Responsio.

Tertiò arguitur sic. Ista definitio cōpetit Differentiæ, probatur quia dicitur, prædicat de pluribus differentijs differentibus spetie, & de pluribus speciebus, vt inquit Porphyrius. Ad hoc respondetur quod valet de Differentia Generica, non autem de differentia specifica. Secundò respondetur, differentia prędicatur de pluribus differētibus specie.i. de speciebus differentibus, quę inter se non spetie, sed numero differunt, v.g. Differentia sumpta pro secunda intentione prędicatur de hac, & illa differentia, quę numero tātùm inter se differunt. Similiter etiam Genus & species sunt intentiones, quorum singularia sunt hoc genus, hęc species, & ideo dicimus quod genus pdicatur de pluribus differētibus specie.i. de speciebus differentibus, inquantùm intentio generis applicata Animali prædicatur de hac specie applicata homini, & illa spetie applicata equo, & sic de alijs, quę species differentes sunt, non tamen specie, sicut homo & equus, sed tantùm numero, quia sunt indiuidua speciei, quæ tantùm differunt per materias, quę cùm sint accidentia, per subiecta indiuiduantur, & multiplicant: vnde si quæras Homo est species, & equus est spēs, homo & equus differunt ne specie? Respondeo sic, quia sunt species primę intentionaliter sumptę, quę differūt quidditatiuè p propriās eaiū definitiones quæ differentia est ab intrinseco, species verò applicata homini, & species applicata equo differunt solo numero, cùm sint accidentia, quæ distinguuntur per materiam: similiter

Arguitur 3.

Responsio.

Dubitatio.

Respo.

Genus

Genus applicatum substantię, & Genus applicatum qualitati, numero differunt, quę sunt singularis generis, v. g. Genus secundò intentionaliter sumptum prædicatur de genere applicato Aīali, & de genere applicato colori, quia sunt indiuidua generis Logici, differētia inter se numero solùm, diuisione sumpta à subiectis, quæ sunt Animal, & color. Et hoc benè notabis, & memoriæ mandes, quia per hoc multa argumenta soluuntur, & cognoscitur rei veritas: vnde ad argumentum ab Alberto supra motum sic respōdetur, ꝙ homo est species, & equus est species, verum est, sed nō sequitur, ꝙ homo, & equus sint in eadem specie, & ratio est, quia & si homo, & equus conueniunt in specie communiter sumpta quę est communis ad omnem speciem, non tamen conueniūt in speciebus applicatis, quia species applicata homini, non est species applicata equo, v. g. licet paries, & lignum conueniant in albedine, tamen albedo parietis non est albedo ligni.

Responsio.

2. conclusio. Secunda conclusio erat talis, prædicta Generis definitio nō descriptiua, sed quidditatiua est, quamuis per additamentum tradita, & quia hęc conclusio maiorem nobis facit difficultatem, in fine capitis de generę, circa illa verba nihil igitur superfluum neq; diminutum &c. ibi de ea disputabimus, sed tamen contra eam arguo, probando genus non prędicari de pluribus differētibus specie sic.

Contra. Sed contra hanc secundam concl. Arguo sic. Aliquid prædicatur de pluribus differentibus specie quod non est genus, ergo concl. falsa, quia vt sic definitio competeret alteri à definito. Antecedens probatur; quia ens non est genus, cùm sit transcendens genera; & tamen prædicatur de pluribus differētibus specie. Vt de homine, & equo, dicendo, homo est ens, equus est ens, & similiter motus non est genus cū sit post prædicamentum, & tamen p̄dicatur de pluribus differentibus specie, vt de augmentatione, & alteratione q̄ differunt specie.

Responsio. Ad hoc respondetur ꝙ de ratione generis est, vt immediate prædicet solùm de differētibus specie, sicut de ratione speciei est ꝙ prædicetur solùm de differentibus numero, sed ens, & motus, non prædicātur solùm de differentibus specie, sed etiam genere, quia homo, & albedo de quibus prædicatur ens, & alteratio, & augmentatio de quibus prędicatur motus, non sunt eiusdem generis, cùm sint in diuersis prædicamentis, & eos non immediatè prædicatur de speciebus, sed de decem generibus generalissimis æquiuocè vt infra cap. de specie dicet Porphyrius:

Contra. Sed contra: Homo prædicatur de pluribus differentibus specie, ergò homo est genus, antecedens probatur, quia homo prędicat de Auerroe, & Pulisena differentibus specie.

Responsio. Ad hoc respondetur ꝙ Dominus Alulidus Rosades seu Auerroes, & Domina Pulisena, sunt idē specie, quamuis differant sexu masculino, & feminino.

Contra. Contra. Magis differunt Auerroes, & Pulisena, quàm sortes, & Plato, sed sortes, & Plato differunt numero, ergo Auerroes, & Pulisena differunt plusquàm numero, sed illa q̄ differunt plusquàm numero, vt benè dixit Aristoteles in libro 5. Metaphysic. cap. de eodem, differunt specie ergo.

Ad hoc respondeo ꝙ Auerroes, & Pulisena differunt plusquàm numero, & quādo infers, ergo specie, negatur cōseqnētia, nā differunt plus quàm numero, quia etiam & sexu, quomodo nō differunt sortes, & Plato, quorum vterq; est Masculus. Nam non sequitur ista consequētia, Albedo, & Nigredo magis differunt quàm albedo, & rubedo, sed albedo, & rubedo differunt specie, ergo albedo, & nigredo plusquàm specie, qa cùm sint in genere coloris, sunt eiusdem generis, & sic non possunt differre specie, quamuis differant penes magis simplex, & minus simplex ob maiorem, & minorem ad mixtionem contrarij. Et hęc ioco his Bacchanalibus de Alulido Rosade, idest Auerroe, & Pulisena in gratiam cuiusdam, quem vos non latet, sint vobis dicta. Responso.

Tertia conclusio erat ista. Quando Gen' prędicatur de spetie prædicatione exercita in fundamentis, dicendo Hō est aīal, est vera prædicatio. 3. Conclusio.

Circa hanc concl. nōta, ꝙ ideo dico in fundamentis in actu exercito, quia formaliter in actu signato sine dubio est falsa, vt dicendo spēs est genus, nisi in subalternis, dicendo, ꝙ species ve quid, est genus vt modus. Vnde non dubitam' de hac propositione ꝙ sit falsa, species est genus: Sed de ista, Homo est Animal. Notandum.

Et cōtra eam Primò arguit̄ sic. Nulla pars p̄dicat̄ de toto 4. Topic. c. 2 sed genus est pars speciei 5. Meta. tex. 30. & 31. ergò gen' nō prædicat̄ de spetie, sed Aīal est genus, & homo est species, ergò Animal non prædicatur de homine, & sic ista est falsa, Homo est Animal: Minor ꝙ genus sit pars speciei probatur sic, illud quod est pars diffinitionis, est etiam pars sui diffiniti, sed genus est pars definitionis 5. Metaph. 30. ergo est pars definiti. Arguitur 1.

Ad hoc respondetur supposito vno dicto Scoti in antepredicamētis q. 7. 1. libro reportationum dist. 8. q. 4. 1. sen. dist. 3. q. 3. & dist. n. 8. q. 2. & in 2. sen. dist. 3. q 6 ꝙ genus, & Differētia sumuntur à diuersis rebus, vel realitatibus, illa à qua sumitur gen', est materialis potentialis, cōtrahibilis, & determinabilis, & est ipsa Materia 8. Metaph. com. 10. Illa verò a qua sumitur differentia, est formalis actualis, contrahens, & determinans, i. genus sumitur à materia quam demōstrat, & differētia à forma 2. de anima com. 8 vnde & si Genus est simile materię 5. Metaph. com. 10. non tamē est vera Materia 1. Metaph. 17. Hinc sicuti materia non prædicatur de forma, ita nec genus de differentia 3. Metaph. com. 10. & sicuti habemus duplicem materiam videlicet propinquam, & remotam ita etiā habemus genus propinquum, & remotum 2. Physi. 28. & 5. Metaph. com. 10. similiter habemus differentiam vltimatam. i. specificam, & non vltimatam. i. genericam. Responsio. Ex supposito Scoti.

Tunc ad argumentum Respōdetur, ꝙ genus est pars speciei; & partem prędicari de toto stat dupliciter; vno modo per modū partis, & hoc nō; alio modo per modum totius, & sic genus prædicatur Resp. ad arg.

dicatur

dicatur de spetie. & fundatur ista responsio in doctrina Auic. 5 Metaphys. vbi inquit, quod manus, & manuatum idem significant, sed manus se habet per modum partis, & ideo non potest dici, homo est manus, manuatum verò per modum totius, & ideo benè dicit, homo est manuatus, manuatum enim dicitur habens manus, sicuti Animal exponitur, i. habens sensum, & Rationale habens intellectum. Et Genus est simul pars, & totum; pars quidem in diffiniendo, i. vt est pars definitionis, Totum verò in prędicando.

[Contra.] Contra sic. Duo contradictoria de eodem verificari non possunt 4. Metaphy. sed genus est totum 4. Topi. & 5. Metaph. est pars, ergò si genus respectu speciei esset totum, & pars, tunc genus esset totum, 4. Topic. & non totum 5. Metaphy. Et esset pars; & non pars. Ergo falsum est dicere, quod genus in actu exercito de specie prędicatur vt totum, & quod respectu speciei sit pars, & sic totum:

[Responsio.] Ad hoc Respondeo, quod nulla implicatur contradictio, & Dico quod totum, & pars eodem modo sumpta, & respectu eiusdem implicant contradictionem, non tamen diuersimodè accepta, nam genus est totum vniuersale in prędicando respectu speciei, & pars quidditatiua in diffiniēdo, & constituendo respectu eiusdem, contradictio autem esset si Genus esset totum in prędicando, & pars in prędicādo respectu eiusdem speciei, pars quidditatiua, & totum quidditatiuum respectu eiusdem speciei; & sic licet pars per modum partis, & totum per modum totius respectu eiusdē repugnent, non tamen pars sumpta per modum totius repugnat toti.

[Arguitur 2.] Secundò arguitur ad idem sic. Materia non prędicatur de eo cuius est materia, sed genus est materia speciei, ergo Genus non prędicatur de specie: Maior probatur 1. Phys. 15. 7. Metaph. 34 & 9. Metaphy. com. 12. Minor probatur auctoritate Porphyrij, ergo genus non prędicatur de specie prędicatione exercita in fundamentis.

[Responsio.] Ad hoc respondetur, quod genus non est materia speciei, sed forma, quia 7. Metaph. 35. omnes partes diffinitionis sunt formę: Contra; Forma est actus qui separat, & distinguit, sed genus non distinguit, imò vnit species, quæ sunt in eodē genere; ergo gen' cùm nō distinguat, nec erit forma.

[Responsio.] Respondeo quod duplex est forma; quædam est vltimata, & completiua speciei, & hæc separat, & distinguit, quędam verò est forma non vltimata, vt est genus, & hęc non separat, & distinguit, nec Porphyrius dicit, quod genus est materia licèt sit simile materiæ 1. Metaph. 33, 7. Metaphy. 43. 8. Metaph. com. 5. 10 Metaph. 24. & t 2. Metaph. 14.

[Contra.] Contra. Forma non prędicatur de eo cuius est forma, sicuti neque materia prędicatur de eo cuius est materia; sed genus per te est forma, ergo non prędicatur de specie cuius est genus.

[Responsio.] Respondetur quod duplex est forma, quędam est forma partis, quę præcedit compositum inquit Auic. vt est Anima; Quædam verò est forma toti' consequens compositum, vt humanitas, quę resultat ex vnione materiæ cum forma, illa nō prędicatur de cōposito, quia non est genus, ista verò est genus, & prędicatur de composito:

Contra. Forma totius nō prędicatur de eo cuius est forma, sed genus prędicatur de eo cuius est genus, ergo illa forma non est genus, nec consequenter prędicatur de composito. Maior probatur, quia ista est falsa, Homo est humanitas, ergo falsa est prima, respōsio negans genus esse materiam: [Responsio.] Respondetur igitur quod genus non est materia; sed similis materiæ, secundum Porphyrium, & 5. Metaph. com. 10. & ideo quamuis materia non prędicatur de eo cuius est materia; Genus tamen potest prędicari de eo cuius est genus, & respectu cuius quodammodo se habet vt materia, A materia enim differt genus, quia materia prędicatur denominatiuè de eo cuius est materia 7. Metaphy. 24. t. Metaph. 17. & 9. Metaph. t 2. dicendo statua est lignea, nō autem statua est lignum, genus verò in prędicatione exercita prędicatur in recto de eo cuius est genus, dicendo homo est animal.

[Ad aliud respondetur.] Ad illud ex 2 Physic. 35. 5. Metaph. 2. & 7. Metaphysi. 35. quod quęlibet pars definitionis est forma. Respondetur quod partes definitionis quidditatiuæ, & Metaphysicalis, si comparantur inter se, vna se habet vt materia, puta genus, & altera se habet vt forma, i. differentia; si verò considerantur in ordine ad compositum definitum, sic quęlibet est vt forma, idest principium formale constitutiuum intrinsecū respectu diffiniti;

[Contra.] Contra, forma distinguit, sed genus vt pars definitionis non distinguit, quia vnit vnum definitum cum altero: [Responsio.] Dico quòd Genus dupliciter consideratur, vno modo solùm in ordine ad suas species absolutè, secūdo modo in ordine ad suas species per comparationem ad alias species, quæ sunt alteri' generis, primo modo nō distinguit, benè tamen secundo modo distinguit.

[Arguitur 3.] Tertiò arguitur. Si ista esset vera, homo est Animal, tunc ex hac sequeretur ista, ergo humanitas est Animalitas, probatur consequentia, quia à concretis ad abstracta, quando est prędicatio per se valet consequentia, sed ista est huiusmodi, ergo; sed hoc est falsum, puta dicere quod humanitas est animalitas, quia à simili posset dici, quòd humanitas est rationalitas, & sic in tertia figura sequeretur, quod rationalitas esset animalitas; quod non potest dici, quia cùm animalitas sit in equo, in eo etiam esset rationalitas, & sic equus esset rationalis:

[Responsio.] Ad hoc respondetur, quod ille modus arguendi à concretis ad abstracta, veritatem habet in concretis accidentalibus non disparatis, sed essentialiter ordinatis. Dicō accidentalibus, quia non valet, equus est animal, ergò equinitas est animalitas. Dico non disparatis, quia non valet, Album est dulce, ergò albedo est dulcedo, cùm hęc sint accidentia disparata non eiusdem generis, vt album vel albedo, in genere coloris, & dulce in genere saporis. [Nota quo ... licet arguere à concretis ad abstracta.] Vnde si sic arguatur, Album est coloratum, ergò albedo est color, valet consequentia, quia albedo & color sunt accidentia essentialiter ordinata, vt superius, & inferius. Similiter dulce est saporosum, ergò dulcedo est sapor

licet

licet Gulielmus Occham dicatur concedere hũc modum arguendi etiam in substantialibus, vnde cõcedit, homo est animal, ergo humanitas est Animalitas, & malè, sicuti supra etiam diximus de Paulo Veneto, q̃ hanc prędicationem admittit, videlicet. Homo est humanitas, & Animal est animalitas.

Arguitur 4. Quartò arguitur sic; Sicut affirmatio est causa affirmationis, ita etiam negatio est causa negationis, sed ad hanc affirmationẽ, Homo est equ*, sequitur ergo homo est animal; ergo ad hanc negationem, Homo non est equus, sequitur ergo homo non est animal, sed Homo non est equus, ergo homo non est animal: Ad hoc respõdetur, q̃ hic modus valet in causis præcisis, non autem in causis non pręcisis: causa præcisa dicitur illa, à qua sola, & nulla alia, produci potest aliquis effectus: puta; A: causa verò non præcisa est illa à qua potest prouenire, A, effectus, & non ab ipsa tantùm, sed etiam ab alia causa: v.g. si quis vellet per hanc regulam probare q̃ sol non est causa caloris sic. Ignis est causa caloris, ergo nõ ignis nõ est causa caloris, sed sol est nonIgnis, ergo sol nõ est causa caloris, tunc hic modus arguẽdi nõ tenet, q̃a ignis non est causa pręcisa. i. sola, ipsius caloris, nã et à motu, & sole causatũ calor, qui nõ sunt ignis, benè tamen valet in causis præcisis; vnde si sic arguat. Rõnalitas est causa risibilitatis, ergo non rationalitas non est causa risibilitatis, sed lignum, lapis, albedo &c. non sunt rationalitas, ergo non sunt causa risibilitatis. A simili ad hoc Respondit Scotus q. 16. dicens, q̃ in causis pręcisis valet, vt si habere pulmonem est causa respirandi, non habere pulmonem est causa nõ respirandi, sed Affirmatio vnius speciei non est pręcisa causa inferendi affirmationem generis. v.g. esse equum, non est pręcisa causa essendi Aial, quia etiam homo, & quęcunque alia species Animalis est talis causa, genus enim est in actu, & nõ nisi in oĩbus suis speciebus 3. Metaph. com. 1. 7. Met. com. 43. licet nobiliori modo genus sit in vna specie, quàm in alia, videlicet. Animal nobiliori modo est in homine, contractum per rationalitatem, quàm in equo per equinitatẽ. Et ideo genus modò vnìuocè, modò verò secundũ prius & posterius dicitur de suis speciebus, primo de anima commento 7. 2. de anima commento 30. 3. de anima commento 4. 4. Metaph. 2. 5. Metaphys. 4. & 12. Metaph. commento 2. Quare cùm genus per se includatũ in qualibet sua specie, propterea, non esse equum, non infert, non esse Animal, sed benè infert non esse Animal hinnibile; verbi gratia, equus est animal hinnibile, sed homo non est equus, ergo non est animal hinnibile, quod est verum.

Scoti etiam responsio. (margin)

Respõsio. (margin)

Arguitur 5. Quintò Arguitur. Si ista est vera, Homo est Animal: Aut prędicatur de homine, Aial, quod est idem homini, aut prædicatur Animal, quod est aliud ab homine, si prędicatur Animal quod est idem homini, ergo idem prędicatur de seipso, & sic ista, homo est animal, erit prædicatio innaturalis, cùm prędicatio innaturalis 7. Metaphys. commento 59. sit quando prędicatur idẽ de eodem. Si prædicatur de homine, Aĩal, quod est aliud ab homine, ergo non poterit prædicari de homine per se, & vere. Ad hoc respondetur q̃ Animal, quod prædicatur de homine, dicẽdo homo est animal, est quid indifferens ad hominem & alias suas species, puta, ad equum, & Leonẽ, cùm genus sit illud, quod prędicatur de plurib* differentibus specie 1. Topic. cap. 4. Sed quando in actu exercito dicimus, Homo est animal, tũc Animal verificatur pro Animali quod est idẽ homini, inquantùm mediante sua indifferentia, potuit contrahi per rationale ad hominem, de quo prędicatur, dicendo; Homo est animal. Et sic Animal per modum totius determinatum, & contractum per differentiam specificam, supponit determinatè, indeterminatè .i. determinatè, vt contractũ, indeterminatè, quia non propterea q̃ determinatur per differentiam hominis, amittit totalem suam indifferentiam, quin possit etiã mediantibus alijs differentijs supponere pro alijs speciebus, dicendo, equus est animal: Cõtra, Si animal vt est indifferens ad multa animalia pdicatur de homine, ergo quodlibet illorũ animalium prędicabitur de homine, probatur quia quando aliquid indifferens ad plura, prędicatur de aliquo, etiam quodlibet illorum potest prędicari de illo, & sic ista erit vera, Homo est equus. Ad hoc respondetur, q̃ duplex est Animalis indifferentia ad plures suas species de quibus põt prędicari, vna videlicet accidentalis per modum disiunctionis, vel, Alia verò potentialis per modum copulationis, Et, argumentum procedit de indifferentia essentiali copulatiua, sed nos dicimus, q̃ Animal indifferenter prædicatur de homine, & alijs, indifferentia accidentali potentiali. i. licet Animal prędicetur de homine, non tamen impeditur a sua indifferentia, quin simul pdicari possit de homine, vel equo. Vnde nõ sequitur, Homo currit, ergo fortes currit, bene tamẽ sequitur, omnis homo currit, ergo fortes currit. Et si diceremus q̃ Homo est omne animal, tunc sequeretur, ergo homo est equus. Sed hoc est falsum, quia Animal non exercet totam suam indifferentiam in homine, sed etiam in alijs speciebus*, non enim ita animal ad hominem contrahitur, quin de alijs etiam possit prædicari.

Respõsio. (margin)

Contra. (margin)

Respõsio. (margin)

Arguitur 6. Sextò arguitur. Si ista est vera, Homo est aĩal, Aut tota natura animalis est in homine, aut nõ? si non, ergo homo non est Animal simpliciter, & perfecto modo, sed secundũ quid, & modo imperfecto, sed hoc est falsum, quia homo est perfectissima natura 9. de natura Animaliũ c. 1. & omnium animalium prudentissimum 2. de gen. animalium c. 4. quia homo solus inter cętera aialia vtitur ratione, & discursu 5. de gen. aialium c. 7. vnde paruus mundus dicitur 8. Phys. 17. & 57. & 10. Metaphy. 13. Si tota natura aialis est in hoĩe, quia totum rũ sit illud extra quod nihil est accipere 3. Phys. 63. 4. Phys. 45. 5. Meta. com. 51. tũc extra hoĩem nihil esset naturæ Aialis, & sic equus non esset aial: Ad hoc rũdetur, q̃ tota natura animalis

Respõsio. (margin)

eſt in homine,ſicuti tota natura ſpeciei eſt in indiuiduis ſecundũ Sco.2.ſen.diſt 3.queſt.6. Ad illud de definitione totius rñdetur,ꝙ totum eſt illud cui nihil eſt extra,.i. cui nihil deeſt requiſitũ ad ipſum, & vt ſic cùm totum Aĩal ſit in homine, naturæ Animalis nihil deeſt homini, non tñ natura illa eſt in ſolo hoĩe, quin ſit in alijs ſpeciebus eius, vel ſibi non repugnat, qñ accideret caſus, vt genus ſaluaretur in vna ſpecie,ſecundũ cõmunem opinionẽ, & ſic illa definitio totius intelligitur quoad ſufficientiam, & cõplementum, & non quoad præciſam continentiã,quandoquidem tota animalis quidditas nõ magis ſaluatur in homine,quàm in alijs ſpeciebus Animalis:vel vno verbo dicas, ꝙ tota natura Animalis eſt in homine,ſed non totaliter.i.tota natura Animalis, puta , ſubſtãtia animata ſenſitiua eſt in hoĩe, ſed non totaliter .i. ſcd'm omnẽ modũ eſſendi in ſuis inferioribus, quia illa determinatio eadẽ numero, per quã Animal determinatur ad hoĩem , non eſt illa per quã determinatur ad equũ , ſicuti ſol illuminat multa corpora diaphana, ſed illamet illuminatio , & receptio illuminationis qua illuminatẽ vnũ corpus, non eſt illa eadẽ numero, qua illuminatur alterum,propter varias recipiẽtis diſpoſitiones ; ſic etiam de homine , & equo, in quibus diuerſimodè reperitur Aĩal pp diuerſas eorum differentias , quibus aĩal contrahitur.

Arguitur 7: Septimò arg.Si iſta eſt vera,Homo eſt Animal, tunc per regulã antepædicamẽtalem arguo ſic. Homo eſt aĩal,Animal eſt genus, ergò homo eſt genus, quod eſt falſum:

Reſponſio. Ad hoc rñdetur negãdo modum arguendi, quia variatur ſuppoſitio ; Nã cùm Animal, ſicuti, & quælibet alia natura cõis tripliciter poſſit conſiderari, primò videlicet. Vt hẽt eſſe in ſuppoſitis.i.in ſuis ſpeciebus, & ſic Phyſicè, ſcd'ò ſecundũ ſe,& ſic Metaphyſicè,tertiò vt habet eſſe cognitũ in intellectu, & ſic Logicè; cũ dicis,Homo eſt Aĩal,tunc Animal ſumitur,vt habet eſſe in homine,qui eſt ſpẽs aĩalis,& ſic cõſideratur Phyſicè,quando poſtea dicis,ſed Aĩal eſt genus,tunc aĩal ſupponit,& cõſideratẽ Logicè,prout habet eſſe cognitũ, quia vt ſic ſubſtat accidentibus intẽtionalibus,& ſic variatur ſuppoſitio,& conſequenter modus ſic arguendi implicat fallaciã accidentis.

Contra. Cõtra.Quicquid de aliquo ꝑdicatur ſub ratione alicuius vniuerſalis ꝑdicatur, ergo cũ dicim', Homo eſt aĩal, non ꝑdicatẽ Aĩal de hoĩe, vt hẽt eſſe in ſuppoſitis i.primo modo, ſed vt eſt vniuerſale genus,& tertio modo Logicè, ergo non variatẽ ſuppoſitio. Et quia prima reſponſio eſt bona,vt diximus in antepædicamẽtis,

Ad replicã. Ad replicam reſpondetur gloſſando illam famoſam propoſitionem , omne quod de aliquo prædicatur ſub ratione alicuius vniuerſalis prædicatur, ꝙ valet in prædicatione ſignata , non autem in prædicatione exercita , nam datur aliquod prædicatum, quod prædicatur prædicatione exercita per verbũ,eſt,à quo extraneatur ratio vniuerſalis,nam aĩal vt habet eſſe in particularibus animalibus, abſtrahit à natura vniuerſalis. Vnde in propoſito,dicendo. Homo eſt Animal. Animal prædicatẽ de hoĩe in prędicatione exercita, à quo animali extraneatur ratio vniuerſalis, ratione illius determinationis, per quam Animal determinatur ad hominem.

Octauo, & vlt. arguitur de ſpecie,verum ſicut genus prędicatur de ſpecie in actu exercito, ita etiam ſpecies de indiuiduo,dicendo,Socrates eſt homo? Et videtur ꝙ nõ, ſic . Incorruptibile non ꝑdicatur de corrũptibili, ſed ſpecies eſt incorruptibilis,quia ſpecies ſunt æternæ, vbiq;, & ſemp 1.Poſte.& primo cœli ſunt partes præcipuè ipſi' æterni vniuerſi , & ſingularia ſunt corruptibilia 7.Metaph.53. eo ꝙ ſunt generabilia 7. Metaphy.23.& 12.Metaph.18.ergo ſpẽs non ꝑdicatur de indiuiduis. Arguitur 8.

Ad hoc rñdetur, ꝙ ſpecies ſecundum ſuũ eſſe materiale,vt habet eſſe in ſuppoſitis .i.particularibus hominibus eſt corruptibilis,ſicuti corrũpuntur indiuidua, at ſecũdũ ſe eſt incorruptibilis propter continuam indiuiduorum ſucceſſiones in quibus ſucceſſiuè reperitur: Reſponſio.

Contra, ſi ſpecies corrumpuntur ſicut indiuidua , cũ indiuidua corrumpantur per ſe, ita etiam & ſpecies. Contra.

Rñdeo ꝙ ſpecies, & indiuidua cõueniunt in corruptione, ſed differunt in modo corruptionis,quia indiuidua corrumpũtur terminatiuè.i. ſunt terminus corruptionis , ſpecies verò corrũpũtur ſubiectiuè,inquantùm corrumpuntur ſingularia in quib' reperiũtur,ſicuti à ſimili dicim', ꝙ Materia prima eſt corruptibilis ſubiectiuè, inquantũ forma quę eſt in materia corrumpitur , non aũt terminatiuè,cũ non ſit terminus corruptionis deſinẽs eſſe, q's vt ſic terminatiuè corrũpũtẽ cõpoſita,materia verò nõ;à ſimili nũc dico ꝙ indiuidua corrũpuntur propriè, ſpecies verò impropriè. Reſponſio. Remanet igitur firma tertia concluſio,ꝙ qñ genus prędicatur de ſpecie prædicatione exercita in fundamentis , dicendo, Homo eſt Animal, eſt vera prędicatio ; primò auctoritate Porphyrij qui ſic exemplificat , vt homo eſt animal; ex Ariſtotele in cap.de ſubſtantia , ſecundæ ſubſtantia prædicantur de primis , dicẽdo quòd Animal prędicatur de homine, & homo de hoc homine , & ex primo Poſter. text.30. vbi inquit Ariſtoteles,quòd iſta, homo eſt animal,eſt in primo modo dicendi per ſe, quia prędicatur pars definitionis de ſuo definito, & per hęc argumẽta Nouicius ad Scotum eleuabitur.

Sed hic dubitatur.Verũ iſta propoſitio in qua ꝑdicatur intentio ſecunda de re primę intẽtionis ſit vera,vt homo eſt ſpecies, ſicuti illa eſt vera Homo eſt Aĩal?Similiter an iſta ſit vera,Aĩal eſt gen'. Dubitatio.

Arguitur ꝙ nõ, & primò. Oĩs propoſitio in qua ꝑdicatur nõ vera Natura de vera natura eſt falſa, cũ vt ſic oppoſitum prædicetur de oppoſito, ſed iſta propoſitio, homo eſt ſpẽs,vel Aĩal eſt genus, eſt in qua ꝑdicatur non vera natura de vera natura ergo iſta propoſitio , homo eſt ſpecies , vel Animal eſt genus eſt falſa : Maior patet , Minor probatur quia ſpecies eſt ens rationis , & non vera natura, homo eſt ens reale, & vera natura. Cum homo ſit à natura , & ens rationis ab intellectu. Cõtra arguitur.

Ad hoc reſpondetur quòd vera Natura Reſponſio.

tripliciter consideratur, vno modo vt est in sup-
positis, secundò secundũ se, tertiò in esse cognito
v.g. homo primò subsiat accidentibus cõibus, vt
albedini, calori, vt homo est albus, est calidus, &c.
secundò substat accidentibus propriis, & reali-
bus, vt homo est risibilis, tertiò substat accidenti
bus intentionalibus, vt sunt entia rationis, & se-
cundę intentiones. Tunc ad arg. qñ dicitur, ꝙ nõ
vera natura non potest prędicari de vera natura,
intelligitur sumendo veram naturã primo, vel
secundo modo, sed sumendo illã tertio modo, de
illa prędicatur nõ vera natura, quę est ens ratio-
nis, & sic istę sunt verę propositiones, Homo est
Notandum. vniuersale, Homo est species. Aĩal est gen⁹, Socra-
tes est indiuiduũ, &c. Vnde est regula, ꝙ talia sũt
subiecta propositionũ, qualia permittuot sua p̃
dicata, v.g. iste termin⁹, homo, est vnus qui variè
põt supponere; vt si dicamus; Homo est nomen,
dissillabũ, tunc supponit materialiter; Homo est
albus, supponit personaliter, Homo est species,
supponit simpliciter, vel si dicimus, Socrates est
homo, tunc supponitur materialiter, homo est a-
nimal rõnale, supponit quidditatiuè, homo est
Contra. spẽs, formaliter: Cõtra, & probo, ꝙ hõ est species
primo modo, prout hẽt esse in suppositis, & sic di
cẽdo, Hõ est spẽs, prædicat̃ nõ vera natura de ve-
ra natura, & est falsa. Et arguit̃ sic. Intantùm spẽs
inest homini, inquantũ homo prędicat̃ de pluri
bus, sed homo intantũ dr̃, & prędicatur de pluri
bus hoĩbus, inquantùm materialr̃ est in suis sup
positis, ergo primo modo sumit̃ homo, qñ dicit̃
ꝙ homo est species. Sed hoc est falsum, quia tunc
non vera natura p̃dicat̃ de vera natura, ergo ista
Responsio. est falsa, homo est spẽs. Ad hoc rñdetur ꝙ aliter
homo est in suis indiuiduis, & aliter p̃dicatur de
indiuiduis, nam scd̃m ꝙ est in indiuiduis recipit
p̃dicata indiuiduorũ, & dr̃ homo alb⁹, currẽs, &c.
Vt verò p̃dicatur de indiuiduis recipit alia acci-
dentia, puta, ꝙ sit spẽs, vniuersalis, &c. & vt sic ter
tio modo consideraт̃ homo, vt habet esse cogni-
tũ apud intellectũ. Vnde ad arg. Dico, ꝙ & si ho-
mo sem p est in suis indiuiduis, seu suppositis hu
manę uãę, & nunq̃ sine illis, q̃a destructis primis
substantijs impossibile est aliquid aliorũ remane
re, ex p̃dicamentis c. de substantia; tũ homo hoc
modo non dr̃ de illis, nec hoc modo est spẽs, vel
vl̃e, quia vt sic supponit p̃sonaliter, quatenus aũt
p̃dicatur de suis suppositis, tunc supponit simpli
citer, & cõpetit sibi ratio speciei, q̃ tribuitur ei ab
intellectu vt hẽt esse cognitũ apud intellectũ, &
sic spẽs inest homini, nõ vt est in indiuiduis, sed
vt p̃dicatur de ĩdiuiduis, loquẽdo de p̃dicatione
Petitio. signata, nõ aũt p̃dicatione exercita. Dices, ista tri
plex acceptio termini cõis, potest ne verificari de
singulari, & particulari, ꝙ videlicet tripliciter ẽt
Responsio. consideret̃? Rñdeo ꝙ sic suo modo extensiuè: vn
de singulare Tripliciter considerat̃, primo mõ ꝙ
sit in suis inferioribus, cũ nullum singulare dicat̃
de subiecto, nec singulare substãtię, nec singulare
accidẽtis, vt patet ex Arist. in antepraedicamentis
c. 2. in fine, ibi, simpliciter aũt quæ sunt ĩdiuidua,
sed primo modo cõsiderat̃ indiuiduũ, vt taliter
circumstantionatũ, videlicet. Vt est hic, & nunc,
sub his determinatis accidẽtib⁹, vt generabile, vt
corruptibile. Scd̃o modo consideratur scd̃m suũ
esse quidditatiuũ, non ꝙ sit p̃dicatũ quidditati-
uũ alteri⁹, vel sui, nec primo habẽs quidditatẽ, q̃
primò cõpetit speciei, sed vt indiuiduũ signatũ p
suã Ecceitatẽ, vel vt indiuiduũ signatũ, de quo
tanq̃ subiecto prædicãtur per se sua superiora, &
hoc modo cõsideratũ indiuiduũ est in generabi
le, & incorruptibile, sicuti sunt quidditates speci
ficæ, & naturæ cões scd̃m se sumptæ: tertiò con-
sideratur in esse cognito, & sic dicitur supposi-
tũ, p̃sona singulare, indiuiduum, particulare, si
sit de p̃dicamẽto substãtię. Scd̃ò arguit̃ princi- 2. Arguitur
palr̃. Si per te ista est vera. Homo est spẽs. Arguo
sic. Homo est spẽs, spẽs est intẽtio, ergo homo est
intẽtio, sed ista cõclusio est falsa, ergò altera p̃-
missarũ est falsa, nõ minor q̃ est, spẽs est intẽtio,
ergò illa maior, q̃ est, Homo est spẽs: Ad hoc re- Resp. Scoti.
spõdet Scot. q. 10. sup Porphyriũ, cuius rñsio dif-
ficultatẽ fecit discipulis suis, & cõsistit in hoc, ꝙ
negãda est minor, nã hæc est falsa, homo est intẽ
tio sicuti ista, albũ est color, q̃a spẽs est denomi-
natiuũ concretũ, q̃ importat aliud q̃ intẽtio, quę
est q̃d abstractũ: Contra, intẽtio est superior ad Contra.
spẽm, & de essentia eius, ergo p̃dicat̃ p se de spẽ.
Rñdetur quòd licet ita sit, tñ propter repugnan- Responsio.
tiã modi significãdi, intẽtio nõ p̃dicatur de spe-
cie, sicuti nec aĩalitas, vel rationalitas de hoĩe, di-
cendo homo est aĩalitas, vbi homo est cõcretum,
& aĩalitas est abstractũ. Sed contra hanc respon- Contra.
sionẽ arguo sic, spẽs est intentio scd̃a, ergò spẽs
est ĩtẽtio probat̃ cõsequẽtia, q̃a à parte in mõ ad
totũ in mõ valet cõsequẽtia qñ nõ est determina
tio distrahẽs, vel diminuẽs, sed ista, spẽs est intẽ-
tio secũda, ergò spẽs est intẽtio est hmõi, ergo i-
sta est vera, spẽs est intentio, & si hoc est verũ se-
quit̃, ergo homo est intẽtio q̃d est falsum Io. An-
glicus Scotista, huic rõni succũbens dixit; ꝙ Sco-
tus in hoc passu nõ est loquutus ex propria sñia
assertiuè, sed recitatiuè de mente eorũ, qui hanc
p̃positionẽ negant, spẽs est intentio, & ratio est
q̃a ad alia festinabat. Vnde in q̃ ꝙ ista p̃dicatio
est bona, spẽs est intẽtio, q̃a est intẽtio secũda, &
ly scd̃a intẽtio, nõ diminuit rõnem intentionis
in cõi, sed ly scd̃a, est determinatio cõtrahẽs. Sed
mihi vr̃ ꝙ dictũ hoc Io Anglici, bene possit stare Resp. Ioãnis Anglici.
in doctrina Sco. dũ dicit, ꝙ ly, scd̃a, nõ diminuit,
sed cõtrahit, & fundo meũ iudiciũ super doctri-
nã Sco. q. 22. vnde talẽ rõnem pro ipso sic formo,
qñ aliq̃d se hẽt ad aliqua simpliciter, & scd̃m q̃d
si addat sibi aliq̃d determinãs scd̃m q̃d, stat tãtũ
pro illo, sed ly, intẽtio, se habet ad intentionẽ pri
mã simpliciter, & ad intentionem scd̃am, scd̃m
q̃d, ergò si intentioni addatur ly, secunda, tũ sta-
bit pro intẽtione secunda, & sic ista erit vera pro-
positio, species est intentio, cùm arguitur species
est intentio 2. ergò species est intẽtio, & sic bene
dixit Anglicus quoad hoc, sed mihi non placet
dum dixit, quod Scotus non loquitur hic ex pro-
pria sententia: Mauritius verò qui magis iura- Resp. Mauritij Hibernici.
uit in verba Magistri, tenet Scotum esse loquutũ
asser-

assertinè, & q hæc potest negari, species est intētio, & etiam ista, species est intentio secūda, si tñ strictè, & propriè Logicè loqui velimus, licet melius dicere possimus, q species est intentionale, vel res secundę intentionis, vel respectus rationis, & hoc prædicatione formali, licet prædicatione identica forte posset hoc concedi: ego verò, qui nec in Henrici verba iuraui, dico quòd ista prædicatio est vera, species est intentio, & q Scotus loquutus est ex propria sententia, nec mihi q in hac re banc tenuit phantasiam, quę alijs modò non placet, vt etiam Ioannes Anglicus olfecisse videtur. Sed hic dubitabis, illa intētio quæ prædicatur de specie, est ne intentio aliqua secūda cōis, an particularis? Dico q est vniuersalis, & cōis, & generica, nam datur intentio secunda cōmunis ad intentionem secundā genericam, vel specificam, & hæc intentio secunda specifica ad hanc, & illam specificam, se habet vt superius ad sua inferiora, v.g. sicuti substantia est Animali, homini, & equo communis, ita intentio secunda cōis generalissima, optimè de omnibus generibus, & de omnibus speciebus prædicaē: Quęres iterū, hæc intentio secunda vniuersalis, sit ne aliquid causatum, an non? & ratio dubitandi est, quia oīs secunda intentio causatur ab aliqua pprietate reperta in re, sed hic nulla apparet talis proprietas: Ad hoc rñdeo q intentio scd'a in cōmuni non causatur aliqua peculiari, & speciali causalitate, i. causatione, sicuti nullum aliud vniuersale, nam sicuti animal in communi non producitur, sed hoc, & illud animal, cùm generatio sit particularium; similiter productis Socrate, & Platone per se primò, & immediatè producitur, homo in communi, per accidens, secundariò, ac mediatè: sic causatis intentionibus secundis, inferioribus, & specialibus ab intellectu effectiuè impropriè, & à proprietatibus rerum materialiter, originaliter, radicaliter, & incitatiuè primò & per se, tunc causaē intentio scd'a in cōi, vel ens rationis in cōi, secundariò p accidēs, & mediatè.

Propria resp.

Dubitatio.

Respo.

Dubitatio.

Responsio.

Dubitatio. Dubitatur tandem, & vltimò circa hanc tertiam concl. Dictum est q ista propositio est vera denominatiuè, Animal est gen', vel homo est species, quæritur est ne per se in aliquo modo perseitatis talis propositio? Ad hoc respondetur negatiuè q in nullo est quatuor modorum per se, quos ponit Aristoteles 1. Poste. cap. 4. quod inductione facta in omnibus modis probatur. Nō in primo modo dicendi per se, quia talis modus est, quando quidditas subiecti fluit, & emanat à quidditate prædicati secundum Lincolniēsem, & tale prædicatum, aut est tota definitio, aut pars definitionis, sed ista secunda intentio, genus, nō est tota definitio, vel pars definitiones ipsius Animalis, licet sit ratio definiendi, & probaē quia dato oppofito tunc Animal esset partim à natura, & partim ab intellectu, & sic à diuersis nō inuicem subordinatis, nec vno per se essentialiter, sed vno per accidens. Nec in secundo modo perseitatis, quia talis modus est quando quidditas prædicati fluit à quidditate subiecti, vel à principijs subiecti, vt inquit Albertus. Vt risibile à principijs hominis: Nec in tertio modo per se, quia tunc natura esset sufficiens causa talis accidentis. Nec in quarto modo, quia solus intellectus est causa efficiens talia intentionis. Sed cōtra hoc arguiē multipliciter. Et primò q intentio secunda prædicaē in primo modo dicēdi per se de prima intentione. Intentiones secundæ post sunt diffinite primas intentiones, cùm accidētia magnam partem conferant ad cognoscendū qđ quid est 1. de anima tex. 11. Ad hoc respōdetur q intelligitur illa auctoritas de accidentibus realibus, quorum cognitio præcedit cognitionē subiecti, & talia sunt accidentia realia propria, nō autem potest intelligi de accidentibus intentionalibus, quorū cognitio sequitur ad subiectum. Secūdò, videtur q ista, homo est species, sit in secundo modo dicendi per se; quia accidens fluens à subiecto, de illo prædicatur in primo modo dicendi per se: Ad hoc respondetur q intelligitur quādo prædicatū ex natura rei egreditur ex principijs quidditatiuis subiecti, sed hoc modo non sunt secundæ intentiones: Cōtra, Accidentia inseparabilia diffiniuntur per subiecta 1. Phys. com. 29. & 7. Metaph. 40. Sed intentiones secūdæ sunt inseparabiles à primis intētionibus, ergo definiū tur per illas: Rñtur accidentia inseparabilia sunt duobus modis, aut propria, & realia, aut cōia, & intētionalia, accidētia primo modo sunt inseparabilia à subiecto, & definiunē per illud, non aūt accidentia intētionalia. Vnde licet accidēs impossibile est vt sit sine subiecto 1. Phys. 39. 4. Metaph. 25. & 7. Metaph. com. 2. tamen non omnia accidentia definiuntur per subiectū, & de illis prædicatur, in secundo modo dicendi per se.

Contra.

Resp.

2. Min' principaliter arguitur.

Resp.

Secundò principaliter arg. Cuicunque per se competit definitio, illi etiam per se cōpetit diffinitum; probatur quia cuicunq; per se cōpetit, vt sit substātia aīata sensitiua, & etiā competit vt sit Animal. Sed homo prædicatur per se de pluribus differentibus numero, vt patet dicendo Socrates est homo, & c. Ergo homo est per se est species, & similiter de ista, Animal est genus.

Probatur 2. quòd talis propositio sit per se.

Ad hoc respondetur vno modo, negando minorem, sed ista responsio est falsa, quia hoc dato sequeretur quòd ista esset per accidens Socrates est homo, similiter homo est animal: & ideo aliter Respondit Sco. q. 11. super Porphy. pro qua responsione quia est valde difficilis, noto aliqua. Et primò q sicuti datur cōpositio realis, ita et datur compositio rationis, & q sicuti in composito naturali sunt tria, videlicet. Materia, Forma, & vnio media seu informatio, qua resultat vnū compositum, ita in composito rationis sunt etiā tria, videlicet. Subiectum, prædicatum, & copula, ex quibus resultat vnum compositum, seu tertia entitas quæ dicitur propositio, vbi ista vnio prædicati cum subiecto dicitur inhærentia, prædicatum verò quod mediante illa vnitur subiecto, dicitē inhærēs, & sic in ppositione sunt tria, videlicet. Inhærens i. prædicatum, illud cui inhęret, & est subiectū, & inhęrētia seu copula.

Respē. non vera.

Pro 2. Resp. Scoti.

1. Notandū.

2. Notandū.

Resp. Scoti.

3. Notandū. Tertiò notandum ꝙ præter ista tria, quæ dicunt essentialia propositionis, reperiūtur in ea aliqua accidentalia, verbi gratiâ, ly per se, per accidens, formaliter, Materialiter, in primo modo per se, in secūdo modo p se, à priori, à posteriori, quidditatiuè, essentialiter &c. quibus sic stantibus, sumendo ex his accidentibus propositionis ly, per se, quod pro nunc facit ad nostrum proposi-tum, videnda est responsio Scoti, quæ talis est t cùm dicimus, Homo est species, vel Homo est vniuersale, si ly per se, determinat inhęrentiā prędicati ad subiectum, sic nulla intentio secūda ali quo modo perseitatis potest competere primæ intentioni, sed solùm per accidens; si verò ly, per se, determinat inhęrens.i.se tenet non ex parte copulæ, sed ex parte prędicati quod dicit inhęrēs, seu dicibile de subiecto, tūc in illa propositione Homo est per se species, denotatur, ꝙ homo est species, quæ species est per se species, vbi prædicatur idem de eodem in primo modo dicēdi per se, & sic propositio est vera. Vt si dicamus, Homo est per se, species; si ly per se, determinat inhærentiam est falsa, si inhęrens, est vera. Quòd si quęras quomodo possumus nos cognoscere, quando determinat inhęrentiam, & quando inhęrens? Respondeo, cùm dicimus, Homo est per se species; ita vt ly Homo, & per se, sit loco subiecti, & species loco prędicati: tunc determinat inhęrentiam. Cùm verò dicimus, Homo est, per se species, ita vt homo sit subiectum, & ly per se species, prędicatum; tunc determinat inhęrens, verbi gratia, si dicim⁹, Homo est per se, Animal: ly, per se, tūc determinat inhęrentiam, & se tenet ex parte subiecti, & sic facit hunc sensum, ꝙ Animal p se competit homini in aliquo ex quatuor modis per se i. Poste. Si verò dicimus, homo est, per se Animal; vbi, per se, determinat inhęrens, & se tenet ex parte prędicati, tūc facit hunc sensum. Homo est per se animal, quod animal est per se animal: Responsio igitur est talis; Homo est per se species, si ly per se, sumitur vt determinat inhærentiam, & se tenet ex parte copulæ, ut sit prædicatio quidditatiua, tunc propositio est falsa, & in nullo modo per se; & tunc debet legi sic, Homo est per se, species: Si verò ly per se, determinat inhęrens.i.prędicatum, seu se tenet ex parte prædicati, vt faciat pdicationē denominatiuā, sic est vera, & debet sic legi, Homo est, per se species .i. quæ species est per se species. Hęc Scotus: Sed in rei veritate mihi videtur ex hoc, concesso, posse sic argui. Homo est per se equus, quia equus est per se equus, sed Scoto adhęreo, cum quo malo subtiliter in his errare, q̄ cū alijs bene leuiter dicere. Amplius, & vltimò, Homo est per se intelligibilis, ergo per se vniuersalis. Respōdeo, est per se intelligibilis, quia intelligibilitas competit ei per se tanquàm enti reali, & non per accidens sicuti competit entibus rationis, quæ intelliguntur per primas intentiones, in quibus fundantur. Amplius vniuersale competit homini, vt abstrahit ab omni accidente, ergo vniuersale nō competit ei, vt accidens. Respondeo vniuersale competit homini, vt abstrahit ab omni accidente reali, quod ei competit ratione materię. vt habet esse in suppositis, non autem ab accidente inteotionali, quale est vniuersale ei competens, vt habet esse cognitum apud intellectum.

Resp. Scoti.

Dubitatio.

Responsio.

Quid sit determinare inhærentiā, & determinare inhærens.

vlt. Arguitur

Dubitatio.

Resp. alia.

Sed circa prędicta duplex occurrit dubitatio. Prima; in ista propositione in qua prędicatur intentio de re, videlicet. Homo est species, & Animal est gen⁹, pro quo supponit, vel qualiter supponit ly, species? Et de hac re duplex est opinio, Prima, & quidē cōis opinio est, ꝙ ly species, supponit pro quadam secunda intentione concreti uè sumpta; secūda opinio est Scoti 1. sen. dist. 23. q. vnica, ꝙ tunc ly, species, supponit, p illo pro quo supponit subiectū, connotando illud subiectum habere talem secūdam intētionem, sicut qū dicimus Petr⁹ est albus, ly albus supponit pro Petro, connotando ipsum Petrum habere in se albadinē; & simile dicendum est de reliquis quatuor prędicabilibus, & hoc quia nullus termin⁹ accidētalis abstractiuè sumptus prędicari potest denominatiuè de aliquo subiecto, vnde sicut ista non est concedenda ex Arist. in c. de substantia, homo est albedo, Petrus est albedo, similiter nec ista esset concedenda homo est species, si ly species sumeretur in abstracto, & ideo ly species est terminus concretiuus, & cōnotatiuus. Et hoc dico si subiectum consideratur tertio modo, vt habet esse cognitū apud ipsum intellectū. Sed dicet Nouicius, in quo differūt prima, & scdā opi.: Respōdeo in hoc, ꝙ prima opi. dicit ly speciem supponere principaliter pro intētione; secūda verò opinio, principaliter pro subiecto habente illam intentionem, & hoc est melius dictum.

Dubitatio.

Prima opi.

Secunda opi.

Dub.

Resp.

Secunda dubitatio est, An ista sit concedenda. Genus est genus, spēs est spēs? Ad hoc idetur, ꝙ hęc propositio identica in qua prędicat idem de eodem, pōt facere sex sensus, seu sumi pōt sex modis. Primus sensus est. Vt ly, Genus, sumatur tam in subiecto quàm in prędicato pro per se denominato.i. pro prima intentione, puta pro Aiali, & sic dicere Genus est genus, idem est ac dicere Aīal est Aīal, & tunc prædicatio est vera in quarto gradu primi modi dicendi per se secundū Scotum. Secundus sensus est, si ly genus, tam in subiecto, quàm in prędicato sumitur pro per se significato.i. pro secunda intentione. Et sic dicere, Genus est genus, est vnam secundā intentionem denominatiuè, & concretiuè sumptam, prædicari de seipsa. Et sic est etiam vera prędicatio. Tertius sensus est, quando ly, genus, in subiecto sumitur pro denominato.i. pro prima intentione, & in pdicato p p se significato.i. pro secūda intētione, vt si dicamus, Aīal est genus, & tunc est pdicatio vera, & denominatiua. Quartus sensus est, qū genus ex parte subiecti sumitur pro per se significato.i. pro secunda intētione, & in pdicato pro per se denominato.i. pro prima intētione, & tunc sit talis propositio, genus est animal, & ista est falsa, quamuis ista sit vera aliquod genus est animal. Quintus sensus est, quando ly genus vtrobique idest, tā in subiecto, quàm in prędicato sumitur

Dubitatio.

Responsio.

pro per se significato, idest pro secunda intentione, sed in subiecto sumitur vt quid, & in prędicato sumitur, vt modus, & tunc est iste sensus, genus est genus. i. genus, vt quid. i. secundùm suam essentiam, est genus, vt modus. i. denominatiuè per suam essentiam, & hęc propositio est falsa, quia prædicatur oppositum de subiecto. Nam si homo vt homo quidditatiuè est animal, homo vt homo non est denominatiuè animal: Sextus sensus est, in quo genus sumitur, vt modus, & in prędicato sumitur vt quid, & ista etiam propositio est falsa, vt si quis diceret in terminis primæ intentionis, ꝙ homo denominatiuè est albus, & quidditatiuè est albus, quod etiam est falsum, cū sit implicatio in adiecto, idest quòd siquid affirmetur in subiecto, & eius oppositum dicatur in prædicato. Et simile dici potest de specie, vt homo est species, ꝙ ista propositio facere potest sex sensus Et per hęc patet responsio ad vtramq; dubitationem.

Text^9 text^9. A differentia verò, & ab ijs, quę communiter sunt accidentia, differt genus: quoniam & si de pluribus, & differentibus specie prædicantur differentia, & cōmuniter accidentia, nō tamen in eo qđ quid est prædicantur, sed in eo quod quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus, quid est illud, de quo prædicantur hęc, genus respondebimus, differentias autem & accidētia non respondebimus: non enim in eo quod quid est prædicantur de subiecto, sed magis in eo qđ quale quid est: interroganti enim quale quid est homo, dicimus quòd rationale: & quale quid est coruus, dicimus quòd nigrū. est autem rationale quidem differentia, nigrum verò accidens. quando autem quid est homo interrogamur, animal respōdemus, est autem hominis genus animal. Quare de pluribus prædicari, diuidit genus ab ijs quæ de vno solo eorū, quæ sunt indiuidua, prędicantur. hoc verò, de differētibus specie, separat ab ijs, quæ sicut species prædicantur, vel sicut propria. in eo autem quod quid est prædicari, diuidit a differentijs & cōmuniter accidentibus, quę non in eo quod quid est, sed in eo quod quale quid est, vel quomodo se habet vnumquodq; prædicatur de ijs, de quib^9 prædicatur. Nihil igitur superfluum, neque minus continet generis dicta descriptio notionis.

Cōtin. text^9. Ammonius, Aegidius Romanus, & Ant. Andreas, benè hunc textum ad præcedentes continuant, simul & diuidunt. Ammonius quidē sic habet, postremò inquit Porphyri^9 inter genus, & differentiam, ac vniuersa accidentia hoc interest, ꝙ hęc quidem in quęstione qua quęritur Qualitas, & modus rei inuestigatur, dicuntur; Genus autem est id per quod rei vis, & natura indagat: Aegidius, & Ant. And. verò sic. Ostendit hic Porphyrius quomodo Genus differt à differentia, & accidentibus cō bus, nam differentia, & accidēs prędicātur in qualē, & nō in quid, vnde licet hęc possint de pluribus prædicari, tā non prędicant, in quid, sed in quale, genus verò in quid: Diuidit verò pręsens textus in tres partes. In prima facit principaliter quod dictum est, in secunda, ibi, Interrogāti &c. per duos syllogismos probat quod dixerat. primus est, illud prędicatur in quale, per quod rñdetur ad interrogationē factā per quale; sed differentia est huiusmodi, ergo: minor probat, quia interrogati, qualis est homo? dicimus ꝙ rationalis: Secundus syllogismus est, illud pdicatur in quid, per qđ respōdetur ad interrogationem factam per quid, sed genus est huiusmodi, cū interrogati, quid est homo? Rñdeam^9 esse animal, quod est genus eius, ergo. In tertia parte, ibi quare de pluribus &c. Epilogat totā generis definitionem supra assignatā, & tandem dicit ꝙ prędicta generis definitio est benè tradita, vt declaratiua naturæ ipsius generis hic definiti. Sed hic occurrit dubitatio. Si genus distinguit̄ à specie per prædicari de pluribus differentibus specie, & à differentia per prædicari in quid, qualis distinctio est hęc? Ad hoc duplex est opi. Prima est Frāncisci in conflictu lib. 1. dist. 8. quē refert etiā, & impugnat Petrus Niger in suo clypeo q. 41. quę opinio in hoc consistit, ꝙ genus, differentia, & spēs, sunt idem realiter, & essentialiter, distinguuntur tñ formaliter, genus. n. & differentia distinguuntur formaliter inter se, & ab ipsa specie, eo ꝙ spēs dicit tertiā formalitatem, ex duabus formalitatib^9, videlicet generica & differētiali simul vnitis, & hęc opinio vr̄ mihi esse Scoti, licet Petrus Niger in pdicta q. 41. dicat de mēte Scoti quòd ista sunt realiter distincta, & citat Scotū in 1. dist. 8. in quęst. de simplicitate Dei, quę est prima quæstio in ordine, quod ibi Scotus nunq̄ somniauit, nec puto Scotū alibi hoc dixisse, & sic dico ꝙ opinio Francisci de Maironis est opinio Scoti; Nā dicebat Dñs Trombetta in c. de dist. reali, qui fuit inter pręcipuos de schola subtilium, ad mentē Scoti, ꝙ omnes differētiæ essentiales, & modi intrinseci in eodem supposito vnica realitate reāiur, & quòd oē superius est idem realiter cum suo inferiori, vt est genus respectu speciei, sumendo genus, & spēm materialiter, pro substrato, & fundamēto. Scđa opi. est Petri Nigri dicentis esse opinionem S. Tho. ꝙ hęc sunt omni modo realiter, essentialiter, & ex natura rei eadem, sola ratione distincta Sed contra hanc opinionem arguatur sic. Quæcumque non sunt omnibus modis idē ex natura rei, illa sunt aliquo modo non idem ex natura rei, sed quæcunque sunt aliquo modo non idem ex natura rei, illa sunt aliquo modo distincta ex natura rei, ergo à primo ad vlti-

Diuiso text^9

Dubitatio.

Prima opin. Francisci de Maironis.

Secunda opi. Petri Nigri.

Contra.

vltimum, quæcumque non sunt omnibus modis idem ex natura rei, sunt aliquo modo distincta ex natura rei: sed genus, Differentia, & species, non sunt omnibus modis idem ex natura rei, ergo distinguũtur ex natura rei: Minor probatur, quia de eis verificantur contradictoria ex natura rei hoc modo, species habet rationem constituti, sed genus, & differentia habent rationem constituentis, cùm sint partes intrinsecæ essentiales ipsius speciei: Genus ex natura rei dicit realitatem contrahibilem, & constituit speciem, species verò non constituit genus, nec differentia contrahitur per genus; cùm differentia sit realitas actualis præsupponens realitatem genericam potentialem, & sic differentia contrahit genus, & non contrahitur à genere. Amplius Genus est communicabile ut quod, pluribus speciebus, non autem differentia specifica, & species est per differentiam constituta, non autem differentia per speciem constituitur. Amplius genus, & differentia sunt idem essentialiter speciei, cùm de ea prędicentur in primo modo dicendi per se, vt inquit Auer. primo Poster. commento 39. & 7. Metaphys. commento 11. Et propterea probabilior videtur mihi Scoti, & Francisci de Maironis opinio, quòd genus, differentia, & species idem sunt realiter, formaliter verò ex natura rei distincta. Et opposita sententia locum habet in Diuinis, vbi est summa simplicitas, & ea quæ sunt in vno supposito sunt sola ratione distincta. Vnde idem Petrus Niger quæstione 53. notabili primo, dixit quòd genus, species, & differentia in vno, & eodem accepta, non distinguuntur secundum rem, sed secundum rationem, si verò in diuersis accipiuntur, realiter distingui possunt.

Verba text. {Quæ communiter sunt accidentia} eo quòd accidentia propria prædicantur de vna sola specie, accidentia verò cõia de pluribus spẽbus? Dubitatio. Dices, vnde est quòd accidentia propria prædicatur de vna sola specie, & communia de pluribus? Responsio. Respondeo quòd accidentia propria fluunt, & emanãt ab aliqua differentia specifica, quæ prædicatur de vna sola specie, v. g. risibile est accidens proprium, quod procedit à rationalitate, quæ competit vni tantum speciei, puta, homini, & ideo risibile prædicatur de vna sola specie, quę est homo: accidentia verò communia fluunt à materia, quæ est diuisa in varias rerum species, verbi gratia, Albedo sequitur materiam seu corpus, quod reperitur in pluribus specie differentibus, & ideo albedo dicitur accidens cõmune puta, pluribus specie differentibus: Dubitatio. Dices, quæ differentia est inter accidens proprium, & accidens commune? Responsio. Respondeo accidentia propria insunt prius speciei, & postea propter speciem indiuiduis, ideo enim Plato est risibilis, quia est homo. Accidentia verò communia primò insunt indiuiduis, & propter indiuidua insunt speciei, ideo enim homo est albus, quia Socrates, vel Plato est albus: Dubitatio. Dices quare accidentia communia Responsio. insunt primò indiuiduis, accidentia verò propria insunt primò speciebus? Respõdeo quia accidentia communia sequuntur principia indiuidui, videlicet materiã, qualitates actiuas, vel passiuas, accidentia verò ꝓpria sequuntur principia speciei, & specificam formã: Dubitatio. Dices quæ differentia est inter accidentia realia, & accidentia intentionalia? Responsio. Respondeo accidentia realia conueniunt speciei vt habet esse in suppositis, i. in quantùm habet esse in suis indiuiduis; accidentia verò intentionalia insunt speciei, vt hẽt esse cognitum apud intellectũ; similiter & ĩ indiuiduis, dicendo Socrates est indiuiduum Socrates est singulare, &c. Vnde quando Socrates supponit personaliter, substat accidentibus realibus, quando vero substat accidentibus intentionalibus supponit simpliciter: Dubitatio. Dices quare hęc accidentia communia ita appellãtur communia? Responsio. Respõdet Aut. And. quòd duabus de causis dicuntur cõmunia; primò quia insunt subiecto, & alijs; secundò dicuntur communia, quia indifferenter insunt, & non insunt subiecto, possunt enim adesse, & abesse pter subiecti corruptionem, cum corruptione tamen sui, cùm accidentia huiusmodi indigeant subiecto ad subsistentiam, vt inquit Ammonius c. de substantia super illa verba, destructis autem primis substantijs. Hic ex Ammonio notabis quòd Ammonij documentum. definitio dr terminus 1. Topic. c. 4. 6. Metaph. 2. & 2. Phys. tex. 19. ducta appellatione à finib' Agrorum, vt inquit Ammonius, nam sicuti terminus debet cõtinere illud quod est de proprio, & dimittere illud qđ est de alieno, ita similiter diffinitio, vt inquit Aegidius, & nos alibi abundè diximus, quæ definitio triplex est, vt inquit Ammonius, videlicet perfecta quæ rem definitam circũscribit, & quæ nihil extra ipsam relinquit, nec quicquàm prætermittit eorum, quæ cum vi, & natura rei cohęrent quę æqualis est definito, vt Boetius dicit, Vt ista, aĩal rationale, respectu hominis: Triplex definitio ex Ammo. Alia est manca, quæ competit alteri à definito, vt aĩal mortale, cui definitioni deficit ly, Rationale, & ideo cani etiã competit, & equo; alia verò est superflua, vt animal rationale mortale grammaticum, quę non competit omni homini cùm non oẽs actu sint grammatici: Tandem inquit Ammonius quòd triplex est vniuersale, videlicet. Vniuersale Triplex secũdum Ammo. Ante multa; in multis; & post multa: Ante multa non datur, in multis datur in potentia, & post multa in actu; vniuersale. n. aĩal aut nihil est aut posterius 1. de aĩa tex. 8. & sic nec abũdat, nec deficit generis definitio, vt bene erat. 3. c. 4. declarauit Albertus. Sed dubitabit hic Nouitius, Dubitatio. est ne nigredo differentia corui; & qualis differẽtia? Responsio. Ad hoc Respõdet Ammonius in pdicamẽtis c. de substãtia proprietate prima, ex sua, & aliorũ sententia, quòd tres sunt species differẽtiarum; aliæ enim sunt magis substantiæ quàm accidentia, vt rationale in hoĩe, & irrationale in Bruto: aliæ ex opposito, sunt magis accidẽtia quàm substantiæ, vt albedo in cigno, & Scytha, & nigrum in coruo, & æthiope, differt enim Scytha ab æthiope, albo, & nigro, aliæ verò sunt medio modo se habentes, ita vt incompertum, & imma-

nifestum sit, magis ne accidentia sint an substantia, & huiusmodi sunt qualitates primę alteratiuæ quatuor elementorum, ut calidū, frigidum humidum & siccum, & hoc quia Alexander putauit esse differentias, & formas eorū substantiales, Auerroes verò oppositum aduersus Alexandrum substinet 8. Metaph. commen. 5. & sic nigrum est differentia accidentalis corui, non autem substantialis, ut est rationalitas respectu hois, q̃ rationalitas p̄dicatur in quid, & in quale, in quale, ut habet rationem formæ, & sic prędicatur per modum informantis, in quid uerò in quātùm est de quidditate speciei cuius est differentia, non autem prędicatur in quid simpliciter p modum subsistentis.

Verba text⁹. Constructio litteræ.

[A differentia uerò, & ab ijs quæ communiter sunt accidentia differt genus] .i. genus sic desinitum, differt à differentia generica, & accidentibus communibus [quoniam & si de pluribus differentibus specie prædicantur differentia, & cōmuniter accidentia] i. quia licet differentia, & cōmuniter accidentia. i. quę indifferenter se habent ad hoc & illud subiectū; prædicantur de plurib⁹ [non tamen in eo quod quid est prædicantur]. i. non prędicantur in quid, sicuti prædicatur genus [sed in eo quod quale quid]. i. non in q̃d absolutè, sed in quale quid simul: & dans exemplū inquit [interrogantibus enim aliquibus]. i. petentibus aliquibus, [quid est illud de quò prędicant̄ hæc]. i. quid est. v. g. homo, de quo prędicant̄ differentia, & accidentia communia? [Genus respondebimus]. i. respondemus ꝙ est animal [differentias autem, & accidentia non respondebimus] . i. si ab aliquo interrogamur, quid est hō? Respondemus ꝙ est animal, non autem respondemus, ꝙ est rationalis, uel albus [Non enim in eo quod quid est prædicātur de subiecto] i. non p̄dicātur hęc accidentia communia, & differentiæ in q̃d, seu non absoluunt quæsitum, quid, sui subiecti [sed magis in eo quod quale quid est] .i. sed magis & potius prędicantur in quale, seu absoluūt q̄situm quale, licet differentia quale essentiale, & accidentia communia quale accidentale [interroganti enim quale quid est homo?]. i. alicui petenti, & quærenti, de homine, quale quid est ipse homo? [Dicimus]. i. respondemus, ꝙ homo est rationale, uel rationalis [& quale quid est coruus] .i. & interroganti de coruo, quale q̃d est ipse coruus? Dicimus ꝙ nigrum, uel niger, largè sumendo nigredinem pro differentia corui; nigredo. n. p̄dicatur in quale quid de coruo, non vt differentia, sed ut habens se per modum differentię, quatenus per nigredinem differt coruus ab alijs uolatilibus, sicuti per rationale homo differt ab animalibus terrestribus. [Est autem rationale quidem differentia]. i. est rationale differentia hominis distinguens hominem ab alijs animalib. [Nigrum verò accidens coruo] ut accidens inseparabile sequens materiam [Quando autem quid est homo? interrogamur]. i. ad interrogationem factam per quid de homine [Animal respōdemus] .i. respondemus & dicimus, ꝙ homo est animal [est autem hominis genus animal]. i. & propterea sic respondemus per animal, quia animal est genus; & postea epilogando prędictam generis definitionem inquiunt Aegidius, & Anto. And. sic inquit Porphyrius. [Quare de pluribus prędicari]. i. quamobrem ly, de pluribus prędicari s diuidit genus ab ijs quæ de vno solo, eorum q̃ sunt indiuidua prædicantur]. i. separat, & distinguit genus à numero eorum quæ prędicantur tātùm de vno solo, ut inquit Albertus, quę prædicabilia de vno solo, sunt indiuidua, & particularia, tàm de p̄ñto substantię, quàm de prædicamēto accidentia [Hoc uerò de differentibus specie]. i. & ly, de differentibus specie [separat ab ijs quę sicut species prędicantur, uel sicut propria] .i. distinguit genus à speciebus, & propriis illarū specierum, quę prędicantur de pluribus differentibus numero vt species, vel de vna sola specie, & indiuiduis eius, ut proprium, eo ꝙ genus prædicatur de pluribus differentibus specie. [In eo autem quod quid est p̄dicari]. i. ly prædicari in eo quod quid [diuidit à differētijs, & communiter accidētibus]. i. separat genus à differentijs, & accidentibus communibus [Quæ non in eo quod q̃d est] .i. quæ differentię, & accidentia communia, non prædicātur in eo quod quid est, seu in quid, [sed in eo quod quale quid est] .i. sed in quale quid, in quale ut accidentia, in quale quid ut differentiæ [vel quomodo se habet unumquodque p̄dicatur de ijs de quibus prędicatur]. i. & si differētię, & accidentia communia prędicātur, nō in quid, tamen unumquodque illorum suo speciali modo, prędicatur de ijs de quibus prædicatur, uide licet differentia in quale quid, accidentia uerò tātùm in quale: vtrunque tamen prędicat̄ in quale, sed differentia in quale essentiale: accidentia verò in quale accidentale, ut dicebat Albertus. [Nihil igitur superfluum]. i. superabundans [neque minus]. i. neque diminutum [continet generis dicta descriptio notionis]. i. continet in se p̄dicta descriptio. i. definitio notionis. i. notificationis, & manifestationis generis. Natura enim non superabundat in superfluis, nec deficit in necessarijs 1. Physico. 56. 1. Cœli 32. 2 Cœli tex. comm. 50. & 3 de Anima com. 45. dicebat Auerroes: sic igitur constructa litera, cōclusiones modo ex ea colligamus, oportet.

CONCLVSIONES.

Tres conclu. textuales.

Prima conclusio. Genus non de vna sola specie, sed de pluribus, & differentibus prædicatur. Secunda conclusio. In definitione generis, rectè ponitur prædicari in quid. Tertia conclusio. Prædicta generis definitio à Porphyrio rectè assignata, non descriptiua, sed quidditatiua est, quamuis per additamentū, quodammodo tradita.

VT igitur conclusiones istas, quantùm Logico sat est, breuiter examinemus: circa primam dubitatio est: an genus saluari possit in vna tantùm specie, vel non? De qua re triplex extat opinio:

1.opi. Alber. S.Th.& Gratiadei.

opinio:Prima eſt Alberti Magni tract.3. c.2.quã
ſequutus eſt D.Thom.1.Poſter.t.38 & 2.ſenten.
d.19.q.4.ar.2.& Gratiadeus c.de Gen. dub. 4. &
Soncinas.Quæ opinio conſiſtit in hoc,quòd ge-
nus neceſſariò requirit multas ſpecies , ita ut nõ
ſit poſſibile inueniri aliquod genus,cuius una tm̃
ſit ſpecies:cuius opinionis fundamentum eſt,qa
genus diuiditur, & deſcendit in ſpecies ſuas per
oppoſitas differentias , quę cùm eductę fuerint
à genere,inquit Albertus , de neceſſitate plures,
& oppoſitas cõſtituent ſpẽs, oportet.n,ut ſi unũ
contrariorũ reperiẽ in natura, reperiatur & alte
rũ 2.Cœli t.c.18.contraria.n.ſunt naturæ diuer-
ſę, eo q̃ ſubiectum eorum eſt duo in potentia
1.de Gen.com.74. ſecus autem dicendum eſt de
ſpecie,quæ diuiditur,& deſcẽdit in ſua indiuidua
per diuiſionem materię , quæ tota alicui ſpeciei
proportionata, ſub vnico indiuiduo poteſt com
prehendi , quia conſtans ex tota ſua materia eſt
unum tantùm,ut dicebat D.Tho. p.p.q.69.ar.4.
ex Ariſt.2.Cœli.t.95. Rationes autem ꝑ iſta opi
nione ſunt iſtæ : prima, illud neceſſariò requirit
genus,quod eſt de eſſentia generis, ſed multitu-
do ſpecierum neceſſariò requiritur ad genus, er-
go multitudo ſpecierum eſt de eſſentia generis.
Minor probatur,illud eſt de eſſentia generis, qđ
eſt pars quidditatiua diffinitionis ei⁹,ſed plurali-
tas ſpecierum eſt huiuſmodi,ergo:& patet etiam
auctoritate Boetij in libro de diu. dicentis,quòd
ſub eodem genere minus duabus ſpeciebus eſſe
non poſſunt,& 4.Top.c.4.& t 2.habetur,non o-
portet genus prędicari de ęqualibus cum ſpecie
.i.de differentibus numero tantùm, ſed de pluri-
bus.i.differentibus ſpecie. Secunda opinio eſt,q̃

2.opin.quam refert Scot.& ſequitur Tib. Bonon.

ſequitur Tiber.Bonon.prop.3.& modificat Sco-
tus q.15 & Ant.And. pro qua opinione ſunt ali-
qua dicta notanda. Primum, aliqua plura ſimul
eſſe,dupliciter poteſt intelligi, uno modo ĩ actu,
alio modo in potentia. Secundò,q̃ eſſe in poten
tia adhuc dupliciter,uno modo in potentia phy-
ſica,quando in re poſſunt eſſe multa, alio modo
in potentia logica , quę eſt non repugnantia ad
concipi,ut ſint multa ſimul : His prænotatis hæc
ſecunda opinio in hoc conſiſtit: Genus ſiue for-
maliter,ſiue fundamẽtaliť ſumatur,neceſſariò re-
q̃rit multas ſpecies,nõ quidem actu, uel poten-
tia; ſed ſolùm aptitudine: De genere formaliter
pro ſecunda intentione ſumpto,probatur , quia
cùm ſint relatiua ſunt ſimul natura , ſi unũ po-
nitur & alterum,& ideo ſi unica ſpecies eſt, neceſ
ſe eſt genus eſſe.Probatur etiam de genere funda
mentaliter ſumpto,quia ſi in mundo eſt homo,
neceſſe eſt eſſe animal,& probatur,quia ſi homo
eſt in mundo, debet etiam eſſe eius principium
conſtitutiuum eſſentiale , & ſic data unica ſpecie
fundamentaliter ſumpta, dati etiam debet genus
fundamentaliter ſumptum.Et ſic opinio hæc ſe-
cunda conſiſtit in hoc : Genus non requirit plu-
res ſpecies actu i.quoad exiſtentiam , nec poten-
tia ad ſic eſſe.i.potentia phyſica , ſed ſolùm apti-
tudinaliter quoad potentiam logicam.i.non re-

Contra.

pugnantiam ad eſſe actu : Sed contra arguo ſic:
Potentia & aptitudo idem ſunt,ſed genus requi-
rit plures ſpecies aptitudine per te, ergo & po-
tentia, aut e conuerſo , potentia & aptitudo ſunt
idem , ſed genus nõ requirit plures ſpecies ſimul
potentia,ergo nec aptitudine: Ad hoc reſponde-

Reſpõ. quòd aptitudo, & potentia differunt.

tur negando maiorem,ponendo diſcrimen inter
potentiam,& aptitudinem : nam aptitudo eſt in-
clinatio alicuius in aliquid ſecundùm ſe, uel po-
tius non repugnantia ſecundum Sco. 3.ſent. d.1.
& in quolib.q.19. quæ quandoque eſt ſiue potẽ
tia. v.g. Cęcus habet aptitudinem ad videndum,
5 Metap. t.com.27. non tamen habet potẽtiam,
ex poſt pñtis,in cap.de oppoſitis,vbi habetur , q̃
à priuatione ad habitũ non eſt naturalis regreſ-
ſus ad idem numero.ſic etiã nulli vniuerſali quã-
tùm eſt ex ſua forma repugnat dici de multis , li-
cet hæc aptitudo impediri poſſit , quãdo nõ ſunt
multa de quibus prędicetur : Potentia verò, re-
mota,vel propinqua 2.Ani.61.dicit ordinem ad
actum,& quandoque ſiue aptitudine 2.ſen. d.1.
q.3.ex Sco.v.g.lapis habet potentiam non obſtã-
te ſua grauitate,ad motum ſurſum ſi proijciatur
uiolenter , non tamẽ habet aptitudinem ad talẽ
motum, cùm aptitudinem habeat , ut ſemper in-
clinet deorſum, mediante ſua grauitate , quæ eſt
priuatio leuitatis 2.Cœli t.com. 19. quandoque
verò aptitudo eſt ſimul cum potentia,ut riſibili-
tas dicit aptitudinem , & potentiam ad ridendũ.
& ſic cùm aptitudo ſit quandoq; diſtincta à po-
tentia, argumentum non militat in contrarium,
& hæc opinio ſaluat ſe in hoc, quòd etiã genus
eſt aptum natum habere multas ſpecies, non tñ
oportet q̃ actu habeat , aut ſit in potentia ad ha-
bendum,& illę auctoritates, quę probant q̃ ge-
nus requirit multas ſpecies, intelligũtur de apti
tudine:& hęc ſecunda opinio eſt communis, cla
ra,& probabilis . Tertia opinio eſt Scoti. q. 18.

3. opi. Sco.& diſcipulorũ.

Ant.And.Ioannis Anglici, Mantitij , & Ioannis
de Magiſtris , quòd genus & ratio , ſeu definitio
generis requirit, vt habeat multas ſpecies in actu
non quòd exiſtant actu, vel potentia.i.non req-
rit multas ſpecies actu exiſtentes in actuali exi-
ſtentia extra cauſam,& intellectum,ſed q̃ illę ſpe
cies tantùm actu concipiantur per ſpeciem intel
ligibilem acceptam ab indiuiduis quandoq; exi-
ſtentibus, ſeu quæ quãdoque poterunt exiſtere ,
& quòd actu pręſentialitatis habeant aptitudinẽ
participandi illud genus, quia talis actualitas eſt
illorum,in quantùm dicuntur(licet non ſint)ſpe
cies generis, & ſimiliter dici poteſt de ſpẽ reſpe-
ctu indiuiduorum , uult dicere Scotus , q̃ genus
requirit multas ſpecies actu cognitas , non au-
tem actu exiſtentes:ſicuti dicimus,q̃ homo actu
eſt riſibilis.i.actu habet riſibilitatẽ , licet nõ actu
rideat:ſic genus actu requirit multas ſpecies , q
actu concipiantur,ut quandoque poſſint exiſte-
re,non tamen requirit multas ſpecies actu , quæ
modò actu exiſtant,ut dicebat prima opinio : &
ſic hęc opinio Scoti ſimilis diſſimiliter eſt opinio
ni ſecundę,ſimilis,q̃ genus requirat multas ſpe-
cies,diſſimiliter, quia illa procedebat de aptitudi
ne,iſta verò de actu ineſſe cognito,quæ ſi ſubtili
cri-

cribro cernitur ad illam reducetur, uel ab ea priorum distabit, & sic concludit Sco. qui nititur saluare opinionē secundā, simpliciter teneri posse, quod genus non est aptū natura dici de multis, nisi quæ concipiuntur ab intellectu, in quorum intellectu est genus, & huiusmodi sunt species actu, siue existant, siue possint existere, siue non, & sic sequitur quod genus semper multas habet species actu saltem mente conceptas.

4. opi. Mag. Philippi. Quarta opinio est Magistri Philippi Mucagatæ super cap. de Genere q. 2. quæ breuiter consistit in hoc, genus saluari in unica specie stat dupliciter, uno modo, quo ad potestatem generis, quæ potestas est communicabilitas generis ad multas species, alio modo secundum essentiam, quæ est fundamentū illius potestatis; quoad potestatem adhuc dupliciter, aut formaliter & subiectiuè, alio modo terminatiuè, & completiuè. Tunc inquit primò, quod genus secundum essentiam suam potest saluari in unica specie, eo quod cùm sit indiuisibilis, vbi est, ibi tota est, quæ essentia est quidditas animalitatis, & sensibilitatis, seu quidditas animalis. v.g resultās ab animalitate, & sensibilitate. Secundò genus formaliter potestatiuè. i. communicabiliter, saluari potest in unica specie, cui potest communicari. Tertiò, genus non potest in una specie saluari completiuè terminatiuè secundùm eius potestatem, quia ut sic debet de pluribus speciebus prædicari, & hoc modo genus necessariò requirit multas species.

5. opin. Petri Tatareti, & Pauli Ven. Quinta opinio est Petri Tatareti, I. ā. de Magistr. viri undequaque peritissimi, qui ob subtilitatem, & breuitatem in dicendo à paucis intelligitur, & Paul. Veneti cap. d. Gen. quæ opinio consistit in hoc. Dicit enim Tataretus super caput de Genere notabili quarto, quod genus saluari in unica specie potest tripliciter intelligi, uno modo videlicet secundum existentiam, & sic benè potest genus saluari in unica specie, eo quod omnibus alijs destructis speciebus, solo homine remanente, adhuc verum esset dicere, homo est animal, quia in eo est animalitas. Secundo modo secundum potentiam, potest enim Deus facere ut omnes species destruantur dempto homine, in quo tamen erit animal. Tertio modo secundū aptitudinem, & sic genus non potest saluari in unica specie saltem terminatiuè, sic quod non sit aptum natum esse in pluribus speciebus, cùm ex se natum sit esse, in, & prædicari, de, pluribus speciebus, quamuis talis aptitudo quia fundamentaliter sit idem cum animalitate, saluari possit in vnica tantùm specie.

Opi. propria & clarior quā sequitur. His igitur opinionibus sic stantibus, quarum quælibet mihi uidetur probabilis. Sic respondeo, vt quid de hac re senserim sciant discipuli: Genus fundamētaliter sumptū, benè saluari potest in vnica specie, probatur quia destructis omnibus speciebus alicuius generis, & vna tantùm remanente, saluatur in ea natura, & quidditas generis: non quoad existentiam. i. quo ad prædicationē, quia genus formaliter sumptū vt est una secunda intentio vniuersalis, & cōmunis, multas, uel saltim duas requirit species, & hoc quia diffinitio generis, quæ est quidditatiua & essentialis, tradita per terminos intentionales, assignata est per prædicari de pluribus differentib. specie 1. Top. c 4. & 5 Metaph 33 & sic saluatur prima opinio, & omnes reliquę: hæc est mea opinio, & qui plus scit, melius dicat Et sic prima illa vt explicetur proposita conclusio, hoc modo est secundum me intelligenda. Genus non de vna sola specie, si formaliter sumatur genus, sed de pluribus & differentibus prædicatur. Genera enim formaliter sumpta, non sunt actu quoad actualē prædicationem, nisi in speciebus 3 Met. com. 11. & 7. Met 43.

2. concl. Secunda conclusio erat ista. In diffinitione generis, rectè ponitur, quòd prædicatur in quid. Ista conclusio benè declaratur a Scoto q. 19 ubi inquit, quod vniuersale genus ad quinque prædicabilia, descendit in illa per differentias oppositas, quæ sunt prædicari in quid, uel in quale, cū igitur genus non prædicetur in quale, signum est quod prædicatur in quid. Dices quid est prædicari in quid?

Dubitatio. Resp. Scoti. Et quid est prædicari in quale? Respondeo, quod prædicari in quid, est prædicare essentiam per modū essentiæ, & quia genus sumitur à materia 8. Met. commen. 10. ideo prædicat essentiam per modū substantiæ, qui est modus essentiæ, differentia verò quia sumitur à forma, prædicat essentiam per modum informantis, & qualificantis, & ideo prædicatur in quale, uel quale quid.

Dubitatio. Responsio. Dices, cur differentia prædicatur in quale quid? Respondeo quod quinque uniuersalia sic se habent, quod duo prima, videlicet genus, & species prędicantur tantùm in quid, ubi genus dicit partem quidditatis, species verò dicit totam quidditatem: duo ultima, uidelicet proprium, & accidens, prędicantur tantū in quale per modum qualificantis accident. Tr. medium verò videlicet. Differentia, prædicatur in quale quid, ex hoc enim quod importat formā, seu inquantùm est forma, ut sic prædicatur in quale. Ex hoc uerò, quod importat substantiam, seu inquantùm est de substantia rei cuius est differentia, ut sic prędicatur in quid; hinc differentia huiusmodi substantialis ratione totius prędicatur in quale quid, in quale inquātùm est forma, in quid uerò inquantùm est de essentia eius cui est differentia: & sic differentiæ substantialis. i. essentialia prædicantur in quale quid. i. in quale essentiale 6. Top. cap. 8 & 5. Met. comm. 7.

Dubit. Respon. Dices si differentia prædicatur in quale, ergo est accidēs. Respondetur, quod duplex est qualitas, quædam est de pnto qualitatis, & hæc est accidens, & prædicatur in quale: & quædam est qualitas substantialis de pnto substantiæ, ut est differentia substantialis, quæ qualitas dicitur 5. Meta. com. 19 sic in pnts, cap. de substantia prop. 3. dicebat Aristoteles, quod secundę substantiæ non significant hoc aliquid, sed potius aliquid quale: non quidem simpliciter quale, sed qualitatem circa substantiam determinant, quod dicit etiam Paulus Venetus in fine cap. de Gene.

Contra cōcl. arguitur. Sed contra hanc conclusionem sic declaratam, arguo sic: genus nullo modo prędicatur de specie, ergo non prædicatur in quid de specie: Antecedens probatur, supponendo quod hic

hic definitur genus pro intentione secunda, sic species dupliciter potest sumi, uno modo pro intentione, alio modo pro re subiecta intentioni, & neutro modo de ea prædicatur genus, nō pro prima intentione, quia ad interrogationem factam per quid est homo? non respondemus, ꝙ est genus, quia ens rationis non est de quidditate entis realis, nec pro secunda intentione, quia vt sic sunt duæ intentiones disparatę sub vniuersali,& vna non prędicatur de alia, non enim ad interrogationem factam per quid est species? Dicimus ꝙ est genus,ergo nullo modo genus prædicatur de specie: Ad hoc respondet Scotus,ꝙ de specie sumpta pro intentione secunda: dupliciter potest quęri, uno modo quid est,in prędicatione exercita, & sic est propria fundamentis, & tunc prædicamus in quid fundamentum generis,puta,animal de fundamento speciei,quod est homo, dicendo ꝙ homo est animal, alio modo queri potest de specie, quid prædicatur de spē? & sic ista quæstio est propria intentionibus in prędicatione signata,unde quærenti,quid prædicatur de specie?benè respondetur genus:Sed contra hanc Scoti responsionem replico sic. Ista est vera,quid est species? si respondetur est uniuersale, quia tunc in ijs quæ sunt eiusdem ordinis, prędicatur superius in quid de suo inferiori: secundò per unum disparatum non respondetur ad interrogationem factam per quid? de altero disparato, sed genus & species sunt disparata ergo? Respondetur ꝙ valet argumentum de prædicatione exercita in intentionibus,non autem de prædicatione signata, ut quando dicimus, ꝙ genus prędicatur de specie.

Resp. scot.

Contra.

Responsio.

Arguitur 2. Secundò ad idem arguitur sic. Dictum est supra,ꝙ hęc particula, in quid, ponitur ad distinguendum genus à differentia: sed hoc nō potest stare,& probatur,quia differentia superior, & generica prędicatur de differentia inferiori per se in primo modo 7.Metaph.43.& non sicut differentia,quia tunc descenderet per seipsam vt superius in has differentias inferiores,ergo hæc superior dr̄ia prędicatur de inferioribus, in quid,ut superius de inferiori. Ad hoc respondetur quod differentia dupliciter potest cōsiderari, uno modo respectu illius speciei cuius est differentia, & sic prędicatur in quale, alio modo consideratur respectu illius cuius est genus,i.respectu sui inferioris,& sic differentia communis ad plures differentias dicitur genus respectu illarum de quibus prædicatur in quid: volo dicere ꝙ differentia duplicem habet habitudinem, unam quidem ad speciem respectu cuius est differentia, de qua prædicatur in quale, aliam uerò habet ad inferiores differentias respectu quarū est genus, cùm differentia superior sit genus ad differentias inferiores.v.g.corporeum respectu animati est gen⁹, & prędicatur in quid, similiter animal respectu sensibilis,&c.Sed contra hanc responsionē arguitur,quia tunc sequeretur,ꝙ in omni prædicamēto essent tria generalissima, & sic genera generalissima non essent tantùm decem, sed potius triginta,quod est contra Aristotelem 5.Metaph. in libro prædicamentorum, & 3. Physicorum, imò ut sic numerus prędicamentorum secundū Aristotelem esset maior numero prędicamentorū secundum Pythagoram ponentem uiginti prędicamenta,quæ tertio Physicorū enumerat Simplicius, & Paulus Venetus in hoc prohemio huius libri ipsius Porphyrij:probatur consequētia. Accipiamus prædicamentum substantię, ubi secundum arborem Porphyrij sunt differentiæ oppositæ à latere,& genus generalissimum.v.g.substantia in recta linea,dicendo,substantia corporea,& incorporea,tunc substantia esset genus ad corpus,corpus animatum,&c. vsque ad indiuidua in recta linea, & postea hę differentię à latere respiciunt sua inferiora,ut sensibile,& insensibile etiā in recto,in linea laterali, & tunc essent tria genera generalissima. Ad hoc respondeo, ꝙ nō essent tria generalissima, quia ad hoc ut sit generalissimum,non debet contineri in alio modò differentiæ continētur uirtualiter in substantia, quæ est genus, & sic licet sint superiora respectu suorum inferiorum, & prędicantur de illis, non tamen possunt dici generalissima, cùm detur generalius continens,ut est substantia, uel corpus in recta linea,sic posset ad hoc responderi: quāuis Scoto non placeat prima illa solutio:nec Paulo Veneto in vltimis verbis cap.de Genere: ego verò sic respondeo saluās hanc solutionem, quia in omni genere, & superiori respectu inferioris est reperire quid 1 Top.c.7.quod Scoto non placet 7.Metaph.q.8.& Ant.And.7.Metap.quæstione,15. qui uolunt ꝙ dr̄ia superior non prędicatur in qd de inferiori,quia tota coordinatio dr̄iarum reducitur ad coordinationem specierum, & ideo superior differentia nō prædicatur de inferiori in primo, uel secundo modo dicendi per se,quamuis concedat Paulus Venetus,ꝙ differentia superior prędicatur in quid de inferiori, tanquam conceptus communior uirtualiter cōtentus in differentia inferiori, quia à simili motus prędicatur de alteratione, & tamen motus non est genus.

Responsio.

Contra.

Arguitur 3. Tertiò arguitur,ꝙ ly in quid, ponitur in definitione generis ad separandum genus ab accidente, sed hoc non est verum, quia accidens etiam prædicatur in quid,cùm in omni genere sit reperire quid, primo Top.c.7.& 7. Metaphysices 14. Auerroes.

Responsio. Ad hoc respondetur, ꝙ accidentis duplex potest esse subiectum, vnum videlicet in quo, seu inhæsionis,alterum verò,de quo,seu prædicationis: Tunc dico ꝙ accidens respectu subiecti in quo,seu inhæsionis. v.g. albedo respectu parietis cui inhęret,prędicatur in quale, ut qualis est paries?Respondemus est albus;at respectu subiecti de quo,seu prędicationis,tunc prædicatur in qd, v. g. color & si non prædicatur de substantia in quid,prædicatur tamen in quid de albedine, cuius est genus,ita ut interrogati, quid est albedo? rectè possimus respondere per genus, dicentes ꝙ est color;similiter quid est dulcedo?est sapor &c.

&

& sic color uel coloratum respectu albi & nigri, est genus, dicendo albedo est color, respectu saporis est dria cōis, ut dicēdo dulce est, album, respectu corporis est accidens, ut corpus est coloratum, respectu qualitatis uerò est species, ut color est species qualitatis, ponitur enim color inter qualitates secundas, quę sunt, odores, colores, & sapores, ut in pędicamentis c. de Qualitate diximus. Contra, de æqualibus idem est iudicium, sed differentia & accidens sunt equalia, quoad hoc, q unumquodque illorum respicit inferiora, & supposita seu subiecta in quibus sunt, siue per informationem essentialem, siue accidentalem, ergo sicuti accidens respectu suorum inferiorum est genus, ita etiam differentia respectu suarum differentiarum inferiorum potest dici genus, eo magis quia Scotus primo libro reportationum dist. 25. q. 2. dicit, q omne uniuersale reducitur ad genus, uel speciem; sed differentia superior se habet ad inferiores, ut uniuersale respectu particularium, ergo erit genus respectu illarum, & sic nō uera responsio supra tradita.

Contra.

Respon. Ad hoc respondetur pro Scoto, q est diuersa ratio de accidente, & differentia: quia accidens tam pro prima, quàm pro secunda intentione pt esse genus, sed licet de differentia secundo intentionaliter sumpta, possit uerificari, q est genus ad differentiam ultimatam & intermediam, non tamen hoc dici potest de differentia pro prima intentione sumpta, & ad locum de reportatis respondetur, quòd differentia ut inquit ibi Scotus non est genus, sed habet modum generis, quod totum facit pro nostra opinione, dum primam responsionem à Scoto reprobatam, saluamus, & sufficiat nobis, q differentia formaliter sumpta, sit, uel habeat se per modum generis, respectu differentiarum sibi inferiorum.

3. concl. Tertia conclusio erat, pędicta generis definitio à Purphyrio rectè tradita, non descriptiua, sed quidditatiua est, quis per additamentū tradita. Tandem pro complemento, & fine pñtis capitis de genere, de ueritate huius conclusionis dubitatur.

Dubitatio. An generis definitio, quā nec superabundantem, nec diminutam existimauit Porphyri', sit descriptiua, an uerò quidditatiua? Ad hoc

Responsio. respondēt Ammonius in pñti, Albertus Magnus, tract. 3. c. 3. in initio. D. Tho. in opusc. log. c. 2. & Petrus Niger. q. 38. concl. 2. ubi inquit, q si accidentia realia per additamentum habent definiri, ergo multo magis entia rationis, cùm maiorem habeant dependentiam ad sua subiecta, & quia accidentia realia describuntur, ita etiam entia rationis, & sunt genus, species, & alia, nam in definitione generis ponitur fundamentum puta, pluralitas specierum quæ est realis. Boetius, Aegidius, & Burleus, Paulus Soncinas, & tandem So-

1. opinio. tus Hispanus super cap. de Gen. q. unic. in fi. q est descriptiua, licet Magister Philippus senior ordinis seruorum, citatus glosare Albertū, & Boetium dicens, quòd si, ly quod, in definitione generis referet, & cummemorat primam intentionē pro actu exercito, tunc non est definitio, sed descriptio, eo q nulla secunda intentio quidditatiuè prædicatur de prima intentione, uam prædicari de pluribus differentibus specie in quid, non prędicatur quidditatiuè de animali, si uerò referet secundam intentionem in actu designato, est definitio quidditatiua. Iste doctor honorauit Albertum, & Boetium, quia timuit Scotum, & ideo sic anceps est loquutus. Quidam uerò aliud petitissimus pater, in sua quæstione 2. inquit, q hęc generis definitio non est quidditatiua, licet potuisset esse quidditatiua quantùm est ex parte generis, si addita ei fuisset essentialis differentia, ita ut si interrogati quid est genus? Diceremus, q genus est uniuersale quod est in multis, specie differentibus, sed quia definitum est per prędicari de pluribus, quod est passio generis, & nō eius differentia, ideo hęc definitio descriptiua est reputanda; & hoc est inquit contra Ammonium, qui nullo modo putauit esse posse quidditatiuā. Hęc est prima opinio cui' potissimas rationes in fra adducam. Secunda opinio est Scoti q. 15. uniuersalium, Ant. And. super cap. de Gen. q. ultima, Petri Tatareti, & communis Scotistarum, Tiberij Bononiensis cap. de Gener. proposit. 2. quam opinionem sequuntur plerique A uerroistarum, ac Thomistarum, q definitio generis à Porphyrio ex Arist. 1. Top. c. 4. tradita, est quidditatiua, p genus & differentiam assignata: sed ut plena, ac resoluta à Nouicio de hac re habeatur determinatio, aliqua notabo. Et primò q definitio quidditatiua constat ex genere, & differentia substantiali, quæ quando latet nos, circumloqui possumus eam per accidentalem differentiam 7. Meta. 41. & 8. Metaph. com. 50. & debet assignari per genus propinquum, quod dicitur genus primū, quia primò in definitione ponitur 7. Metap. 43. & hoc ideo dico, quia genus duplex esse dicitur, uidelicet propinquum & remotum 2. Phy. 28. & 5. Met. c. 10. & si sic erit definitio, tunc necessariò conuertetur cum definito 6. Topicorum, & octauo Physi. 27.

2. opin. scoti, & aliorum.

Notandū 1.

Secundò noto, q definitio descriptiua illa est, quæ ex genere constat, & proprio, uel aliter etiā, ut supra ex Ammonio diximus, & ista dicitur definitio imperfecta, duplex enim est definitionis genus uidelicet perfectum, & imperfectum, ut in paraphrasi super quartū dē Cœlo summa tertia c. 1. dicebat Auerroes, hinc substantiæ dicunē habere definitionem simpliciter. i. perfectam, accidentia uerò aliquas definitiones, & secūdum qd 5. Met. 34. & 7. Met. 17.

Notandū 2.

Tertiò noto, q definitio quidditatiua est duplex, una dicitur purè quidditatiua, cuius omnes partes sunt de intrinseca ratione definiti, seu pertinent ad quidditatem definiti, talis est definitio hominis, quę est animal rationale: quāuis aliter hominem definiat Isidorus lib. 2. Ethim. c. 26. Alia est quidditatiua per additamentum data, in qua ponitur aliquid quod extraneatur à natura definiti, seu est extrinsecum definito, ut sic definiuntur accidentia, siue realia respectiua, siue realia absoluta, & accidentia intētionalia exemplum

Notandū 3.

plũ primi, ut relationes definiunt per terminos, exemplum secundi, ut simitas definitur per nasum 2. Physic. t. 29. dicendo simitas est curuitas nasi, qui est subiectum eius, similiter definiuntur secundę intentiones, quæ fundãtur in primis secundum Auicennam.

Notandũ 4. Quartò noto, ꝙ quinque conditiones requiruntur ad hoc ut definiatur definitione uera & quidditatiua, ut supra etiam tangebatur, & nunc memoriæ gratia repeto: Prima vt sit ens positiuũ & ideo non entia, & priuatiua non possunt definiri. Secunda ut sit ens per se vnum, & ideo ens p accidens, ut homo albus, non potest definiri: Tertia ut sit ens reale, & ideo excludantur entia rationis, quæ diffiniuntur per additamentũ. Quarta ꝙ sit uniuersale .i. non sit aliquod singulare, cuius non est definitio, ex Alexan. 1 Naturalium quęstionum cap. 3. licet Occham uelit quolib. 5. q. 20. ꝙ definitio est rei singularis extra animã, & malè. Quinta ut sit compositum, & non simpliciter simplex, & ideo Deus, ens, differentię ultimæ, & proprię passiones, non possunt definiri.

Notandũ 5. Quintò noto, quæ sint proprietates generis, & hoc propter quendam acutum discipulum, q quæsiuit à me: si pñia habent suas proprietates, nonne prædicabilia etiam habere debent ꝓprietates suas? Et ideo respondeo, ꝙ genus multas habet proprietates, quarum aliquas potiores hic

Sex proprietates generis. enarrabo: Prima est vt habeat differentias oppositas secundum perfectum, & imperfectum quarto Cœli com. 35. vt sic animal diuiditur per rationale, & irrationale, ubi rationale est perfectiùs irrationali: Secunda proprietas generis est, ut sit diuerso respectu pars in componendo, & totum potestatiuum in prædicando respectu spẽi Auer. 5. Met. 33. & D. Tho. opusc. 42. c. 9. Tertia est, ꝙ genus se habeat ut materia, & differentia ut forma 8. Met. 15. 2. de Anima 87. 1. Met. 17. 7. Met. 43. & 12. Met. 14. Quarta est, ꝙ prędicatio generis de specie est necessaria in primo modo dicendi per se 1. Poster. 31. Quinta, proprium est generis vniuocè prædicari de suis speciebus, ex Arist. cap. de substantia, ꝙ secundæ substantiæ vniuocè pręedicantur de primis, quam uniuocã generis prædicationem B. Tho. p. p. q. 77. arti. 4. & primo Periherme. lect. 8. intelligit de vniuocatione logica, & non physica, & hoc quia potest genus. v. g. animal esse perfectiori modo in una specie, puta in homine, quàm in alia specie, puta in leone, sed cum hoc logicè æqualiter. Hõ & leo participant animal, & hoc dicere uolebat Aristoteles primo de Anima com. 7. 2. de Anima com. 30. 3. de Anima com. 44. Metap. com. 2. 5. Meta. com. 4. & 12. Met. comm. 2. ꝙ genus per habitudinem ad suas species, aliquando de illis dr̃ uniuocè, quia æqualiter à speciebus participatur, & quandoque secundum prius & posterius, per prius .n. de homine quàm de equo, & hoc, quia per nobiliorẽ differentiam, puta, per rationale cõtrahitur animal ad hominem, quam per irrationale ad equum. Sexta proprietas est, quòd impossibile est aliquid esse sub aliquo genere, & non sit in aliqua specie illius generis, ut benè dixit D. Tho. p. p. q. 7. ar. 3. hinc arguere ualet 4. Top. c. 2. à negatione omnium specierum ad interimendum genus, videlicet, non est homo, nec bos, &c ergo nec est animal, & huius rei causa est 3. Metap. com. t 1. & 7. Met. 43. inquit Auer. quia genera actu non sunt, nisi in speciebus: Septima est proprietas generis generalissimi secundum Porphyrium & Auer. 5. Met. t. 4. ut nullum supra se habeat superueniens genus. His igitur sic præmissis, Dico ꝙ definitio generis est quidditatiua, licet additamentalis, q̃a in ea ponitur species, quæ nullo modo pertinet ad quidditatẽ generis, qua definitione additamẽtali definiuntur intentiones secundę, & sic uera est conclusio supra posita.

Contra prædictam cócl. arguitur. Sed contra eam, argumenta primæ opinionis afferam, quorum primum est Ammonij, & est tale: genus quod hic à Porphyrio definitur comprehendit decem genera generalissima, quorum vnumquodque est genus, sed nihil potest esse genus ad suprema genera, ergo. Ad hoc respondeo,

Resp. ꝙ nihil reale genericum potest esse cõmune decem prędicamentis, ut eorum prædicatum q̃dditatiuum, benè tamen illis potest esse commune aliquid intentionale denoĩatiuum: dicẽdo substantia est genus, quantitas est genus, &c. Amplius contra, genus hic definitum, sub se cõtinet genera substantiæ, & accidentis, sed istis nihil est commune vniuocũ, ergo nec definiri: Respõdeo ꝙ illis nil est uniuocum quidditatiuum, benè tñ uniuocum denominatiuum.

Arguitur 2. Secundò arguitur sic. Omne accidens definitur per substantiam 5. Met. com. 34. & 7. Metap. 17. quia non potest esse sine suo subiecto primo Physic. 14. & 7. Met. com. 2 & est posterius subiecto 7. Meta. com. 4. tempore, natura definitione, & cognitione, sed genus hic definitum est accidens, & in eius definitione nihil ponitur ad substantiam pertinens, ergo malè definitur: Minor probatur, quia genus est secunda intentio, quę est accidens, & omnes termini positi in hac definitione sunt accidentales, & non substantiales, ergo. Ad hoc argumentum respondetur primò,

Respon. ꝙ duplex est accidens, videlicet, copulatum, & nõ copulatum 7. Met. 17. argumentum procedit de accidente copulato, intentiones verò secũdę nõ sunt accidentia copulata, cùm non sibi determinent rem alicuius generis: & uniuocè applicẽtur

Contra. omnibus: Contra, omne accidens est subiecto copulatum naturalr̃ loquendo, ergo falsa est ista distinctio de accidente duplici, videlicet copulato, & non copulato.

Responsio. Respondeo, duplex est copulatio, quędam est actualis inhærẽtialis, & sic omnia accidentia sunt copulata, cùm non per se existant, indigent enim accidentia ipsis substantijs ad subsistentiam inquit Ammonius; alia est copulatio ꝑcisiua & determinatiua sibi ipsius subiecti, sic 2. Physi. 29. & 6. Met. 2. & 7. Metaph. 17. simitas est accidens copulatum, quia determinat sibi subiectum, puta nasum, modò dico ꝙ omnia accidentia sunt copulata primo modo, non tamen omnia hoc secundo modo, & sic q̃a

genus

genus est accidens intentionale, non definitur per substantiam determinando sibi substãtiam, quia sicuti substantia est genus, ita etiam & color, qui est accidens, & sic maior valet de accidente determinãte sibi particulare subiectum, quod generi hic definito non competit.

Resp. 2. Respondeo, secundò ex Scot. quòd Aristotelis dictum in maiori ualet de omnibus accidentibus realibus, quæ dependent à subiecto: unde primo Physicorum 29. & septimo Metaphysices 19. & 40. inquit Auerroes, quòd accidentia inseparabilia diffiniuntur per sua subiecta, at subiecta non definiuntur per illa, subiecta enim separari possunt ab accidente, accidentia uerò non à subiecto: unde Auerroes sexto Metaphysic. commento quarto, dicit, accidens esse propinquum non enti, & sic quia genus est accidens intentionale non dependens à subiecto nisi materialiter, sed ab intellectu effectiuè, non debet definiri per substantiam:

Contra. Contra, albedo est accidens reale, & tamen non definitur per subiectum, cùm dicitur, quòd albedo est color disgregatiuus uisus.

Respon. Respondeo, quòd albedo quæ est accidens, dupliciter potest considerari: uno modo respectu subiecti in quo est, alio modo, ut est subiectum de quo aliud dicitur: tunc dico quòd & si in ordine ad colorem qui est genus suum, non definitur per subiectum, benè tamen definiri potest per subiectum primo modo:

Contra. Contra, septimo Metaphysic. t. 2. & 15. definitio est solius substantiæ, uel saltem rerum primæ intentionis, ergo accidẽtia & genus non possunt perfectè definiri.

Responsio. Resp. quòd licet per anthonomasiam, & s̃m quandam excellentiam & primitatem, substantiæ est definitio, aliorum tamen suo modo, esse potest perfecta definitio, & sic non solùm substantiæ, & rerum realium, sed etiam rerum intentionalium, quæ definiuntur per modum rerum realium primæ intentionis, nam diffinitio p̃r est substantiæ secundariò uerò accidentis, septimo Metaphysi. 33. hinc nono Metaphysi. commento undecimo, definitiones non sunt eodẽ mõ in oĩbus rebus, & ideo difficile est cognoscere, utrum definitur res, uel intentio generis, & hæc est expressa, & solida Scoti doctrina secundo senten. distinctio. 1. quæstion. quinta, & quarto distinctione septima quæstio. secunda.

Dubitatio. Dices quomodo intelligitur illud septimi Metaph. quarto.

Resp. Respondeo substantia composita præcedit accidentia communia tempore, nisi sint accidentia innata, ut caliditas in igne, præcedit accidentia propria secũdum naturam, ut rationale secundum naturam præcedit risibile, licet sint simul tempore, definitione, quia subiectum ponitur in definitione accidẽtis, & cognitione, quia prius cognoscimus substãtiam quàm accidens:

Contra. Contra, accidentia magnã partem cõferũt ad cognoscendum quodquid est i. substãtiã.

Respon. Resp. uerum est, à posteriori, sed substantia facit cognoscere accidentia à priori, quarto Physi. 33. 2. Cœli 40 & t. de Anima comm. t. 1. hinc nec quoad subtilitatẽ, nec quoad cognitionem separari possunt accidentia à subiecto primo Physic. t. 4. septimo Metaph. 4. & 12. Met. com. 3.

Arguitur 3. Tertiò arguitur: nullum concretum põt definiri 7. Met. 20. sed genus est concretum, ergo genus non potest definiri: Maior probatur etiam ex 3. Topicor. quia illud quod definitur est in genere, sed concretum non est in genere, ergo: Minor probatur, quia est secunda intentio applicata primæ intentioni.

Respon. Ad hoc respõdetur, ꝙ concretum potest definiri, & Arist. 7. Meta. loquitur de aggregato per accidens ex diuersis naturis, ut est, homo albus, sed concretum. v. g. musicum, definitur, supponit: n. pro homine musico, q́d musicum non habet duo significare; & ad illud dictum in Topicis respondetur, ꝙ licet iustum non sit in genere uirtutis, quia connotat hominem qui non est in genere uirtutis. i. iustitiæ, tñ iustum est in genere prędicabilis, quia prædicatur ut superius de inferioribus de omnib' iustis.

Contra. Contra, iustum est concretum iustitiæ, & cõcernit in suo principali significato, subiectum, puta hominem, in quo recipitur iustitia, ergo idẽ est, iustus, ac homo iustus, sed homo iustus non potest definiri, sicuti neque homo albus, ergo concretum non potest definiri.

Respon. Respondeo, ꝙ iustũ secundùm rem, idẽ est ac homo iustus, sed nõ secundum modum, quia iustum, se habet ut incomplexum, & homo iustus se habet, ut complexum, & quia complexorum per accidens non est definitio, & incomplexa possunt definiri, ideo iustum potest definiri, & homo iustus minimè.

Dubitatio. Dices, quid dicendum est de genere quod est complexum?

Responsio. Resp. genus dupliciter sumi potest, uno modo pro prima intentione, alio modo pro secũda intentione: tunc dico ꝙ genus pro prima intẽtione ut animal, est quid incomplexum, nam s̃m rem, substãtia animata sensitiua, unum sunt, quæ unam faciunt animalis quidditatem, & ideo põt definiri, quia tunc est quid incomplexum incõpletè sumptum: similiter dicendum est de gene. pro secũda intent. q́d & si est quid cõplexum cũ. genere primò intentionaliter sumpto, tale genus non est pars illius, sed tantùm est fundamentum eius: uel dicere possumus, ꝙ & si est quid cõplexum, dicitur complexum potentiale, cùm dicat multitudinem specierum de quibus prædicatur.

Arguitur 4. Quartò arguitur: definitio tantùm sumit ex proprijs principijs, quæ sunt in re t. Physic. commen. 5. 2. Physic. 28. & t. de Anima comm. 5 sed sola species habet talia principia, ut sunt genus & differentia, ergo solius speciei est definitio, sed genus non est species, ergo genus non definitur:

Responsio. Ad hoc respondetur, ꝙ genus est species uniuersalis, & ideo definitur:

Contra. Contra, unum disparatũ non prędicatur de altero, sed genus & species sunt duæ secundæ intentiones disparatæ, ergo una non prędicatur de alia, ergo ista est falsa, genus est species.

Responsio. Respondeo, quòd quando dicimus, genus est species, genus sumitur, ut quid. i. ut genus, & sub forma generica, species, uerò ei applicatur ut modus, & denominatiuè, dicendo

 genus

genus est speciei uniuersalis.i. genus est inferius uniuersali, eo modo quo species dicitur inferior generi, sicuti supra à simili diximus, quòd differentia est genus.i.differentia, ut quid, uidelicet sensibile, est genus ut modus, inquantùm prędicatur de suis inferioribus differentijs, vt genus, licet hoc Scoto non placuerit: Dices contra, differentia non est quid, sed quale, ergo non considerari potest ut quid. Respondeo quòd ly, ut quid, sonat.i.secundum suam essentiam, & ly, ut modus, sonat denominationē; Amplius dico, q licet differentia non sit quidditatiuum prædicatiuè, quia non dicitur in quid, est tamen quidditatiuum constitutiuè, inquantùm una cum genere, constituit speciei quidditatem.

Contra. *Responsio.*

Arguitur 5. Quintò arguitur, in definitione generis non reperitur genus, & differentia, quę ad definitionem requiruntur 7 Metap.43.ergo generis definitio non est quidditatiua: Ad hoc respondent Scotus quęst. 15.& Antonius Andreas, quæstione vltima de genere, quòd generis est uera diffinitio, in qua definitione ly (prędicari de plurib') quod est definitio uniuersalis, ponitur loco generis, licet alij dicant, quòd uniuersale ponitur loco generis, ut supra diximus, ly uerò (differentibus specie, & in quid) loco differentię, uniuersale enim primò diuidit per prædicari in quid, uel in quale; deinde ly, prædicari in quid, diuidit per prædicari de pluribus differentibus specie, & de pluribus differentibus numero, & sic tota generis definitio adęquata est generi, & cum illo est conuertibilis. Et do exemplum, ut si quis definiens hominem dicat, quòd homo est substantia animata sensitiua rationalis, ibi, homo, est res definita (substantia animata sensitiua) loco generis, quod est animal, & rationale loco differentiæ.

Respon.

Contra. Contra, tunc sequeretur, quòd definitio constaret non ex genere, & differentia, sed ex definitione, & differentia, quod absurdum. *Resp.* Respondeo, quòd tunc, quia definitio & diffinitum sunt idem secundum rem, & distinguūtur sola ratione, uel ex natura rei, non esset inconueniens, ut res definita constaret ex definitione sui generis, quę æquipollet generi definito, & ex propria differentia, q est extranea illi generi, & intranea .i. intrinseca ipsi speciei definitę, benè esset inconueniens, si aliquod definibile constaret ex sua definitione, & sua differentia.

Arguitur 6. Sextò arguitur: definitio debet dari per priora, & notiora, sexto Topicorum, cap. 4. quia datur gratia innotescendi, sed species per quam definitur genus, non est prior genere, nec fundamētaliter, nec formaliter, ergo generis non est bona definitio; Minor probatur & primò, quòd species non est prior genere fundamentalr, quia homo non est prior animali, imò quid posterius, quia homo resultat ex unione materiæ cùm forma, inquit enim Porphyrius, quòd differentia addita generi constituit speciem; nec formalr, quia ut sic sunt simul natura, iuxta naturam relatiuorum.

Responsio. Ad hoc respondetur, quòd definibilia sunt in duplici differentia, quędam enim sunt entia absoluta, quædam uerò sunt entia respectiua, quā do dicitur, quòd definitio dari debet per priora, & notiora, ualet de entibus absolutis, at quia genus, & species sunt relatiua, definitur per speciē tanquam per simul natura; & ideo species ponitur in definitione generis, non ut quid notius genere, sed ideo ponitur, quia sine ea genus definitum cognosci non potest, & ut Albertus inquit, unum relatiuorum non ponitur in definitione alterius, ut correlatiuum, sed ponitur ut terminus. *Dubitatio.* Quod si dicas, est nugatoria hæc definitio cùm dicitur, de pluribus differentibus, nam si sunt differentia, plura necesse est esse. *Respon.* Respondetur, quòd ly, pluribus, sumitr pro, idest multis differentibus specie, ut supra diximus, & ideo ponitur expositiuè, quasi dicat non de vno solo, vt indiuidua, sed de pluribus, quæ plura specie inter se differunt. Et sic patet ad obiecta primę opinionis, & remanet firma conclusio, quòd definitio generis non est descriptiua, sed quidditatiua, & sic benè dixit Porphyrius, quòd nihil superfluum, neque diminutū continet descriptio, uel potius quidditatiua definitio ipsius generis, vt nos ad laudem omnipotentis Dei, qui est supra omne genus, explicauimus.



CAPVT

CAPVT DE SPECIE.

Textus 1.

SPecies aũtem dicitur quidem & de vniuſcuiuſq; forma: Secundùm quam dictum eſt. Prima quidem ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autẽ ſpecies & ea, quæ eſt ſub aſſignato genere: ſecundùm quam ſolemus dicere hominem quidem ſpeciem animalis, cùm ſit genus animal. album autem colòris ſpeciem: triangulum verò figuræ ſpeciem. Quòd ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicentes, quòd de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prędicatur, & ſpeciem dicimus id, quod ſub aſſignato genere eſt, noſſe oportet quòd, quoniam & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrunq; vtriuſque, iccircò neceſſe eſt in vtrorumque rationibus vtriſque vti. Aſſignant ergo & ſic ſpeciẽ. Species eſt, quæ ponitur ſub genere: & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur.

Continuatio capitis. DOminus Caietanus Card. cap. hoc de ſpẽ ad illud de genere non continuat, ſed vtrunq; ad vnũ redegit in tres partes diuiſum, & ideo inquit, ꝙ hæc eſt tertia pars huius capituli, in qua quid ſignificat hoc nomen, ſpẽs, declarat Porph. Ammo. uerò Alb. Magn. tract. 4. cap. 1. Aegidius, Anton. And. Boetius, & Burleus, ſic continuant: poſtquàm ſupra declarauit genus, nunc vult declarare ſpeciem: ſed ſtatim dubitabit Nonicius: Dubitatio. in prohemio poſt genus poſita erat differentia, ubi Porph. dicebat noſſe quid ſit genus, quid differentia; cur nunc poſt genus ſpeciem declarat? Resp. Amm. Auer. & Alb. Magni. Ad hoc reſpondent Ammo. Alb. & Auerroes: Primò, quia genus & ſpecies ſunt relatiua, quæ ſunt ſimul cognitione, dicebat enĩ Ariſt. in prædicamentis cap. de relatiuis, ꝙ ſi quis definitè. i. per definitionem, vel determinatè cognouerit vnum relatiuorum, definitè etiam cognoſcet & reliquum & hoc ſecundùm ordinem doctrinæ, licet ſecundùm ordinem naturę, quẽ in prohemio obſeruauit Porphyrius aliter eſſet dicendum; ordo enim naturæ eſt incipere à cauſa ad effectum, & ſecundum hunc ordinem prius agendum eſſet de differentia, quàm de ſpecie, quia prius natura, differentia additur generi, & contrahit illud, ut actuale ſuum potentiale. v.g. Rationale ipſum animal, deinde reſultat ſpecies, ut homo, qui componitur ex animali ut materia, Ordo naturæ & ordo doctrinæ quid ſit. & rationali ut forma; ordo uerò doctrinę, eſt incipere à facilioribus, quia munus doctoris eſt excitare intellectum diſcipuli ad comparandũ ſciẽtiam de aliqua re per manifeſtiora 1. Poſter t. 1. & quia talia ſunt relatiua, ideo poſt genus agit de ſpecie: & hoc patet quia definitio generis paucioribus mutatis, magis competit ſpeciei quàm differentiæ, cùm tam ſpecies, quàm genus, prædicetur in quid, & prędicatio quidditatiua quæ cõpetit ſpeciei reſpectu indiuiduorum nobilior ſit, quàm prædicatio qualitatiua, quæ competit differentię: & ſecunda ratio poſſet eẽ Auic. in ſua logica cap. 8. apud Alb. tract. 4. c. 1. quia ſpẽs eſt propinquior generi cùm genus non ſit de eſſentia drĩæ, v. g. animal non ſit de eſſentia rationalitatis, & ſit de eſſentia ſpeciei, ṗdicatur enim animal de homine in quid, non autem de ipſa rationalitate; ſicuti à ſimili materia eſt magis intrinſeca compoſito quàm ipſi formę, materia enim dicitur eſſe principium intrinſecum compoſiti, non autem ipſius formę, licet materia ſit cauſa à qua educitur forma 1. Phyſi. com 70. 2. Phyſic. 30. & 3. Phyſic. com. 65. Sed contra inſtabit iterum Nonicius: Contra. ſi relatiua illa dicuntur, quorum vno cognito cognoſcitur & reliquum, ergo cognito genere cognoſcitur & ſpecies, ad quid ergo ponitur caput de ſpecie? Reſpondet ad hoc Boetius, Reſp. Boetij. ꝙ ſpecies quatenus refertur ad genus, cognoſcitur cognito genere, ſed quoad alia prędicata, quę in ſe habet ſpeciẽ, requirit diſtinctum caput à genere: Contra, totum eſſe ſpeciei pro per ſe ſignificato, ſeu pro ſecunda intentione, eſt eſſe relatiuum, cùm ſit reſpectus quidam cauſatus ab actu rationis, ergo perfectè cognoſcitur per habitudinem ad genus, & ſic conſequenter non requirit diſtinctum caput. Contra. Ad hoc reſp ꝙ ſpẽs pro 2. intent. triplicem habet habitudinem, vnã uidelicet ad genus, & quoad hanc perfectè cognoſci poſſet cognito genere ſuo correlatiuo: aliam habet ad indiuidua de quibus immediatè prędicatur: aliã verò habet ad fundamentum .i. ad ſpeciem pro prima intentione ſumptam. v.g. ad hominem: tunc dico ꝙ hoc ſecũdo, & tertio modo, nõ pt cognoſci ſpẽs cognito genere, & iõ neceſſe fuit ut cõpleta haberetur cognitio de ſpẽ, diſtinctum caput inſtitui; vñ dicebat Porp. in fi. cap. de ſpẽ, ꝙ genus eſt quoddam totum, indiuiduũ eſt pars, ſpẽs uerò totum & pars, & Auic. dicit ꝙ logica eſt de ſecundis inten. adiunctis primis: Reſpõ. quòd ſpecies tripli cem hẽt habitudinem. Contra, ſpẽs tam reſpectu gñis, q̃ reſpectu indiuiduorũ ſemp eſt ſpẽs, ergo perfectè cognoſci põt cognito ſolo gñe. Contra. Reſp. ꝙ ſpecies reſpectu gñis, eſt ſpecies ſub habitudine inferioris, ſed reſpectu indiuiduorum ſe hẽt in habitudine ſuperioris. Reſponſio. Cõtra, genus eſt ſuperius & ad indiuidua, & non cognoſcitur per habitudinem ad illa. Contra. Reſp. mediatè, non autem immediatè, unde dicebat Ariſtot. Reſpon. cap. de ſubſtantia, quòd interrogati de quodam homine, puta, quid eſt Socrates? melius reſponderetur per ſpeciem dicendo, eſt homo, quàm ꝑ genus dicendo, Socrates eſt animal: vñ concludo ex Alberto, tract. 4. c. 1. Boetio, Scoto, Antonio Andrea, Soto, Caietano, Magiſtro Philippo, & Bur-

 leo,

leo, quod meritò secundum ordinem naturæ, differentia præponitur speciei cùm sit principium intrinsecum constitutiuum illius, principium sūt in creatis prius est principiato 1. Phy. t. 1. & in rō ne principij est perfectius suo principiato 12. Metap. com. 4?. & hæc quoad continuationem: Diuiditur autem hoc caput in tres partes princi pales secundum Gratiadeum Esculanum. In primis assignat duo significata speciei: in secunda mouet dubitationem & soluit: in tertia uerò prosequitur dicendo secundum significatum t & hæc tertia pars diuiditur in duas alias: in quarum prima explicat definitionem speciei, & arborē prædicamentalem: in secunda declarat indiuiduum quid sit, & cur ita dicatur, cùm species de indiuiduis tm̄ prędicetur. Causa autem vtriusque, videlicet intentionis, & diuisionis est, ut clara euadat doctrina de specie, quæ est secundum prædicabile: Præsens uerò textus in tres particulas diuiditur: In primis assignat duo significata speciei: in secunda affert tria exempla de specie secundo modo sumpta: in tertia mouet unam dubitationem, & soluit.

Verba text. [Species autem dicitur quidē de vniuscuiusq; forma, &c.] quę non est forma informans, inquit Ioannes de Magistr. sed pulchritudo, seu forma accidentalis, quę est de quarta specie qualitatis. i. forma, & circa vnumquodque constans figura: sed Albertus Magnus, tract. 4. cap. 1. inquit, longē plura esse speciei significata, quàm hic enarrat Porphyrius, & idipsum dicit Paulus Venet. Ego verò ne anceps remaneat intellectus nostrorum discipulorum, qui subtilitatem affectantes, omnes terminos à me explicari percupiunt.

Multa speciei significata. Dico quod ly, species, deriuatur à uerbo antiquo, specio, is, ui, tum, quod modò non est in vsu: & quia terminus est multiplex, ne Nouicijs misiū sit verum cum falso, eius significata afferamus oportet: & sic primo modo sumitur species pro manerie, vt cùm dicimus, istos pannos esse eiusdem speciei. i. maneriei; secundò sumitur species pro rebus aromaticis, inquit Mauritius Scotista. Tertiò sumitur species apud Grammaticos dicētes, quòd quædam est species primitiua, & quędam deriuatiua. Quartò pro forma substantiali 2. Physico. tex. 10. ubi alio modo forma & species quę secundum rationem. Quintò sumitur spēs pro forma, & non pro forma informante, ut inquit Io. de Magist. sed pro pulchritudine, seu formositate, & dispositione uniuscuiusque corporis, quæ est proportio & commensuratio membrorum, inquit Gratiadeus Esculanus. Vnde inquit Paulus Venetus, quòd species est forma vniuscuiusque. i. formositas, & pulchritudo ea bona corporis dispositione proueniens, in quantitate, colore, & figura, ac membrorum proportione debitè commensuratis, quoniam corporis dignitas, & temperamentū arguit animæ dignitatem quoad speculationem: iuxta illud secundi de Anima tex. 94. Molles carne apti mente, & duri carne inepti mente. Hinc dicebat Burleus in principio capitis de specie, quòd duplex est pulchritudo, videlicet animi, & corporis: pulchritudo animi est uirtus: Ad pulchritudinem corporis uerò tria requiruntur secundum S Thomam p. p. quęstione 39. articu. 8. videlicet. Membrorum integritas, debita proportio siue consonantia; & claritas seu nitidus color, & hæc tria faciūt speciem, à qua specie, seu aspectu res dicitur speciosa, sicuti à forma dicitur formosa, ut inquit Isidorus libro 10. Ethimologiarum capitulo. t 7. Sextò sumitur species pro ea quæ supponitur generi, uel est sub assignato & determinato genere, sicuti in actu exercito in fundamentis, homo est species animalis, & arbor species plantę. est enim species perfectio & pulchritudo generis 3. Metaphysices commento 11. & prædicabilis de pluribus differentibus numero in quid, primo Metaphysices commento 28. Septimò sumitur species pro aliqua similitudine, quę est qualitas realis repræsentatiua alicuius obiecti cogniti alicui potentiæ cognoscenti: & hæc adhuc est duplex, videlicet. Aut sensibilis, ut species soni, species coloris, 2. de Anima à tex. 66. usque ad textum 92. Aut est species intelligibilis tertio de Anima tex. 6. & 38. ibi, non lapis est in anima, idest in intellectu, sed forma, idest similitudo, lapidis quidditatē repræsentans intellectui; & hoc modo sum pta species adhuc duplex est, videlicet expressa, & impressa: expressa est ipsum obiectum cognitum, seu ipsum uniuersale reale cognitum ab intellectu: impressa adhuc duplex, aut uidelicet causata à rebus, puta à phantasmatibus, & lumine naturali intellectus agentis, qualis species est illa per quam intelligit noster intellectus possibilis; aut est indita, congenita, concreata, & superaddita, ut se habet in angelis de facto, & de possibili in nobis, quamuis in nobis, etiam de facto sic ponant species, Plato, & Auicenna, quæ species intelligibilis impressa acquisita quid sit, vide in nostro discursu de triplici intellectu io cap. de specie intelligibili de mente Caietani, & Magistri Hieronymi Girelli Scotistę. Quas species intelligibiles, velum superuacaneas negauit admodū Illustris Comes Palatinus, & totius Regni Neapolitani Archiater Oculatissimus. D. IOANNES BERNARDINVS LONGVS, peripateticę Neapolitanæ Academiæ Princeps, & præceptor noster dilectissimus, tanquam Veteranus Philosophus in legendo, Longus, & Medicus in medendo, latus; Auempacem Arabem, aliosq; quamplurimos: & vt Theologus in theologizando, profundus; Hēricum de Gandauo, Durandum, Gotfredum, Gabrielem, & alios non paucos, sequutus: Cū tanta sit eius intellectus perspicacitas, ut eas, quas alij via p spēs possunt cōcipere, ipse sine illis, prōptē, faciliter, expeditè, & delectabiliter, verū quidditates, nec formaliter, nec uirtualiter p aliquā similitudinem repræsentatas, sola obiectiuali præsentia contentus, semper penetrauerit. Octauò sumitur species pro inclinatione, & complexione alicuius indiuidui, iuxta illud poetæ: D. Ioannes Bernardinus Longus, Neap. Medicus, Philosophus, & Theologus præstantissimus.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

&

& hęc quoad speciei significata, ex quibus infero, quòd hic sumitur species pro specie prędicabili de pluribus, quæ dupliciter potest sumi, uno modo videlicet pro prima intentione.i.pro natura reali communicabili pluribus differentib. numero, vt homo & equus. Alio verò modo pro secunda intentione.i.pro respectu prędicabilitatis de pluribus differentib. numero, concretiuè sumpto a quo homo dic.r formaliter species, & hæc si est subalterna facit prædicabile generis, si uerò est specialissima constituet prædicabile, quod dr species.

Verba text°. Dubit. Resp. [Prima quidem species digna est imperio] dubitabit hic Nouicius, quo modo legi debet text°, prima ne, an Priami, ad hoc respondeo, q aliqui legunt [Priami] & isti sunt Albertus Magnus tra. & ir.4.c.t. Boetius, Antonius Andreas, Mauritiꝰ q. 18. Caietanus, Philippus Mucagata, & Petrus Tataretus: Alij legunt [primi quidem spēs] Alij vt Argilopilus [prętantissima species] Alij verò legunt [primùm] vt Ammonius, & Aegidius Romanus, quibus conformatur Marcus Antonius Muretus libro 5. variarum lectionum, c. 2. quòd apud Euripidem poetam grecum sunt verba cuiusdam operantis videre è filijs suis Matibus procreatos Mites, qui primùm quidem ea forma essent, in qua inesset Regalis quædam dignitas, deinde alijs etiam bonis excellerent, ut testis est Stobeus; carmen autem apud Euripidem est tale,

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Inquit enim, quòd ita vulgò legitur, cùm tamen non ἄξιον, sed ἀξίως legi debeat. Alij ex Euripide greco Poeta, dicunt, quòd fuit quædam mulier duos habens filios, quę ab oraculo Apollinis quęsiuit, quidnam de suis filijs esset futurum, fabulosè fertur ad hoc oraculum respondisse. O mulier prima tua species, ideft prima tua pulchritudo, quę est tuus hic primogenitus, digna est imperio, cuius tanta est corporis elegantia, ut alijs mercatur imperare; uel ò mulier Priami quidē species, idest Priami tui filij uenustas digna est imperio, fuit enim Priamus Rex Troianorum, vt elegantissima eius forma pręsagiabat, ut inquiunt Albertus, & Paulus Venetus: Hinc primo libro Politicorum dicebat Aristoteles, q si qui reperirentur ea corporis pulchritudine, quæ in Deorum statuis cernitur, neminem dubitaturum, quin eos omnibus alijs imperare oporteret, & ideo quarto, & septimo lib. Politicorum dicebat, Aethiopes, & Indos in mandandis imperijs, proceritatis, ac pulchritudinis rationem exquirere. Hinc Archidamus Rex à Lacedęmonijs fuit multatus, cùm exiguam duxisset uxorem, dicebant enim Archidamum Regem, nō Reges, sed Regulos sibi procreaturum iri, quod Plutarchus, & Athenæus libro decimotertio cōmemorant, ut inquit Muretus: Sotus verò Hispanus inquit hoc de pulchritudine dictum esse de Priamo, alludendo ad infelicitatem eius, qui cùm esset forma præstantissimus, ut dignus imperio censeretur, iniqua tamen aduersante fortuna à Regno Troianorum cecidit.

Dubitatio. Respon. Dices quomodo sumitur hic ly, forma? Respō deo cum Antonio Andrea, Alberto, & Paulo Veneto, quòd sumitur pro formositate, & speciositate, à qua quis dicitur formosus & speciosus, vel formosus, & formatus secundum Aegidium: Dubit. Dices, quę forma est ista, forma ne totius, an formæ partis? & ratio dubitandi est, quia duplex est forma secundum Auicen. ex S Thom. in summa log. cap. secundo, videlicet præcedens cōpositum, quæ dicitur forma partis, vt anima; alia uerò consequens compositum, & dicitur forma totius, ut humanitas.

Respon. Ad hoc respondat Aegidius, q duplex est forma, quædam essentialis, & quædam accidentalis, forma hic non sumitur pro forma essentiali, & ideo nec pro forma totius, nec pro forma partis, sed sumitur pro forma accidentali, quæ est membrorum dispositio, est enim pulchritudo rei perfectio secunda, integrata ex omnibus sibi conuenientibus, & est de quarta specie qualitatis, uide licet, forma, & circa aliquod constans figura, & hoc dicit Antonius Andreas, & iudicio meo est dictum Simplicij, & Boetij in prędicamento qualitatis in expositione quartę speciei.

Verba text°. [Dicitur autem species, & ea quæ est sub assignato genere] Nunc ponit secundum significatum speciei, q dicitur species logica, & Porphyrius exemplum dat de specie pro prima intentione sumpta [assignato] Hic dicit Pau. Ven. q ostē- Verba textus dit Porph. ordinem inter genus, & speciem supe rioritatis, & inferioritatis, ut genus fit superiꝰ, & species inferius. Hinc dupliciter intelligi potest hęc particula primò [assignato] .i. certo, immediato, ut inquit Paulus Venetus, & Paulus Soncinas, eo q non datur species uaga sub genere ad hoc, & illud genus inclinata, licet possit esse indiuiduum uagum sub specie, ad hoc, & illud suppositum inclinatum. i. species est sub genere assignato. i. non uagè, sed definitè, & determinatè, eo qa cùm genus sit de essentia speciei, essentia non pt esse vaga, & indeterminata; sed definita, & certa, vt homo non ponitur sub colore qui est accidēs hominis; sed sub suo genere assignato, ut est aīal, quod prædicatur in quid de homine, cùm essentialiter includatur in quidditate hoīs: Huius opinionis sunt Alb. tract. 4 c. I. Petrus Tataretus, Gratiadeus, Petrus Niger in suo clypeo q. 45. Nicolaus de Orbellia, Caietanus, & Dominicus Sotus: secundo modo intelligitur sub genere [assignato] .i. diffinito, seu pdefinito, iuxta illud in c. de Gen. quod et describentes assignauerunt, sic opinatur Ant. And. cui fauent illa uerba Porph. in c. hoc de specie, ibi, assignato aūt genere, & spē, & c. & benè, quamuis hanc particulam non pōderēt Aegid. Rom. & Versorius Parisiensis. vtraque tñ opinio est probabilis, prima pp uerba Aristo. in antepñtis regula 2. ibi diuersorum generum, & non subalternatim positorum diuersę sunt spēs, & differ: secunda opiñ Ant. And. (Pace aliorum dixerim) mihi vr̄ probabilior, vt patere pōt, verba Porphyrij benè considerandi.

Verba text°.

[Secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, album coloris spēm, & triangulum spēm figuræ] nunc accedit ad secundam partem huius tex. in qua Porph. assignat tria exempla de spē secundo mō sumpta, exēplificans in fundamentis: ubi vides ꝙ exemplificat in trib. pñtis, videlicet, substantia, qualitate, & quantitate, nam hō est substantia, album est qualitas, & triangulus est quantitas, quamuis in tex. Burlei non reperiatur exemplum de albo: ꝙ si dicas, cur in his tm̄, & non in alijs septem pñtis exemplificat? Rñp. Alb. à quo sumpsit Pau. Ven. & uō discordant Scotistæ, quia ex decē pñtis hæc tria tm̄ sunt absoluta, reliqua uerò sunt respectiua, q̄ cùm non habeant esse absolutum, definiunt, vel describuntur, & in comparatione ad alia notificantur, de quibus idem est iudicium, cùm suas & ipsa habeant species, sibi subiectas, & hęc respectiua septem pñta in tribus absolutis fundantur.

Verba text°. Dubitatio, Respon.

[Homo species est aīalis] Dubitabis, cur exemplificando in pñto substantię, de homine tm̄ exemplificauit? Ad hoc respondeo, quia in genere substantię, homo est præstantior, in omni. n. genere est unum qđ est metrum, & mensura oīum quę sunt in illo genere 10. Met. c. 7. & homo est perfectissimum, & prudentissimum animal 9. de natu. animalium c. 1. & 2. de genere animalium c. 4. eo ꝙ solus homo utitur ratione, & facultate discurrendi est præditus 5. de gener. animalium cap. 7. per quam rationalitatem ab alijs animalib.' differt 3. de Anima comm. 1. 12. Metaph. 38. & 10. Eth. c. 9. vnde omnia propter ipsum hominē creauit Dominus, quod Aristoteles Olfaciens 2. Physicor. 24. dixit, ꝙ nos sumus quodammodo finis omnium: unde meritò Isidorus lib. 2. Ethimol. cap. 26. definiens hominem dixit, ꝙ homo est animal rationale, terrenū, bipes, risus capax: & Raymundus Lullus in cap. de substantia in suis prædicamentis, dixit hominem definiens, quòd homo est animal homificans, sed magis ad propositum dixit Burleus primo Physico. in prohemio ꝙ homo est animal rationale, productum à sole, & homine, propter Deum.

De hominis præstantia, & multiplici eius definitione.

[Album autem coloris speciem] Nūc exemplificans in prædicamēto qualitatis, inquit, quòd album est species coloris. Sed hic dubitatur pro Nouicio sic. Nullum concretum est in genere 3. Topicorum cap. 1. vbi inquit Aristot. ꝙ iustitia est in genere, non autem iustum, sed album est concretum, & dicitur sumptum respectu albedinis, quę est abstractum, & principale 12. Metaph. commen. 39. vt patet etiam in antepredicamentis, ergo albū non est in genere coloris: Minor probatur, quia albū significat albedinem, & recipiens albedinem, primo Physic. commen. 25. 5. Metaphysic. 14. & 12. Metaphysic. commento 29. Ad hoc respondent simpliciter & de plano Antonius Andreas, & Io. de Magistr. in pñti, dicentes, ꝙ album. i. albedo est species coloris in genere qualitatis, similiter respondent Petrus Tataretus, Paulus Venetus, Gratiadeus, & Albertus Magnus tracta. quarto, c. 1. Aegidius verò Romanus magis accuratè sic respondet, album est species coloris, & ponitur, ibi concretum pro abstracto, ut album pro albedine, nam album per se nō cadit in genere, & posuit concretum pro abstracto, quia author est introductorius, & cōcreta magis sciuntur à nobis, quā abstracta, ut fecit Aristo. in post pñtis cap. de oppositis in fine. Ego uerò respondeo, prius supposito de mente Sco. 1. senten. d. 5. quòd duplex est concretum, quoddam enim est concretum substantiale, & quoddam accidentale: concretum substantiale est illud quod importat naturā cum supposito, ut homo, abstractum uerò importat precisè ipsam naturam, ut humanitas: concretum uerò accidentale similiter se habet: nam album significat albedinem, & subiectum eius, puta, manum, uel parietem; albedo uerò significat tantùm formam s̄m se, & absolutè sumptam per opus intellectus, & ista concreta accidentalia adhuc sunt duplicia, quędam sunt positiua, quę connotant aliquid per modum alterā adiacentis, ut album, & nigrum, album enim dicitur aliquod subiectum cui inhęret, & adiacet albedo: alia sunt concreta priuatiua, quæ connotant aliquid nō per modū adiacentis ipsi oculo, similiter pauper qui à paupertate dicit̄ pauper, supponit pro forte connotando ab eo pecuniā non possideri: Secundò dico, quòd terminus cōcretus dupliciter sumitur, uidelicet album, aut sumitur materialiter pro illo quod supponitur albedini, aut formaliter pro albedine alicui inhærēte, & sic magis principaliter. His suppositis dico, quòd ly albū dupliciter potest sumi, uno modo videlicet purè adiectiuè, dicendo albus, ba, bum, & tunc sumitur solum formaliter, & significat tantūm albedinem non eodem modo, sicut albedo in abstracto, sed per modum actualis inherentiæ ad subiectum, nam albedo in abstracto significat albedinem per modum per se stantis; aut sumitur ly, album, substantiuè, ut hoc album albi, & tunc significat materiale, & formale, simul, & est concretum albedinis, & non est in prędicamento qualitatis; Porphyrius uerò sumpsit album primo modo, & non secundo modo, & ideo album est in genere coloris, vt Scotus dicit quæstione undecima prædicamentorum, ut ibidem nos diximus.

Verba textus. Dubitatio.

Resp. Anton. And. Pe. Tat. Pau. Veneti, Alb. Magn. & Aegid. Rom.

Resp. propria Pro qua Notandu 1.

Notandū 2.

Responsio.

Verba text°.

[Triangulum uerò speciem figuræ] hoc est tertium exemplum in prædicamento quātitatis: pro quo notandum ꝙ figura, quę est quędā magnitudo 2. de Ani. t. c. 133. habet suas differētias, quæ sunt rectum, rotundum, & angulare, cuius species sunt, triangulus, quadrāgulus, & quadratum 1. Poste. t. 37. & in prædicamentis capit. de qualitate, circa finem: quòd si quærat Nouicius, quid est triangulus? Respondeo, ꝙ est figura plana tribus lineis contenta; vbi Triangulus est res definita, figura ponitur loco generis, tribus lineis contenta, loco differentiæ, ad differentiam quadrati, vel quadranguli ex quatuor lineis constantium: quòd si iterum quærat, quot sunt species Trianguli? Respondeo ꝙ Triangulus, (qui ideo sic dicitur, quia tres habet angulos) tres habet

Dubitatio. Resp.

Dubitatio. Responsio.

Dubitatio. bet species: Quarum prima dicitur Isocheles Græcè Latinè verò æquicrus, habens tantùm duo latera æqualia inter se: sed quare vocatur æquicrus?
Resp. Respondeo quod ita dicitur ad similitudinem hominis stantis, & crura dilatantis, quæ faciunt similem figuram habentem duo latera æqualia, seu duas lineas æquales, vt sunt crura, & alteram lineam illis minorē, vt est spatium in plano ab vno pede ad alium pedem. Secunda species trianguli dicitur Isopleuros Græcè, Latinè verò æquilaterus, habēs tres lineas æquales inter se. Tertia verò species dicitur Schalenon Græcè, Latinè verò gradatus habens tres lineas inæquales inter se & ideo fortè dicitur Schalenon, quia per modū scalæ habet lineas, quarum vna gradatim est maior altera; Aliæ etiā sunt species Figuræ, vt Quadratum, habens quatuor lineas æquales inter se, Quadrangulum habens tantùm duas æquales, & ideo dicit altera parte longius; propterea hinc in post prædicamentis dicebat Arist. quod quadratum gnomone circumposito non alteratur mutando speciem figuræ, sed augetur solùm: Sed cō
Contra. tra prædictum exemplum de Triangulo, arguo probando quod non sit species Figuræ: Genus prædicatur æqualiter de suis speciebus, sed Figura prius prędicatur de triāgulo quàm de quadrato, quę sunt eius species, ergo figura non est genus trianguli, & quod triāgul' sit prior quadrato, probatur; quia sublato quadrato non auferrur triangulus, sed sublato triāgulo aufertur quadratū, & sic triāgul' naturę ordine est prior quadrato, quod repugnat speciebus sub eodem genere contētis, quarum vna non causatur ab alia, quod videm'
Responsio. in triāgulo ex quo fit quadratum. Ad huc Respōdeo cum Ammonio, negādo quod ex triāgulo componitur quadrangulus, licet hoc fuerit Platonis Placitum, qui omnes Figuras rectilineas in triāgulos resoluit, sed cum Euclide 6. & 40. Theoremate est dicendum, quod quadratum fieri potest ex lineis rectis, etiam si triāgulus non esset, & propterea falsum est, ablato triāgulo auferri quadrāgulum, & scite Porphyrius triāguli genus Figurā esse dixit: ista igitur sunt duo significata speciei
Dubitatio. à Porphyrio nobis tradita; sed hic dubitatur cur Porphyrius primum significatū speciei pro pulchritudine posuit, cùm Logico non deseruiat?
Responsio. Ad hoc respondeo, quod posuit speciem pro forma, seu pulchritudine, quia sicuti forma quę est quid diuinum, bonum, & appetibile 1. Physi. tex. 80. aufert turpitudinem materiæ illā terminando, quę turpitudo erat priuatio, vel informitas, & potentialitas eius; & sicuti pulchritudo est ornamentum vel pulchræ, ita etiam species sub aliquo genere contentæ sunt ornamētum generis, sicuti etiam multitudo vassallorum auget dignitatem principis: & sic nomen speciei primò reperitur in ciuilibus, & deinde translatum est ad speciem Logicam, quia sicuti illa species quæ est pulchritudo, actuat, & perficit ipsum corpus, ei' turpitudinem auferendo, sic species Logica mediante sua differentia vltima actuat, determinat, & formosam facit ipsum genus, & remouet eius turpitudinem quę est eius potentialitas, & indeterminatio, contrahitur enim genus per differentiam ad constituendum speciem, sicuti materia contrahitur, & determinatur per formam in naturalibus ad constituendum compositum, vt etiam tract. 4. c. 1. tangit Albertus, & post ipsum Paul' Venetus, Magister Philippus, Sotus Hispanus, & Dominus Caietanus ab Alberto accipiens in præsenti.

[Quòd si etiam genus assignantes &c.] hęc est tertia pars huius textus, in qua vt Albertus, Aegidius, Ant. And. & Caietanus benè exponunt, dubitationem mouet, & soluit Porphyrius; quæ talis est; Superius in c. præcedenti genus definiebatur per speciem, ergò nūc species malè definitur per genus. [Nosse oportet, &c.] in his verbis respondet Porphyrius, quod cùm genus, & species sint relatiua, possunt inuicem definiri, & ideo inquit quod in vtrorumque; i. generis, & speciei definitione, possumus vtrisque vti. i. commodè fieri potest, vt in definitione generis ponatur species, & in definitione speciei ponatur genus: & hic notat Aegidius quod aliqui textus habēt, nosse antè oportet, &c. expunentes ly, autem, pro quia. Sed meli' est legere absque ly, autem, quam particulā habet Ammonius, equiualenter dum inquit, Nosse verò oportet, &c. quamuis Argiropilus quem sequitur Sotus Hispanus, legat sciēdum est, &c. Hic pro intelligentia istius solutionis est notandum, solutionē à Porphyrio traditam in hoc cōsistere quod species, & genus cùm sint relatiua mutuò definiuntur, sicuti ista duo relatiua, videlicet. Pater & filius, dicendo inquit Paulus Venetus, Pater est ille qui habet filium, & filius est ille qui habet patrem, Dominus est ille qui hēt seruum, & seruus est ille qui habet Dominū, & quia genus, & species sic sunt relatiua, & simul natura, eo quod genus est speciei genus, & spēs est generis species, ideo vnum ponitur in definitione alterius: & sic ex his verbis colligitur ista solutio, genus, & species, sunt relatiua inuicem defi-
Verba text'. Verba text'.
nibilia. Sed circa eam dupliciter dubitatur, & pri- Contra.
mò vtrum genus, & species sint relatiua, secūdò an possint inuicem definiri, vt dicit Porphyrius? Quoad primum igitur, videtur quod genus, & species non sint relatiua sic. Relatiua sunt simul natura vt in prędicamētis dixit Aristoteles, sed gen' & species non sunt simul natura, ergo genus, & species non sunt relatiua: Maior patet. Minor probatur, quia illud est prius à quo non conuertitur subsistendi consequentia ex Aristotele in post prędicamentis, vnde à specie ad genus valet consequentia, non autem è conuerso. Valet enim, est homo, ergo est animal, nō autem è contra. Ad primum respondit Burleus, & si rectè Responsio.
considetatur est resp. Scoti, & discipulorum ei', hac distinctione, genus & species dupliciter possunt considerari, vno modo videlicet pro his quę principaliter significant. i. pro generalitate, & specialitate, seu pro per se significato, vt inquit Scotus. i. pro secunda intentione, vt est ista intentio secunda, genus, & ista secunda, intentio species,

Alio

Alio modo sumi possunt genus, & spēs pro his quæ denominant .i. pro prima intentione, vt est Animal quod dicitur genus pro prima intentione, & homo qui dicitur, & denominatur species pro prima intētione: primo modo genus, & species sunt relatiua, dicendo genus speciei genus, & species generis species, vt benè dicit Porphyrius, quia vt sic intentio generia refertur ad intentionem speciei, & sunt correlatiua: at sumendo genus, & speciem secundo modo.i. pro ijs quæ de nominātur à genere, & specie primo modo sumptia videlicet pro animali, & homine, sic genus, & species non sunt relatiua, quia vt sic Animal non refertur ad hominem, & è conuerso, dicendo Animal est hominis animal; & homo Animalis homo. Sicuti neque in accidentibus dicitur, color albedinis color, & albedo coloris albedo: & sic sumendo genus, & speciem pro secūda intentione.i. pro per se significato seu formaliter, & pro generalitate, & specialitate, sunt relatiua & simul natura pro prima intentione verò seu fundamentaliter, genus & species non sunt relatiua, nec simul natura, quia vt sic Aīal est prius homine, ad quem descendit dum contrahitur p̄ differētiam specificam, puta rationalitatem. Sed

Contra. contra Quæcunque sunt relatiua, sunt in aliquo prædicamentō determinato relationis, sed gen⁹ & species pro significato non sunt in aliquo determinatō prædicamento relationis. Ergo gen⁹, & species, non sunt relatiua. Maior probatur ex prędicamentis, & 5. Metaph. cap. de ad aliquid, ex Scoto, & Caietano, dicentibus, ꝙ omnis relatio siue intrinsecus adueniens, siue extrinsecus adueniens, semper dicit, ad.i. habitudinem ad correlatiuum, quia pertinet ad prędicamentum Relationis. Minor probatur, quia genera, & species sunt communia omnibus prędicamentis, tam videlicet absolutis vt sunt substantia. Quātitas, & qualitas, quam etiam alijs septem respectiuis, cùm relatio accidat qualitati, & alijs prædicamentis 5. Metaphy. com. 18. & in paraphrasi Metaphysicali tract. 4. c. de Relatione, ergo genus, & species nō sunt in aliquo prędicamento determinato relationis, & consequenter nō sunt relatiua. Ad hoc

Responsio. respondetur, ꝙ aliquid esse in prędicamento, dupliciter potest contingere, vno modo videlicet quidditatiuè, considerando illud vt quid; Alio modo, denominatiuè.i. cōsiderando illud vt modus. Primo modo genus, & species pro per se significato.i. pro secunda intentione sunt in prędicamento relationis, quia eorum, quid, seu quidditas est, ad aliud se habere, seu intrinsecè includit dici, ad; licet vt accidens dicat esse, in, .i. & habitudinem ad fundamētum.i. ad genus, & speciem propriā intentione sumpta. Secundo modo verò sumendo genus, & speciem denominatiuè, & vt modus, sic sunt in omni prędicamento, cùm in quolibet prędicamento inueniatur aliqd quod est genus, & aliquid quod est species, & sic sunt relatiua transcendentia, & non determinati prędicamenti. Et hęc responsio optima est sub tilitatem sapiens, quicquid dicat Paulus Venet⁹, cum quo modo nolo inutiliter contendere. Sed benè scias Nouicie Scotiste ꝙ secundum viā Doctoris subtilis tui, gen⁹, & species pro secunda intentione sumpta, sunt formaliter, & actu, & limitatè in vndecimo prędicamento à Scoto posito, in quo reponuntur omnia entia rationis, & etiā indifferenter sunt accidentia intentionalia absoluta, & respectiua. Vt alias sępè diximus in nostris scartafacijs super Scotum.

Verba text. [Assignant ergò, & sic speciem &c.] In hac parte textus Porphyrius descendit ad plures definitiones speciei, quas descriptiones vocat Caietanus. Et litera est satis patens. Sed hic oritur Du-

Dubitatio. bitatio; An in his verbis [species est, quæ ponitur sub genere, & de qua genus in eo quod quid est prędicatur] sint inclusæ duę speciei definitiones, an verò vna totalis? Ad hoc tres inuenio opi-

1. Opinio. niones. Prima opinio est quòd istæ sunt duæ, est Alberti tract. 4. c. 1. Aegidij Romani, Ant. Andr. Petri Tatareti, & Caietani; qui dicunt quòd tres hinc habemus à Porphyrio speciei definitiones, cum definitione sequenti, quæ competit soli speciei specialissimæ, sed Caietanus putat primā definitionem haberi in illis verbis, (species est sub assignato genere) secundam verò hic. Alij verò dicunt ambas haberi in his verbis simul iunctis, & est magis probabile. Secūda opinio est Sco. q. 21.

2. Opinio. ꝙ duæ tantùm sunt definitiones, prima, spēs est sub assignato genere, & illa verba de (qua genus prędicatur in quid) ponuntur explicatiuè, idest de qua genus prędicatur inquid alia verò est speciei specialissimæ: Alia verò. Et 3. opi. est Ammo.

3. Opinio. & Auic. in sua Logica cap. 8 Tiberij Bononiensis in cap. de specie propositione prima, & tandem Dominici Soti, & Toleti, ꝙ sunt duæ vna verò in his verbis; harum opinionum probabilior secundum verba Porphyrij, videtur prima, propter illa verba quæ sequuntur, videlicet. Aliæ verò erunt etiam non specialissimarum, vbi in numero plurali loquitur Porphyrius.

Opi. propria Ego verò dico, ꝙ in illis verbis (spēs est q̄ ponitur sub assignato genere) nulla est definitio, nec descriptio, sed ibi nominauit tantū Porphyrius speciem, de qua vult loqui, quicquid dicat Caietan⁹ & ꝙ postea volens describere speciem communiter sumptam, prout abstrahit à specialissima, & subalterna, vel communi vtrique relinquens illam particulam (assignato) dixit, ꝙ illa spēs Logica de qua hic loquimur, est sub genere, de qua genus prędicatur in quid, & sic ly (species quę ponitur sub genere) se habet loco definiti, & totum reliquum literę descriptio, & qn̄ est postea, tradita definitione secūda dixit, Alię verò &c. in numero plurali, voluit dicere Porphyrius, hęc secūda est vera definitio, quæ competit soli speciei specialissimæ. Alię verò nosificationes, & non definitiones inquit Sco. q. 21. dari possibiles, non per hunc modum, erunt etiam specierum nō specialissimarū, sed specierum subalternarum. Hęc est mea opinio, sed qui plus scit, melius dicat, interea tamen his sic premissis, literam construe.

Construct. literæ. [Species autem dicitur quidem] .i. dicitur etiā

species non simpliciter,& vno modo,sed dupliciter,sicuti,& genus dicebatur tripliciter [Et de vniuscuiusque forma].i. & primò sumitur species pro forma vniuscuiusque rei pulchræ,& formosæ [secundum quam dictum est].i. secundũ quã speciem,pulchritudinem,& speciositatem,dictũ est illud poetæ Euripidis ab Oraculo Apollinis [Priami quidem species digna est imperio].i. O Mulier formositas,corporis venustas,& elegantia, Priami filij tui, digna est imperio. Seu alijs imperare,qui erit Rex Troianorum; vel & aliter, O Mulier prima quidem species, & pulchritudo tua.i.tuus primogenitus meretur ob sui corporis elegantiam esse imperator,seu alijs.i.Troianis imperare. [Dicitur autem species,& ea quæ est sub assignato genere].i. dicitur, & secũdo modo species, ea quæ est sub genere assignato .i. supra definito, vt Ant.And. vel sub genere determinato,vt Albertus,Aegidius,Caietanus,& alij.[Secundum quam solemus dicere] idest, secundum quam speciem hoc secundo modo sumptam,dicere consueuimus [Hominem quidem speciem, Animalis].i.ꝙ homo est species,& pars subiectiua Animalis[cùm sit genus Animal].i. cũ Animal quod est substantia animata sensitiua sit genus hominis,cui homo subijcitur, vt inferi⁹ suo superiori. [Album autem coloris speciem].i. sic etiam, & alio exemplo in accidentibus dicimus, Album.i.albedinem, vel Album adiectiuè, & non substantiuè sumptum, esse speciem coloris,qui est genus ad albedinem,nigredinem,& alios colores; dicendo Albedo est color, nigredo est color. [Triangulum verò figuræ speciem].i. sic etiam dicimus,ꝙ Triangulus est species figuræ, quæ continet sub se tanquam species, & partes subiectiuas,triangulum,quadrangulum,& c. [Quòd si etiam genus assignantes speciei meminimus].i. Et si tu ò Grisaori dubitabis,ꝙ nos supra in c.de genere assignantes .i. definiẽtes genus tertio modo sumptum,meminimus speciei.i.memores fuimus de specie, vt inquit Aegidi⁹, seu in definitione ipsius generis posuimus speciẽ [Dicentes].i.dicẽdo,vel cùm dicebamus[Quod de pluribus,& differentibus specie in eo quod quid est prędicatur].i.quòd genus definitur, & in ei⁹ definitione ponitur species[Et speciẽ dicim⁹].i. & nunc in præsenti capite de specie deficientes speciem,in eius definitione ponimus,genus, dum dicimus, ꝙ species est id quod est sub assignato, & determinato genere; quasi dicat Porphyrius si sic de hoc dubitas ò Grisaori; [Nosse oportet].i.Respondeo tibi,cùm ista dubitatio sit simplicior,& facilior,ꝙ oportet te nosse,& scire, quid? hoc videlicet, ꝙ quoniã genus alicuius est genus].i. ꝙ cùm genus sit alicuius.i. speciei genus, [Et species alicuius].i. generis species.i. & quoniam hæc sunt inuicem correlatiua, [vtrũq; vtriusque].i. vnum est relatiuum alterius,genus videlicet est relatiuũ speciei, de qua prædicatur, & species est relatiuũ generis,cui subijcitur. [Idcirco necesse est].i.ptopterea est necessarium [In vtrorumq; rationibus vtiq; vti].i. in definitione vnius eorum vti alio .i. vt in definitione generis ponatur species,& in definitione speciei ponatur genus[Assignant ergò,& sic speciem].i.speciem secundo modo sumptam sic .i.hoc modo definiunt Antiqui Philosophi,& horum maximè peripatetici [species est quę ponitur sub genere, & de qua genus in eo quod quid est prædicatur] .i.si vis scire qualiter species,vt abstrahit à specialissima,& subalterna, ab antiquis definitur, eorũ definitionem tibi propono,quæ est ista. Species est quæ ponitur in recta linea, & immediatè sub genere, non vagè,sed determinatè inquit Albertus, vt homo sub Animali, de qua specie .i. v.g. homine,genus.i.Animal prędicatur in quid.i.essentialiter,& quidditatiuè, vt superius de suo inferiori: Sic igitur constructa litera,ex ea tales colliguntur.

CONCLVSIONES.

1\. Conclusio *Prima conclusio;Species qualibet est sub determinato suo genere, de qua prædicatur in quid.* 2\. Conclusio *Secunda conclusio;Genus,& species,cùm sint Relatiua,potest vnum per alterum mutuò definiri.*

Arg. SED contra hanc conclusionem arguitur,& primò quoad primam partem sic. Differentia ponitur sub genere, vt rationale,& irrationale sub Animali,ergo Differentia est species. Respõ. Respondeo,ꝙ species supponitur generi in recta linea prędicamẽtali, differentia verò supponitur à latere,& ideo non est species: Contra. Contra, indiuiduum ponitur sub genere,vt Socrates, vel Plato sub animali, de quo Animal prædicatur in quid, dicendo quid est Socrates: est Animal, ergo indiuiduum est species. Responsio. Respondeo,aliquid poni sub genere stat dupliciter, videlicet. Mediatè, & immediatè, id quod est species supponi debet generi immediatè,& proximè,vt v.g. homo sub Animali, modò indiuiduum vt Socrates supponitur Animali generi mediatè per speciẽ, puta hominem,& ideo indiuiduum non est species. Contra. Contra: Hoc animal est indiuiduum Animalis,3.Metaph.com 2.& immediatè non per aliquam speciem, ponitur sub Animali quod est genus, ergo indiuiduum est species. Responsio. Ad hoc respondetur ꝙ quoad participationem generis,hoc Aial immediatè ponitur sub Animali,sed quoad positionẽ coordinationis prędicabilium , sub genere nihil aliud ponitur immediatè nisi species, & indiuiduum post speciem per speciem ponitur sub genere. Melior resp. Secundò respondeo ego,ꝙ hoc Animal dupliciter potest considerari, vno modo formaliter,& sic immediatè ponitur sub Animali,& dicitur indiuiduum genericum,quod non vniuocè, sed æquiuocè prædicatur de hoc,& illo animali, & sic non est species quæ dicitꝰ prædicari vniuocè de suis inferioribus. Amplius animal,respectu huius animalis habet rationem speciei potius ꝙ generis, vel vt Caie. & Albertus dicunt, intellig e de positione directa,& immediata, quæ tota est à genere, modò hoc animal est sub animali, inquan-

quantùm hoc snimal eſt aliquis homo, qui per hominem, vel ſpeciem, eſt ſub Animali; nam hoc animal materialiter ſumptum non eſt aliud niſi hic homo, hic equus &c. Alio modo conſideratũ materialiter, & ſic ly, hoc Animal, non eſt aliud niſi hic homo., hic equus &c. & ſic mediatè mediante ſpecie.i.homine ponitur ſub Animali, & hoc ex Ariſtotele patet in prædicamento ſubſtãtię quando inquit; Animal de homine prædicatur, ergò & de quodam homine Animal prædicabitur, nam ſi de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine.

2. Arguitur. Secundò, punctus eſt ſpecies, & tamen nõ ponitur ſub genere, cùm de eo non prædicetũ quantitas inquid, dicendo quid eſt punctus? Eſt quantitas; Ad hoc Auic. argumentum, Reſpondit Albertus, ꝙ punctus non eſt ſpecies quantitatis, ſed potius terminus continuationis: Contra, punctus reductiuè eſt in quantitate, ergò eſt ſub quãtitate, antecedens probatur, quia punctus ſuo fluxu cauſat lineam, quæ per ſe, & formaliter eſt in prædicamento quantitatis, ergo & punctus ex cuius fluxu cauſatur linea per accidens, & reductiuè erit in quantitate: Reſpondeo quòd licet ex fluxu puncti ſecundùm imaginationẽ fiat linea, tamen quia punctus ſecundùm ſe non eſt quantus, cùm ſit quid indiuiſibile cuius nõ eſt aliqua pars quæ viſu percipiatur ſecundùm Euclidem, nunquàm poteſt eſſe in prędicamento quantitatis, nec reductiuè, cùm pũctus ſit extra tale prędicamentum, v g. materia, & forma ſubſtantiæ imperfectæ, poſſunt eſſe reductiuè in prædicamento ſubſtantiæ, quia non egrediuntũ tale prędicamentum ſm totum ſuum eſſe, ſed punctus ſecundùm totum eſſe nõ eſt quantitas, & ideo ad prędicamentum quantitatis reduci nõ poteſt, ſicuti albedo nullo modo reduci poteſt ad prędicamentum ſubſtantiæ.

3. Arguitur. Tertiò ſic magis commune non ponitur ſub minus commune, ſed ſpecies eſt magis cõmunis quàm genus, ergo ſpecies non ponitur ſub genere. Maior probatur, quia cùm minus commune ſit pars ſubiectiua illi' quod eſt magis cõmune, ſi magis commune poneretur ſub minus cõmuni, tunc ſuperius eſſet pars ſubiectiua inferioris, quod falſum 1. Poſte. com.3. Minor probatur, quia illud eſt magis commune, quod de plurib' prædicatur, ſed ſpecies prædicatur de pluribus, quàm genus, cùm plures ſint ſpecies de quibus prędicatur ſpecies, quàm ſint genera de quib' prędicatur genus, ergo ſpecies de pluribus prędicatur. Et ſic ſpecies non ponitur ſub genere.

Reſp. Ad hoc reſpondetur negando Minorem, & ad eius probationem Reſpondeo, ꝙ de genere, & ſpecie dupliciter poſſumus loqui, vno modo videlicet. Quoad intentionem, alio modo quoad rẽ ſubiectam intentioni: ſi primo modo, ſic ſpecies eſt magis communis quàm genus, eo ꝙ pluribus naturis applicatur intentio ſpeciei, quam intẽtio generis, v.g. iſta ſecunda intentio, ſpecies, plurib' applicatur, quàm iſta intentio, genus, quia intentio ſpeciei applicatur ſpeciebus, & intentio generis generibus, ſed ſpecies ſunt plures quàm genera, vt inquit Porphyrius in c. de ſpecie, ꝙ genera generaliſſima ſunt decem, ſpecies verò in maximo numero: Imo hoc modo ſumendo commune, intentio indiuidui eſt magis cõmunis, quàm intentio ſpeciei, cùm plura ſint indiuidua quæ ſunt infinita, quàm ſpecies finitæ. Si verò loqui velimus de genere, & ſpecie quoad rem ſubiectã intentioni, ſeu de fundamento generis, & ſpẽi, vt ſunt Animal, & homo reſpectu inferiorum in quibus ſunt, quoad prędicationem, ſic genus, vt Animal eſt magis commune, quàm ſpecies vt homo. Quia de quibuſcumque prędicatur ſpecies, vt homo, de illis prędicatur genus ſpeciei, vt Animal. Et ſic dicebat Porphyrius in hoc cap. de ſpecie, magis collectiuum eſſe genus quàm ſpeciem imò Ariſtoteles in prędicamento ſubſtantiæ in tertia proprietate dicebat, ꝙ plus in genere determinatio fit quàm in ſpecie, dicens enim, Animal, plus complectitur, quàm qui hominem: Nã vniuerſale eſt quod eſt aptum natum in pluribus eſſe 7. Metaph. com. 45. & de pluribus prædicari 1. Met. com. 27. Vnde quò magis eſt vniuerſale, & magis commune, eo pluribus eſt commune, & de pluribus prędicatur. Volo Nouicio clarè dicere, ꝙ genus pro ſecunda intentione eſt minus commune quàm ſpecies pro ſecunda intẽtione, quia plures ſunt ſpecies de quibus prędicatũ ſpecies, quàm ſint genera de quibus prędicatur genus. Genus verò pro materiali eſt magis commune quàm ſpecies ſumpta etiam pro materiali, & prima intentione, vt Animal eſt magis commune quàm homo, vel equus,

Contra. Contra, iſta Reſpõſio repugnat Scoto in q. 9. ad ſecundum, vbi contra Albertum Magnum tract. 2. cap. 9. dicebat, ꝙ genus non eſt magis vniuerſale, ſed maius vniuerſale, quia extenditur ad plura. Et ibi ſumitur à Scoto genus formaliter pro ſecunda intentione, ergo ſpecies pro ſecunda intentione non eſt magis communis, quàm genus:

Reſponſio. Ad hoc Reſpondeo, ꝙ Scoti dictũ in terminis intẽtionalibus in actu ſignato, verificatur in fundamentis in actu exercito. Et inquit, ꝙ genus eſt maius vniuerſale, puta Animal ad plura ſe extẽdit, quàm homo, quia de quibuſcumque prędicatur homo, prędicatur ẽt & Animal, & de aliquibus alijs puta, de hoc equo, & illo Leone, de quibus non prędicatur homo, & cum hoc nõ Negat Scotus quòd intentio ſpeciei ſit in pluribus ſpecieb' ſui ordinis, quàm genus ſit in generibus, quæ ſunt pauciora ſpeciebus:

Dubitatio. Sed hic quęret Ammonius, ſpecies prędicatur de pluribus differentibus numero, & Animal ẽt cum de quibus ſpecies prędicatur, prędicetur ẽt gen', cui principalr competit prędicari de pluribus differẽtibus numero, ſpeciei ne, an generi?

Reſponſio. Ad hoc reſpõdeo, ꝙ aliquid poteſt alicui competere duobus modis, vno modo videlicet, per ſe primò, Alio modo per ſe non primò. Illud competit alicui per ſe primò, quod ſibi competit per ſuam rationem ſpecificam, vt ſic riſibile competit homini ratione rationalitatis, quę eſt cauſa pcisa ipſius riſibilis, illud verò per ſe non primò,

quod

quod ratione alterius ei conuenit, vt sensibile per se non primò competit homini, quia per se primò Animali. Tunc respondeo, quòd prædicari de pluribus differentibus numero, per se primò competit speciei specialissimæ, per se, & non primò verò cōpetit generi. i. Aiali, nam intantū Animal prædicatur de pluribus differētib⁹ numero, inquātū prædicatur de specie, quæ immediatè prædicatur de pluribus differentibus numerò. Et sic species prædicatur de pluribus differentibus numero per se immediatè, & formaliter, gen⁹ verò per aliud mediatè, & eminēter. Hic dubitabit Nouiclus, Vtrum Angelus, seu intelligentia sit species, ita vt possit ei competere prædicta definitio speciei?

Dubitatio.

Ad hoc Respondeo, supponendo hanc esse definitionem cū alijs expositoribus, duobus prius adnotatis. Primum est, quòd species dupliciter potest considerari, vno modo per habitudinem ad superiora, alio modo per habitudinem ad inferiora: si per respectum ad superiora, adhuc dupliciter, vno modo secundum ordinem prioritatis, & posterioritatis in essendo, & sic est prima definitio puta spēs est sub assignato genere. i. species est vniuersale sub determinato genere, alio modo secundum habitudinem prædicationis seu in prædicando, & sic est secūda definitio, species est sub genere de qua genus prædicatur in quid: Si verò consideratur per habitudinem ad inferiora .i. ad indiuidua de quibus immediatè prædicat, sic est tertia definitio, species est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quòd quid, & talis definitio est solius speciei specialissimæ, reliquæ verò duæ competunt speciei specialissimæ, vel subalternæ. Secundò noto, quòd nomine Angeli seu spiritus, idem importatur, ac intelligentia, vt patet apud Auerroem 3. cœli com. 22. Et in hoc diserimen esse inter Thomistas, & Scotistas: Scotistæ enim dicunt quòd sub vna specie sunt plures Angeli numero distincti, vt dixit Scotus in 2. sen. dist. 3. q. 7. & Gabriel biel ibidem q. 1. D. Thomas verò 1. parte q. 50. art. 4. & secundo contra gentes c. 93. & Caietanus in libro de ente, & essentia q. 9. c. 5. & Thomas de Argentina in 2. dist. 3. q. 1. dicunt, quòd quilibet Angelus propriam cōstituit speciem, de qua re alibi diximus: his sic præmissis Respondeo, quòd secundum Thomistas, ratio speciei, Angelis competit non sicut alijs, nā competit eis ratio speciei, inquantùm species est sub assignato genere; secūdum Scotistas verò cōpetit Angelis ratio speciei tertio modo, quia sub vna specie possunt esse plures Angeli, de qua re Herueus quol. 3. q. 3. Et ego dico quòd opinio Diui Thomæ est expressa sententia Aristot. 12. Metaphysi. tex. 49. & Auicennæ 5. Metaph. cap. 5. opinio verò Scoti est Theologica. nam secundum Scotum plures Angeli sunt sub vna specie, de quibus illa species prædicatur in quid, sicuti plures homines sunt sub homine specificè sumpto: secundum D. Thomam verò, quilibet Angelus facit vnā speciem, seu est species, sicuti luna est vna spēs, Sol, &c. Vtraque tamen opinio est probabilis, & sic aut hoc, aut illo modo, Angelis competit ratio

Responsio.

Notandū.

speciei. Sed dices contra, oppositum non ponitur sub opposito, sed genus, & species sunt opposita, ergo species non ponitur sub genere. Respondeo, quòd genus, & species dupliciter possunt considerari, vno modo formaliter pro intentione, & sic sunt intentiones disparatæ sub vniuersali tanquàm gñe, & sic species non est sub genere. Nec genus prædicatur de specie, cùm ista sit falsa, species est genus, alio modo sumuntur materialiter seu quoad rem subiectam intentioni, & tunc nō opponuntur, & vnum prædicatur de altero, dicēdo; homo est Animal: Contra, inquit Porphyrius in cap. de specie circa finē, quòd genus ante specialissimum prædicatur de omnib⁹ specialissimis, ergo genus prædicatur de specie. Ad hoc rñdeo, quòd genus pro prima intentione prædicatur de specie, vt dicendo, homo est Animal, vel si Porphyrius loquitur pro secunda intentione, debet intelligi in prędicatione signata, non autem in prędicatione exercita, vt supradiximus.

Contra.

Responsio.

Contra.

Responsio.

Quartò arguitur contra responsionē Porphyrij quoad secundam conclusionem: Dicebat .n. quòd benè genus potest definiri per speciē, & species per genus; eo quòd sunt relatiua: Contra, Diffinitio datur gratia innotescendi, & notificandi 6. Top. c. 2. per priora, & notiora, sed vnum relatiuorum non est notius, & prius altero, ergo mala rñsio. Maior probatur, quia definitio est oratio explicans essentiam rei quam manifestat, vnde 5. Metaph. com. 22. definitio est finis in cognitione, licet verè, & propriè non sit nisi speciei specialissimæ pro per se denominato sumptæ, quæ est verè substantia 4. Metaph. 13. & 7. Mets. 19. Minor probatur, quia aut vnum correlatiuorum est notius altero, aut non, sed æquè notum, vel æquè ignotum, si sic ergò idem erit notius, & ignotius respectu eiusdem, cùm mutuò sedefiniant, si verò non, ergo talis diffinitio non facit scire definitum, cùm omnis notitia sit ex notioribus; si verò relatiua sunt æquè nota, est petitio, quia nō est maior ratio de vno, quàm de alio, & esset circulus in definitione quem reprehēdit Auer. tractat. 3. epit. Metaph. Aut relatiuum definitum est manifestius eo, quod ponitur in eius definitione, & hoc non, quia esset definire manifesta per immanifesta, quòd in demonstratione etiam reprehenditur ab Aristotele 2. Physi. com. 6. 8. Physi. 22. & 4. Metaphy. cum. 9.

4. Arguitur.

Ad hoc est vna prima responsio apud Burleū, quam postea reijcit Burleus, quæ in hoc cōsistit, quòd duplex est definitio, quædam enim est quę exprimit, & indicat quid rei, quædam verò est definitio quę exprimit, & declarat quid nominis; tunc & si in definitione quid rei, & primo modo sumpta, vnum relatiuorum poni non potest in definitione alterius, benè tamen in definitione quid nominis secundo modo sumpta.

Prima opin. quòd relatiua mutuo se definiūt quo ad quid nois

Secunda opinio, & responsio est Auic. in sua Logica, & Burlei in præsenti capitulo de specie; Auic. enim inquit, nullum relatiuum posse per suum correlatiuum diffiniri, & in hoc quod per est Porphyriū reprehendit, & inquit Auic. quòd dicens

Secūda quòd nec quoad quid noisnec quoad quid rei.

cenavnum relatiuum per alterum diffiniri,iste talis non percipit differentiam inter notum esse cũ alio,& esse notum per aliud,nam vnum relatiuũ, & si est notum cum alio, non tamen cognoscit per aliud, quia sic idem esset notius, & ignotius respectu eiusdem,quod falsum 1.Poste.cap.3.Et addit Burleus, sibi videri q vnum relatiuorum, nec debeat poni in definitione alterius exprimente quid nominis, nec in definitione exprimente quid rei:Quòd si dicas,pater & fili⁹ sunt relatiua & tamen vnum desinitur per alterum v.g. definiendo patrem dicimus, Pater est qui genuit filium, & filius est qui genitus est à patre.Et sic vnum definitur per alterum. Respondit Burleus, q si quis definiat patrem,q hoc nomen pater significat id quod genuit filium,adhuc de filio diceret,q hoc nomen, filius, significat id quod genitum est à patre, adhuc remaneret quæstio q̃d significat hoc nomen pater, quia non est maior certitudo vnius nominis quàm alterius, & sic cõcludit, q nullum relatiuum habet definitionem propriam,sed relatio benè potest definiri, nõ q̃dem per relationem oppositam, sed per propriũ genus,& propriam differentiam, si tali generi, & differentiæ sint nomina imposita. Vnde concludit q vnum relatiuum potest notificari quantũ ad quid nominis,& per alterum defcribi,non tamen per suum correlatiuum hoc modo. Pater est qui de sua substantia genuit sibi similẽ in specie:& è cõuerso,Filius est qui genitus est de substantia patris similis sibi in specie.

Dubitatio.

Resp.

Tertia opinio quòd rã quo-ad quid nois quàm quoad quid rei.

Tertia responsio, & opinio est Domini Caietani,S.Tho Boetij,Alpharabij,&Alberti,vt inqt Caietanus,& est expressa Aristotelis sententia in prædicamentis c.de relatiuis,q aliud est definiri per alterum,& aliud est definiri ad alterum , seu vt Caietani verbis vtar, Aliud est diffiniri per reliquum,& aliud est definiri ad reliquum nam ly, per,importat causalitatem,quam nullum correlatiuorum in se formaliter habet respectu alteri⁹ correlatiui,eo q causa est prius causato, & relatiua sunt simul natura; sed ly,ad, non denotat causalitatem,& dependentiam, sed tãtum importat respectum,& habitudinem ad terminum, & hoc modo se habet definitio relatiuorum,videlicet, q vnum definitur ad reliquum , non autem per reliquum, nam essentia relatiuorum est dici, ad, propter eorum mutuam habitudinem , & esse, in, inquantũm sunt accidentia. Sed vt ingenuè fatear Alberti opinio tract.4.c.1.in hoc cõsistit, inquit enim relatiua posse tripliciter considerari. Primò vt sunt simul natura. Secundò vt sunt ad inuicem dependentia, tertiò vt inter se aliquam habent caulalitatem Primo modo idest, sunt simul natura, non possunt inuicem definiri,cùm definitio dari debeat per priora & fortè ad hunc sensum benè dixit Burleus. Secundo modo vt sunt ad inuicem dependentia, vtrumq; per aliud põt definiri, & vtrumq; põt esse vtroq; prius,& posterius, notius,& ignotius,non secundũ idẽ, sed ſm diuersa. Nã si respect⁹ est generis ad spẽm,tunc spẽs est notior genere, cùm per speciem cognoscatur genus. Si autem est respectus speciei ad genus, vt species cognoscatur per gen⁹, sic genus est notius specie,& sic in cap. de genere definiebatur genus per speciem,& in hoc c.definitur species per genus:Si verò relatiua considerantur tertio modo .i.vt aliquam inter se habent causalitatem, sic vnum est causa alterius,& non è contra,v.g.pater est causa filij,& non è contra; nam patet aliquid sui habet in filio, filius verò nihil sui habet in patre,& quia genus est causa speciei, & species non est causa generis, ideo genus non potest definiri per speciem,benè tamen species definiri potest per genus, quod non placet Paulo Veneto, quia sicut genus est pars speciei in essendo, seu essentialis, ita species est pars subiectiua generis. Et sicut genus est materia speciei,ita species est materia generis,& sic quemadmodum species definitur per genus,ita,& genus per speciem; nam pater est causa filij, & tamen pater, & fili⁹ mutuò se definiunt.

Quarta opinio, & responsio est Pauli Veneti in hoc consistens: Relatiua siue sint simul natura, siue inuicem habeant dependentiam,siue aliquam habeant inuicem causalitatem, vtrumque per alterum cognoscitur,& definitur,cùm quodlibet relatiuorum 7.Metaph.habeat habitudinem termini à quo,& habitudinem termini ad quem, v.g. Dominus in eo quòd per dominium refert ad seruum,habet habitudinem termini à quo, & seruus habitudinem termini ad quẽ, ratione seruitutis. Et è conuerso seruus in eo q refertur p seruitutem ad dominum,habet habitudinem termini à quo,& Dominus ratione Dominij habet habitudinem termini ad quem , & sic Dominus, vt habet habitudinem termini à quo, cognoscit per seruum,vt hẽt habitudinem termini ad quẽ, è contra; & idem dici debet de genere, & specie, & sic dicere debebat Auic. vnum relatiuum per reliquum definiri,& non q definitur cum alio,nam 6.Topi.habet Philosophus q si quis definiens aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, non assignat illud ad quod dicitur, male definit. Vnde si quæritur quid est pater?benè respondetur q est Animal habens filium, & si iterum quæritur quid est filius ? benè respondetur, q est Animal habens patrem . & sic certificatur interrogans, nec respondetur per æquiignorum,quia semper terminus ad quem est notior termino à quo v.g. pater vt dicit terminum,ad quem refertur filius est conceptus magis notus quàm filius , q habet rationem termini à quo,& è contra, vt dicamus q relatiuum definitum, habet rationem termini à quo,& illud per quod definitur habet habitudinem termini ad quem , & hæc opinio mihi placet.

4. Opinio.

Quinta opinio. Quidam verò alij de via Scotizantium, non abhorrent admittere, q vnum relatiuum definitur per alterum, dicentes q vnũ relatiuum non debet definiri per aliud relatiuũ, sed q vnum relatiuum definitur per fundamentum sui correlatiui,& sic species non debet definiri per genus formaliter sumptum , sed per terminum

5. Opinio.

minnom supponentem pro suo fundamẽto, similiter ẽ conuerso, genus non dẽt definiri per speciem, sed per fundamentum speciei; & ideo quãdo species, & genus mutuò se definiunt, alterum eorum sumit̃ pro per se denominato, seu pro prima intentione: v.g. genus pro secũda intentione definitur per hoiem, vt terminũ, & spẽs per aĩal vt terminũ, & sic intelligendus est Porphyr.ᵒ, nec hoc modo sequit̃ circulatio in definitionibus relatiuorũ: Contra, vr̃ q̃ rrelatiua formal̃r sumpta, sic se habeant, q̃ vnũ definit̃ per alterũ, & non p fundamentũ. Nã pr̃ est ens habeos filium, & fil.ᵒ est eos habens pr̃em, & tñ pr̃, & filius se babẽt, vt relatiuum, & correlatiuũ. Respondeẽt, q̃ istæ definitiones nõ sunt bonę nisi termini relatiuorum supponant pro suis denominatis, sed prima intẽtione, sed definiendo pr̃em, & filiũ sic opottet dicere, pr̃ est animal qd̃ genuit aliud Aĩal sibi, simile in specie cũ eo existẽs, & filius est aĩal genitum ab alio aĩali eiusdẽ speciei cũ ipso existens, & hoc credo dicere volebat Albcr. tract. 4. c. 1. nihil esse absurdum vnũ relatiuorũ esse altero notius, & ẽ conuerso prout relatiua cõsiderantur ẽm dependentiam: his ig̃ tñ sionibus ex varijs sectis sic allatis, quarũ quęlibet abundat in suo sensu. Ego ad arg. Paulo aliter sic formaliter. Rñdeo, glossando illam propositionẽ, q̃ Definitio debet dari p priora, & notiora; & dico q̃ entia sunt duobus modis, quæ iam. n. sunt entia absoluta, quæ formal̃r sunt ad se, & in suo conceptu quidditatiuo non includunt, dici ad, & hęc possunt esse substãtiæ, vel accidentia. Alia sunt entia respectiua, seu relatiua, quæ formal̃r includunt, dici ad, & sunt tantùm accidentia in nobis (vt præseruem me à relationibus diuinis ad intra quę sunt substãtiæ, & Diuinæ personæ subsistentes:) Nam accidentia respectiua differunt ab accidentibus absolutis, quia accidentia absoluta tantùm habent esse in, respectu subiecti inhęsionis, quod formaliter denominant tale, vt est albedo respectu parietis; Accidentia verò respectiua habent ẽt esse, in, respectu fundamenti, vt paternitas est in pr̃e, & habent amplius esse, ad, eo q̃ ordinant fundamentum ad terminum, v.g. paternitas quæ est in Socrate, ordinat seu est ratio referẽdi Socratem ad filium suum, vt dicatur pr̃ filij pr̃, & filius patris filius, cùm sint ad cõuertentiam dicta, ex Arist. c. de relatiuis. Tunc ad argumentũ idẽo, q̃ qñ dr̃: Definitio debet dari per priora, & notiora, hoc dẽt intelligi de entibus absoluta, nõ autem de respectiuis, v.g. homo qui est ens absolutum, definitur per aĩal, & rationale, quæ sunt priora, & notiora, vnum verò relatiuum definitur per aliud, non vt per prius, & notius, sed vt per connotum, seu simul notũ, & hoc quia relatiua sunt simul natura, & intellectu seu cognitione; vndelicet simul cognoscantur, vnum tamen sumitur in definitione alterius, vt notius illo, aliud enim est simul cognosci, aliud verò magis cognosci: Contra, Dicebat Auer. 1. Phisic. com. 5. q̃ tres sunt modi compositionis: primus est compositio speciei ex suis causis, idest ex genere, & differentia. Secundus generis ex speciebus, vt Animalis, ex homine, boue, &c. & vtraq; istarum cõpositionum est notior apud intellectum quam partes. Tertia compositio est indiuidui ex suis causis, vt ex materia, & forma, & hęc est notior apud sensum suis partibus. Tunc sic, Dictũ est definitionẽ debere dari per priora, & notiora, valere in entibus absolutis, v. g. definitio hominis debet dari per animal, & rationale, quę sunt priora, & notiora, quàm homo, hoc est falsum ẽm Auerroem, quia cùm homo cõponatur ex genere, & differentia, totus homo erit notior q̃ genus, & differentia. Ad hoc respondeo, q̃ licet homo sit notior quoad nos, & totum, tñ animal, & rationale, tãq̃ causę, sunt notiores quoad naturam, & priores, nã prius Aĩal contrahit̃ per rationale, deinde resultat homo, qui est quoddã totũ, modò quando dicitur q̃ definitio datur per priora, & notiora, intelligitur quoad naturam, & nõ quoad nos, nam causa per quam acquiritur scientia, debet esse prior in essendo, & cognoscendo primo Poster. tex. 7. Tunc dico quòd genus, & species cùm sint relatiua, non est necesse simpliciter definiri, vt relatiua per priora, & notiora, sed sufficit, vt per connota, vel simul nota: Contra, Genus, & species sunt entia absoluta, ergò debẽt definiri per priora, & notiora; Antecedens probatur, quia genus, & species sunt substantiæ secũdę ex Aristo. c. de substantia in initio, quando dicebat quòd species est magis substantia quàm genus, sed substantiæ secundę sunt entia absoluta, ergò non debent definiri per priora, & notiora naturæ, vt tu dicis: Ad hoc respondeo, quòd genus, & species dupliciter possunt sumi; vno modo videlicet formaliter seu pro his quę significãt .i. pro secunda intentione. Alio modo fundamentaliter seu pro rebus subiectis, & pro prima intentione: tunc dico quòd genus, & species fundamẽtaliter, & pro prima intẽtione. Vt homo, & Animal, sunt substantię secundę, sed si sumũtur formaliter sic sunt secundæ intentiones, entia rationis, & accidentia: quando Aristoteles in cap. de substantia dicebat genus, & speciem esse substantias secundas, sumebat pro prima intentione seu fundatur, & sic non sunt relatiua, non enim dicimus, homo Animalis homo, vel Animal hominis animal: Porphyrius verò sumit hic genus, & speciem formaliter, & pro secunda intentione, & vt sic sunt relatiua, & vnum ponitur in definitione alterius: Contra, Porphyrius sumit genus, & speciẽ fundamẽtaliter, & prò prima intentione, ergò vt sic sunt relatiua; probatur antecedens, nam in cap. de genere dicebat, quòd eorum quę prædicatur, quędam prędicantur de vno solo, vt sunt indiuidua quorum vnumquodque prędicãtur tantùm de seipso prędicatione innaturali, dicendo Plato est Plato: Alia verò prędicantur de pluribus, vt sunt quinque prędicabilia, quę sunt genus, vt animal, species vt homo, &c. Sed animal, & homo per se sunt genera, & species fundamentaliter sumpta, ergo sic à Porphyrio sumuntur.

L Respon-

Respõdeo q genus, & species per se considerantẽ declarãtur, & manifest antẽ per animal, & hoĩem, quia quod ꝑ se consideratur in intentionibus in actu signato, manifestatur in rebus primæ intentionis in actu exercito; est .n. Logica de secundis intentionibus adiunctis primis. Remanet igitur firma, & indubitata ex textu conclusio, q species quęlibet est sub determinato suo genere, de quo prędicatẽ inquid: & cũ sint relatiua, mutuò vnum per alterum põt definiri, quia vnum sine altero non põt intelligi, non q vnum sit prius, & nou° altero.

Dubitatio. Quòd si quęrat Nouicius, an definitio vnius relatiui per suũ correlatiuum sit quidditatiua, vel descriptiua?

Responsio. Respondet Petrus Niger q. 45. sui clypei, q est descriptiua; & ego dico, q suo modo est quidditatiua, vt in alijs diximus.

Textus secundus. Amplius autẽ sic quoque. Species est, quæ de pluribus, & differentibus numero in eo quod quid est prædicatur. sed hæc quidem assignatio specialissimæ est, & quæ solùm species est, non autẽ & genus: aliæ verò erunt etiam non specialissimarum. Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoque prædicamento sunt quædã generalissima, & rursus alia specialissima: & inter generalissima, & specialissima sunt alia, quæ genera, & species dicuntur eadem. Est autem generalissimum quidem supra quod nullũ aliud sit superueniens genus. Specialissimum autem est, post quod non est alia inferior species. Inter generalissimũ autem, & specialissimum alia, quæ genera, & species sunt eadem: ad aliud tamen, & ad aliud sumpta. Fiat autem in vno quidem prædicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidem, & ipsa genus: sub hac autem est corpus, & sub corpore, animatum corpus: sub quo animal. sub animali verò rationale animal: sub quo, homo. sub homine verò Socrates, & Plato, & qui sunt particulares hoĩes. Sed horum substantia quidem generalissimum est, & quod genus solùm: homo verò specialissimum, & quod solùm species. Corpus aũt species quidem est substãtiæ, genus verò aĩati corporis. sed & animatũ corpus species quidẽ est corporis, genus verò animalis. rursus animal species quidem est corporis animati, genus verò rationalis aĩalis. sed rationale aĩal species quidem est animalis, genus aũt hoĩs. homo verò species quidẽ est rõnalis aĩalis, non autem genus particularium hominum, sed solùm species. & omne, quod ante indiuidua propinquè prædicatur, species erit solùm, non etiam genus.

Generum ac specierum in prædicamento Substantiæ ordo.

Genus	Substantia	generalissimum.
Species	Corpus	& genus.
Species	Animatum corpus	& genus.
Species	Animal.	& genus.
Species	Rationale animal.	& genus.
Species	Homo.	specialissima.
Particulares	Socrates & Plato.	homines.

Continuatio textus. Albertus Magnus, Aegid. Ant. And. Caietan°, Paulus Venetus, Burleus, & Gratiadeus. Sic textũ hunc ad precedentem continuant, postquàm supra Porphyrius posuit duas definitiones speciei, quę competunt tam speciei subalternę, q̃ speciei specialissimæ; nunc ponit tertiam definitionem quę cõpetit soli speciei specialissimę. Prima definitio ponitur, ibi, species est sub assignato genere. Secunda ibi, quòd genus de specie prędicatur inquid. Tertia, ibi, species est quę prędicatur de pluribus differẽtibus numero inquid: Nos verò dicimus q postq̃ posuit primã speciei definitionem, nũc ponit secũdã.

Dubitatio. Sed statim Dubitabit Nouicius; Vnius rei tñ est vna definitio, sed spẽs est vna, cùm sit vnum prędicabile, ergò malè pluribus definitionibus definit.

Resp. Ad hoc resp. Caietan° q vnius rei vna põt esse definitio quidditatiua, sed speciei possũt esse plures descriptiuæ, cui° nulla est quidditatiua, quod dixit etiã Petrus Niger in suo clypeo q. 46. concl. 1. Prima definitio descriptiua assignata est de specie in comparatione ad genus vt sub illa ordinatur, & illi subest in linea prędicamentali. Secunda, in cõparatione ad genus, vt de illa ꝑdicatur in propositione. Tertia, in comparatione ad indiuidua scd̃m q est prędicabile, ab alijs distinctum, & immediate de indiuiduis ꝑdicatur, & hoc refert ẽt Ant. And. de mẽte Alberti quoad illud de tribus definitionibus.

Alia Alberti & Nicolai responsio. Aliter autem respondet Albertus tract. 4. cap. 1 & post ipsum Nicolaus de Orbellis Scotista, nullũ esse absurdum, vt vna res diuersimodè considerata plures habeat definitiones. Nam species ꝑ respectum quem habet ad superiora, definitur vno modo, per esse sub genere, & q de ea genus prædicatur inquid per respectum verò quem habet ad singularia definitur postremò per prędicari de pluribus differentibus numero in eo q quid.

Diuisio text°. Diuiditur pręsens textus in tres partes. In prima ponit diffinitionem vltimam speciei in ordine ad sua inferiora. In secunda ibi, sed hęc quidem assignatio, &c. applicat prędictas definitiones dicens, quòd hęc vltima competit soli speciei specialissimæ, alię verò definitiones descriptiuę,

hic

hic & alibi possibiles dari de specie, competunt etiã speciei specialissimæ. In tertia verò parte, q̃a potuisset dubitari à Grisaorio, quidnam intelligis ò Porphyri per speciem subalternam, & specialissimam? Respondet ponendo arborem prędicamentalem, in qua declarat valdè exemplariter q̃d sit species spẽcialissima, & spẽs subalterna, ibi [planũ autem erit, &c.] Termini huius textus satis patent ex iam supradictis, vt tamen præfixus ordo seruetur, Noto circa ly [planum] q̃ propriè sumitur pro superficie, in prædicamentis c. de quantitate, ibi, plani namq; partes, &c. hic verò sumitur pro manifesto, vnde planum .i. manifestum fiat, &c. quia sicuti per planum, seu viam planam, facilior paratur additus ad aliquem terminum, ita per hanc arborem prædicamentalẽ, facilior paratur additus Nouicio ad cognitionẽ speciei specialissimæ, & subalternæ. [In vnoquoque prædicamentu, &c.] Hic nota q̃ prædicamentum dupliciter sumi solet apud Aristotelem, vno modo videlicet, Incomplexè, & sic est genus generalissimum, vt quantitas, qualitas, &c. & sic in antepredicamentis in fine dicebat Aristoteles, q̃ horum inuicem facta complexione affirmatio fit & negatio, cùm vnum de altero prædicatione exercita prædicetur dicendo v.g. superficies est alba, Ignis agit, &c. Alio modo prædicamentũ sumitur complexè prout est coordinatio pluriũ prædicabilium s̃m sub, & supra, & sic sumitur in præsenti; quando dicit Porphyrius, fiat planum in vno pñto .i. complexo, quid dr̃ .i. nominatur à no bis spẽs specialissima, & spẽs subalterna. [Est autẽ generalissimum, &c.] Nota q̃ ly, generalissimum, seu hoc superlatiuum, generalissimum, dupliciter põt sumi, vno modo videlicet, positiuè, & tunc idem est, ac super ẽis genera: Alio modo sumitur negatiuè prout idem est, ac non habens superius genus, & hoc secundo modo sumitur in pñti, & nõ primo modo, cùm omnia generalissima sint æqualis, & nullum aliud genus reale vniuocum commune habeant eis superius: & sic intelligitur, q̃ homo dr̃ species specialissima, non q̃ homo sit inferior equo, Leoni, &c. sed q̃ homo ita est infima species sub aĩali; vt ipse homo non diuidatur in plures species sub se contentas, de q̃bus prædicetur: Subalterna verò genera dicuntur illa, quæ diuerso respectu sunt genera, & species simul, & dicuntur subalterna, quia vnum est sub altero, v.g. corpus est species substantiæ, & genus corporis animati, &c. Vnde differt genus generalissimum à genere subalterno, quia genera generalissima sunt simplicia, genera verò subalterna sunt composita 3. Metaph. comm. tt. & 8. Metaph. 16. hinc species subalterna prædicat de pluribus differentibus specie, species verò specialissima de pluribus differentibus numero inquid 3. Metaph. com. 28. Nunc verò speciei vltimã definitionem explicemus, quæ talis est, species est q̃ prædicatur de pluribus differentibus numero in quid. [Species specialissima est res definita] vniuersale, ponitur loco generis, vel prædicabile s̃m Paulum Venetum [prędicatur de pluribus,] ad differentiam indiuidui, q̃d prædicat tñ de vno solo .i. de seipso prędicatione innaturali 7. Metaphy. 59. vel prædicatione nugatoria vt Auerr. 4. Metaph. com. 3. & 10 Metaph. com. 8. [Differentib' numero,] vt homo prædicatur de Socrate, & Platone, qui non specie, sed numero tñ differũt; differre autẽ numero s̃m Caietan. est conuenire in prędicatis specificis, quę sequuntur speciem, & differre in conditionibus, & proprietatib' materialibus v.g. Socrates, & Plato ideo numero tñ differunt, quia vterq; est homo admiratiuus, disciplinabilis, risibilis, &c. distinguuntur tñ p cõditiones materiales, vt per has carnes, & hęc ossa, & ista differentia dr̃ numeralis, quia numer' causatur ex diuisione continui, quę materialis est, & non formalis, vt patet de diuisione alicuius continui, puta ligni, vel lapidis: hinc quantitas discreta materialiter causatur à continua: causa .n. diuisionis continuitatis est materia 1. cœli 20. & cœli 38. & 7. Meta. 32. quæ diuisio cõpetit materiæ ratione trinæ dimẽsionis quã recipit 1. Phys. 63. & de sub. orb. c. 1. [In quid] ponitur pp differentiam, propriũ, & accidens, quæ non prędicantur in quid, sed aut simpliciter in quale, vt proprium, & accidens, aut in quale quid simul, vt est differentia: Nunc literam sic construe, quæ adeò facilis est, vt potius lectione, quàm explicatione indigeat, & ideo quia nescio inutilia verba coaceruare, in facilibus pertranseo.

[Amplius autem sic quoque] .i. præterea secũdò sic etiã definiunt spẽm, vt nos cum Scoto diximus, quem Ant. And. & Tartaretus reliquerũt. [Species est] .i. species specialissima est illa [quæ de pluribus, & differentibus numero in eo quod quid est prędicatur] .i. quę prædicaẽ de pluribus quę solo numero .i. per materiam differunt; inq̃d .i. essentialiter, vt superius de suis inferioribus, [sed hęc quidem assignatio] .i. Definitio [specialissimæ est] .i. competit soli speciei [quæ est solũ species, & non genus,] .i. quæ ita est species infima, vt ea nulla sit inferior [Aliæ verò] .i. notificationes, & non definitiones s̃m Scot. q. 21. [erunt etiã non specialissimarum] .i. oium specierũ siue sint specialissimæ, siue subalternæ: [planum autem] .i. manifestũ, & euidens [erit quod dr̃] .i. in illis tribus diffinitionibus, [hoc modo] .i. quid est species specialissima, & subalterna, hoc modo .i. huc exemplo tradito in hoc prędicamẽto substantiæ: [In vnoquoq; prędicamẽto] .i. in oibus prędicamentis cõplexè sumptis [sunt quędã generalissima] .i. quæ ita sunt genera suprema, vt nullo modo sint species, seu in vnuquoq; prædicamento est vnum supremum generalissimũ, vt in genere magnitudinis est quantitas, in genere dispositionis est qualitas Et in genere per se substantis est substantia [Et rursus] .i. amplius, & præterea [Aliæ specialissima] idest, species specialissimæ infimæ, seu Atomæ [& inter generalissima, & specialissima] idest, & inter speciem specialissimam ex vno extremo infra, & genus generalissimũ ex altero extremo supra] sunt alia quæ eadem sunt genera, & species] .i. eadem numero nulla

Verba text'. Planum.

Verba textus Prædicamentum.

Verba textus Generalissimum.

Declaratio vltimæ definitionis.

Verba text'.

Verba text'.

Constructio literæ.

nulla facta mutatione in eorum substantia, & essentia, diuerso respectu, habent quòd sint genera, & species simul: [Est autem generalissimũ quidem supra quod nullum aliud est superueniens genus] .i. illud vocamus genus generalissimũ quo non datur superius genus respectu cuius possit esse species: [Specialissimum autẽ est post quod non est alia inferior species] .i. Illa verò dicit species specialissima, quæ nec superior, nec inferior est reliquis specieb⁹ specialissimis, quę nullo modo ordinem habent sub eodem genere: [Inter generalissimum autem, & specialissimum] .i. inter genus generalissimum quo non datur superius genus, & speciem specialissimam qua nón datur inferior species [Alia quæ species, & genera sunt eadem] .i. inter ista duo extrema sunt aliqua genera, & species simul, [Ad aliud tamẽ, & ad aliud sumpta] .i. sub diuerso respectu, & diuersa habitudine, v.g. Animal respectu hominis est genus, & respectu corporis animati est species subalterna, quia ponitur sub altero .i. sub genere: [Fiat autem in vno quidem prædicamento manifestũ quod dicitur.] Nunc ponit exemplum in prædicamento substantiæ, licet in vnoquoq; etiã aliorum nouem prędicamentorum accidentiũ idem possit dici: & inquit, substantia est genus generalissimum, sub substantia est corpus; sub corpore est corpus animatum, sub corpore animato est animal, sub Animali, est rationale animal, (licet hoc sit falsum) sub Animali rationali est homo, sub quo sunt particulares homines, vt Socrates, Plato. Sed horum prædictorum substantia est genus generalissimum, & solũ genus, homo est species specialissima, & solùm species, illa verò quę sunt in medio extremorum, genera & species simul dicuntur. Et omne quod propinquè seu immediatè de indiuiduis prædicatur, species est solùm, & nõ genus; vt homo, & equus. Quod totum patet in arbore sic descripta, de qua meritò dr̃; arbor sum plana q̃ vocor Porphyriana: Mater sum litis non nota nisi peritis. Sed quęret Nuuicius, cur ordo specierum & generum appellatur arbor? Respondeo propter quandam similitudinem ad arborem naturalem in silua, in qua sunt tria, videlicet. Radix, Truncus, & Rami: Genus generalissimum est Radix inquantũ continet virtute differentias specierum, & actu species, & indiuidua, Materia enim à qua sumitur genus 8. Metaph. com. 10. ideo dicitur Silua, primo Physic. quia in confuso, & potentia, continet omnes formas naturales, sicuti in Silua in qua sunt multæ arbores, in potentia sunt formæ artificiales, i. forma sedis, & nauis, dixi quòd indiuidua sunt actu in prędicamento, & genere generalissimo, prout indiuidua abstrahunt ab actuali existentia ex Sco. 2. dist. 3. quia 7. Metaph. de singularibus, vt includunt actualem existentiam non est scientia, cùm singularibus à sensu absentibus, & remotis, ignoramus sint ne, an nõ sint? Truncus verò huius arboris porphyrianæ, est ordo directus subalternorum, vt corp⁹, corp. animatum, animal, homo, Socrates:

Verba text.

Dubitatio.

Responsio.

Rami verò sunt differentiæ à latere, quæ reductiuè sunt in prædicamento. Vt corporeum, incorporeum, Animatum, inanimatum &c.

Sic igitur constructa, & partim abbreuiata litera, ex ea talis colligitur.

CONCLVSIO.

Definitio speciei specialissimæ, videlicet. Species est quę prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid, est sufficienter tradita. Concl. text.

Sed contra hanc concl. arguo. Primò Porphy. inqt, ꝙ Genus, & spẽs sunt relatiua, & iõ necesse est in vtrorumq; definitionibus vtrisq; vti, sed in hac definitione nihil ponitur qđ sit correlatiuũ ad genus, ergò malè sic definitur species. Ad hoc respondetur ex Alberto, quòd Genus duas habet habitudines, vnam ad genus cuius est correlatiuum, & sic definitur per genus, aliam habitudinem habet ad indiuidua, & sic definitur per id ꝙ, prędicatur de pluribus &c. Contra, tunc sequeretur, quòd tantùm essent duæ definitiones speciei, & non tres, quod est contra ipsum ponentem tres speciei definitiones, cum quo tenuit etiam Aegidius, & Antonius Andreas. Ad hoc respõdetur, quòd assignat duas definitiones speciei in comparatione ad genus; vnam penes hoc, ꝙ species ordinatur sub ipso genere, & sic species est quæ est sub assignato genere: Aliam verò assignat penes hoc, ꝙ genus prędicatur, & enunciatur de specie, & sic est secunda definitio talis, species est de qua genus prędicatur in eo ꝙ quid est. Tertia verò definitio est per respectum ad indiuidua vt dictum est, in qua definitione licet non ponatur genus, in alijs tamen ponitur, in quibus ponitur habitudo ad genus. Hinc infert Paulus Venetus, ꝙ species tripliciter definitur secundùm Peripateticos; primò, vt comparatur ad genus absolutè sumptum, sic, species est quę ponitur immediatè sub assignato genere. Secundò per comparationem ad genus vt est prędicabile, sic, species est de qua genus immediatè prędicatur in eo quòd quid. Tertia definitio est per comparationem ad indiuidua sic. species est qđ prædicatur solùm de pluribus differentibus numero in eó quòd quid. Et hæc competit tantùm speciei specialissimæ; aliæ verò duæ omni speciei. Contra, inquit Porphyrius in arbore, quòd extrema habent vnicam habitudinem videlicet. Genus generalissimum ad inferiora, & species specialissima ad superiora, intermedia verò vtramq; habẽt habitudinẽ, videlicet ad superiora respectu quorum sunt species, & ad inferiora quorum sunt genera, ergò malè dicitur, ꝙ species specialissima definitur vno modo per habitudinem ad gen⁹, & alio modo p habitudinẽ ad indiuidua, qa vt sic spẽs specialissima esset spẽs subalterna. Ad hoc respondeo, dictum Porphyrij sic debere intelligi, quòd species subalterna propter duas habitudines, habet vt sit genus vno modo, & species alio modo, sed spẽs spẽcialissima de qua est hic sermo, per has duas habitudines nõ mutat nomẽ spe-

Arguitur. 1.

Respõsio Alberti.

Contra.

Responsio.

Contra.

Responsio.

speciei, homo.n. respectu aīalis est species vt cōtenta sub animali, respectu verò particulariū hominum est etiam species vt cōtinens illos; Species verò subalterna modò genus, modò species dicitur: *Contra.* Contra, tunc sequeretur ꝙ extrema in arbore non essent species specialissimæ, sed ipsa indiuidua, quæ omni modo semper sunt indiuidua, & *Responsio.* respiciunt non nisi superiora. Ad hoc respōdeo, quòd indiuidua sunt extrema inquantùm directè sunt in prędicamento, sed quia de eis non est scientia, vt inquit Porphyrius secundùm Platonem, vltimū in ratione prædicabilis est ipsa spēs, quę materialr, & diuisione hypustatica diuidit in indiuidua, est .n. species specialissima siue primò intentionaliter sumpta, vt homo, siue secundò intentionaliter sumpta, vt est respectus rationis fundatus in tali natura; communicabilis, vt quod, pluribus numero differentibus. & sic vera est definitio speciei specialissimæ cùm definitur per habitudinem ad indiuidua: *Resp. propria* Ego verò dico, & peripateticè sentio, quòd species (quicquid dicat Albertus, & alij,) semper definitur relatiuè, & definitione relatiua. Nam cùm dicitur, ꝙ est sub genere, definitur per suum relatiuum superius, & continens, cùm definitur per indiuidua, quę cōtinet, definitur etiam per relatiua, quia cùm species specialissima, vt inquit Albertus tract. 4. c. 1. & Sco. quæst. 21. sit vniuersale, & vnum de quinque vniuersalibus, si definit per indiuidua, definitur per sua relatiua, cùm vniuersale, & singulare opponātur 1. Poste. tex. 12. & 1. Topi. cap. 12. oppositione relatiua 7. Metaph. tex. com. 57. Sed dices contra; *Contra.* Relatiua sunt simul natura, sed singularia sunt priora vniuersalibus, cùm vniuersalia quę prędicantur de pluribus 1. Metaph. com. 27. fiant ab intellectu per abstractionem à singularibus, vt 1. de anima com. 8. 3. de aīa com. 18. & 12. Metaph. com. 4. dicebat Auerroes, ergo vniuersalia, & singularia non sunt relatiua. *Responsio.* Respondeo, & nolo dicere vt possem, ꝙ non omnia relatiua sunt simul natura, vt dixit ēt Aristoteles in prędicamentis cap. de relatiuis, sed magis eleuando intellectum discipulorum. Dicò, quòd singularia dupliciter possunt considerari; vno modo secundum se, & quoad actualem eorum existentiam extra animam 6. Metaph. com. 8. alio modo prout habent esse cognitum apud intellectum, 3. de anima com. 9. tunc dico ꝙ singularia primo modo non sunt correlatiua vniuersalium, quia non sunt eiusdem ordinis, cùm vniuersalia sint spiritualia, & singularia sint corporalia, benè tamen secundo modo; vel & sub alijs verbis dici idem potest, quòd singularia fundamentaliter, & materialiter considerata non sunt relatiua ad vniuersalia, benè tamen formaliter sumpta vt habent esse obiectiuum, & esse cognitum apud intellectum: *Contra.* Contra. Intellectus non cognoscit singularia 1. Physi. 49. vbi inquit Arist. ꝙ sensus est singularis, & intellectus vniuersalis, ergo singularia non habent esse cognitum apud intellectum, & consequenter nō sunt correlatiua vniuersaliū. *Resp.* Ad hoc resp. ꝙ intellectus comprehendit, & intelligit singularia ſm The. 1. de aīa c. 20. & Ioānē Grammaticū 3. de anima super tex. 9. & ideo omnia intelligit 3. de anima com. 4. a quibus monetur 12. Metaph. com. 37 & ad illud 1. Phys. respondet, ꝙ loquitur Aristoteles cum præcisione sic, sensus est tantùm singularis transitiuè. i. de obiecto singulari, v.g. visus versatur circa hunc colorem particularem, & non circa colorem in cōmuni. Intellectus verò vt potentia magis vniuersalis, & superioris ordinis, est vniuersalis. i. de obiecto vniuersali, non tantùm, sed etiam de obiecto singulari: *Contra.* Contra, Intellectum seu res intellecta est perfectio intelligentis 12. Metaphy. com. 51. sed singulare materiale, non potest esse perfectio intellectus spiritualis, ergo: *Resp.* Respōdeo ꝙ singulare extra animam est materiale, & sic non est perfectio intellectus, sed singulare quod intelligitur ab intellectu est spirituale, & in anima, & intelligitur ab intellectu, & est perfectio intellectus quoad suum repręsentatiuum, puta, quoad speciem intelligibilem, per quam intellectui repręsentatur, non autem quoad suam singularitatē, quæ potius intellectionem impedit. Et sic concludo ꝙ singularia seu indiuidua, & species, sunt relatiua, & probatur etiam ex Aristotele in c. de substantia vbi inquit, ꝙ ablatis primis substātijs singularibus, & particularibus impossibile est aliquid aliorum remanere, puta species, & genera, saltem formaliter, cùm non habeant de quibus prædicentur.

2. Arguitur. Secundò arguitur contra prędictam conclus. Vnius rei vnica tātùm debet esse definitio 6. Topi. c. 2. sed species benè fuit definita per id ꝙ est sub assignato genere, ergo malè iterum hic definitur: *Resp.* Respondetur ꝙ definibile duplex est, aut videlicet. Absolutum, aut respectiuum. Dico ꝙ definibilis absoluti vna debet esse definitio, non autem definibilis respectiui, seu relatiui vt est species, quæ cùm referatur ad duo, dupliciter definiri potest, vno modo videlicet per habitudinem ad genus, alio verò modo per habitudinē ad indiuidua. *Contra.* Contra, Porphyrius ponit tres definitionis species, vnam speciei specialissimæ, & alias duas speciei subalternæ, tunc si perfectè definit species per habitudinem ad indiuidua per vnam definitionem; ita etiam per habitudinem ad genus per aliā definitionem, ergò superflua est tertia. *Resp.* Respondeo, ꝙ species refertur ad genus secūdum duplicem habitudinem, quarum vna est secundùm rationem ordinabilis in recta linea prędicamentali, & sic sub assignato genere: Alia verò est secundum rationem subijcibilis quoad p̄dicationem, & sic definitur per id quòd de ea genus prædicatur in quid: Dictum est quòd definitio vna debet esse entis absoluti, & nō respectiui. *Contra.* Contra; Aīa est quid absolutum, & tn̄ de ea duæ definitiones ab Aristo. assignantur secundo de aīa tex. 4. 6. & 7. 1. ꝙ Aīa est act⁹ corporis Phy. potētia vitam habēt: 2; alia verò tex. com. 24. Aīa est quo viuimus, sentimus, & intelligim⁹, vel per oēs potētias q̄ sunt, vegetatiuū, sensitiuū, appetitiuū, ſm locū motiuū, & intellectiuū, 2. de aīa tex.

com.27. p mutum enim definiuerunt Democritus, Anaxagoras, & Plato, 1. de anima c.10. Themistius: ergò falsum est dicere, q vnius rei vnicam esse definitionem, valet de ente absoluto.

Responsio. Ad hoc respondetur q cùm dicitur, q vnius rei absolutæ vna est definitio, intelligitur in eodem genere causæ, v.g. vna tantùm formalis, vna materialis, &c. vt patet de aia, vbi vna definitio monstratur, & concluditur per aliam: vel q vnius rei absolutæ vna est definitio quidditatiua, quod et de specie patet, cùm illa definitio eius sit quidditatiua, quæ assignatur per habitudinem ad singularia: vel dici potest q Anima est quid respectiuum, cùm sit actus corporis, modò anima vt actus, & corpus vt potentia opponũtur relatiuẽ, Anima enim est relatiua corpori quod cõtiort, habens ad illud habitudinem continentia ad cõtentum, & causæ ad causatum in triplici genere causæ secundo de anima 36.

Contra. Contra, definitio est oratio explicans essentiam rei, sed vnius rei vnica est essentia, ergo cùm species habeat vnam essentiam, vnã debet habere definitionem, siue sit q̃d absolutũ, siue q̃d respectiuũ.

Resp. Ad hoc resp. q spẽs siue p per se significato. i. secũda intentione, siue pro per se denominato. i. prima intẽtione sumaẽ, vnam habet essentiam, vt fundamentum duorũ respectuum per habitudinem ad diuersa relata, ad quæ refertur, & sic in ordine ad genus hẽt definiri alio modo, quàm per habitudinem ad singularia, licet vna tantùm sit essentia speciei, sicuti idem homo potest respectu vni⁹ esse pater, respectu alterius verò esse filius, & cum hoc hę duę relationes possunt stare in eodem supposito respectu diuersorũ terminorum, ad quos refertur.

3. Arguitur. Tertiò arguitur principaliter contra prędictã concl. Illa est imperfecta definitio quæ competit alteri à definito, sed ista definitio speciei specialissimę hic tradita, competit alteri à definito, ergò est imperfecta definitio. Maior probatur, quia tres sunt conditiones bonæ definitionis Prima vt sit conuertibilis cum diffinito. Secunda vt adęquatè declaret essentiam diffiniti, tertia q faciat differre definitũ à quocunque alio: Minor probatur, quia hęc definitiõ cõpetit generi generalissimo, qđ etiam prędicatur de pluribus differẽtibus numero in quid, nam sicuti homo qui est spẽs specialissima, prædicaẽ in quid de Socrate, & Platone differentibus numero, ita etiã & substãtia pdicaẽ de illis, dicẽdo, quid est Socrates? Est substantia; quid est Plato? est substantia, & sic mala est hęc definitio speciei. Species est quæ pdicatur de pluribus differentibus numero in eo

Responsio. quòd quid. Ad hoc respondit Auic. in sua Logica cap. 8. & Scotus q. 17. vt bene referunt Albertus tracta. 4. cap. 1. & Caietanus etiam in præsenti, quòd hęc speciei specialissimæ definitio est limitanda, cum pręcisione, addendo ly, solo, vt inquiunt etiam Burleus, & Paulus Venetus in pręsenti, modò respondetur quòd, & si genus generalissimum, vel subalternum semper prædicatur de pluribus numero differentibus, quia tamen maior determinatio fit in genere quàm in specie, genus non prędicatur de differentibus solo numero, sed etiam de differentibus specie. Species verò solùm de differentibus numero; nã vt Porphyrius inquit in hoc cap. de specie, magis collectiuum est genus quàm species:

Contra. Contra, arguo sic, Animal etiam quod est genus, p prędicatur de rebus differentibus solo numero; prædicatur enim de hoc, & illo homine, qui solo numero. i. per materiam differunt, ergò glossa ista de pręcisione in specie, & non pręcisione in genere, est nulla.

Responsio Caietani. Ad hoc respondit Caietanus, q fortè textus Auic. est deprauatus cùm legitur, solo, quia debet legi, solùm;

Contra. Contra hoc arguo, quia tũc sequeretur, quòd species tantùm, & nullo modo genus prædicaretur de pluribus differentibus numero, quod est falsum, cùm Animal etiam quod est genus sic prædicetur de pluribus differentib⁹ numero.

Responsio. Ad hoc respondetur, & optimè ex eodem Caietano, quòd ly, solùm, dupliciter potest sumi, vno modo, vt cadit supra ly, differentibus, & sic idem est, ac numero solo, & tunc esset hic sensus. Species est quæ prędicatur de differentibus solo numero; Alio modo potest accipi ly, solùm, vt cadit super ly, prædicatur, & tunc est hic sensus, species est quæ solùm prædicatur de pluribus differentibus numero in quid. Tunc respõdetur, quòd sumẽdo ly, solùm, primo modo; definitio speciei competit etiam generi, sed sumendo ly, solùm, secundo modo, competit tantùm speciei, & hoc vult dicere Auic. quòd species prędicatur solùm, idest, tantùm, seu tantummodo de differentibus numero, ad differentiam generis, quod prędicatur etiam vt superius de differẽtibus numero, sed non solùm, seu non tantùm, quia etiam prædicatur de differentibus specie, cùm de quibuscumque prædicatur species, prædicetur etiam & genus illius speciei, & eò ampli⁹.

Contra. Sed contra hanc responsionem arguo sic, ista definitio sic limitata competit etiam alteri, quàm speciei, competit enim ipsi proprio, nam proprium prędicatur solùm de hoc, & illo proprio numero differentibus.

Responsio. Ad hoc respondeo, quòd proprium dupliciter potest sumi, vno modo videlicet pro prima intentione, vt pro risibilitate, & hinnibilitate, alio modo pro s͂cda intentione v.g. pro hac intentione, propriũ, prout est vnum de quinque prędicabilibus tunc dico q & si proprium vtroque modo prędicatur solùm de differentibus numero, vt verbi gratia, risibilitas de hac, & illa risibilitate quæ numero differunt, non tamen in quid, sed in quale prędicatur:

Contra. Contra, proprium formaliter sumptum pro secunda intentione, prędicatur solùm de pluribus numero differentibus in quid, vt de hoc, & illo proprio, q̃ sunt indiuidua proprij formaliter, & cõmuniter sumpti:

Responsio. Ad hoc resp. quoad vtrumq; membrum distinctionis simul, quòd proprium siue pro prima, siue pro secunda intentione sumptum, dupliciter põe cõsiderari, vno modo respectu subiecti in quo, alio modo respectu subiecti de quo. Primo modo semp prędicaẽ in quale. Scd͂o verò

modo

modo in ordine ad sua inferiora de qbus pdicat in qd, & tunc se habet vt species, & non vt propriũ, oam proprium est species vniuersalis, & sic est propriũ ut quid, & species ut modus.i.secundum naturam suam est proprium, sed vt modus & denominatiuè dicitur species, quod de indiuiduo etiam concedit Scotus in q. 12. Remanet igitur, ꝙ ista definitio sic glosata, cũ præcisione, est vera definitio, licet Albertus trac.4. c. t. & Scot. q.17 aliter dicãt: Albertus quidem dicit, ꝙ lienti species immediatè, & per se ipsam participatur ab indiuiduis, ita etiam prędicatur de illis, genus uerò quia mediante specie participatur ab indiuiduis, mediatè & nõ per seipsum prædicatur de illis: vt dicit etiam Gratiadeus: Contra, data hac responsione sequeretur, ꝙ ista non esset in primo modo dicendi per se; Socrates est Animal, quia non esset immediata propositio. Respon. ꝙ ly, animal, respectu Socratis, & Platonis, dupliciter potest considerari, uno modo videlicet sub ratione principiandi, seu constituendi, alio modo in ratione prædicandi, primo modo ista propositio est immediata in primo modo dicendi p se, Socrates est animal, q̃a animal est pars intrinseca quasi materia Socratis 8. Metap. comm. 10. Secundo verò modo est mediata, videlicet quoad prædicationem, quia intantùm animal (vt patet in arbore Porphyrij) prędicatur de Socrate, in quãtùm prius, & immediatè prędicatur de hoĩe, & postea per hominem prædicatur de Socrate, & ideo benè ad hoc dicit Scotus prędicta q. 17. ad primum, ꝙ species prędicatur immediatè de differentibus numero; nam prædicari de differentibus numero stat dupliciter, uno modo immediatè, alio modo mediatè, primo modo cõuenit speciei: secundo verò modo conuenit generi, & sic malè dicitur, ꝙ per accidens genus prædicatur de differentibus numero, nisi dicas per accidens .i. per aliud, idest per speciem. Sed dices contra: vnum contrarium non prędicatur de altero, nec vnum contrarium prædicatur de aliquo sibi contrario per aliquod medium, sed species est media inter genus & indiuidua, ergo est illis contraria; probatur, quia 5. Physic. t.6. medium comparatũ ad extrema habet uim cõtrarij, sed species est media, ergo. Respondetur ꝙ mediũ est duplex quoddam est medium p abnegationẽ, duorum extremorum, & quoddam per participationem, medium primo modo, est contrarium extremis, nõ autem secundo modo, quia & si species est media inter genus, & indiuidua, est medium per participationem, quia participatur ab indiuiduis, & participat genus, ut inquit Albertus. Huc accedat etiam Pauli Veneti documentum, quòd genus immediatè prædicatur de speciebus, quę sũt sub genere, secundum formam.i.in quas genus descendit per differẽtias formales oppositas, mediatè verò prædicatur de indiuiduis, quę continentur sub genere secundum materiam .i. in quę descendit genus per differentias materiales.

Contra Alb. responsioné.

Respon.

Dubitatio.

Responsio.

4. Arguitur. Quartò arguitur insufficientia istius definitionis; Ista definitio competit etiam animæ intellectiuæ, ergo est insufficiens. Antecedens probatur, quia anima humana prędicatur de pluribus differentibus numero in eo quòd quid, puta, de anima Platonis, & de anima Socratis, quæ solo numero differunt, & tamen anima non est species, cùm non ponatur formaliter, & directè sub aliquo genere. Ad hoc respondetur ꝙ ly, species, dupliciter potest sumi: vno modo propriè pro eo quod est verè species, quæ directè & formaliter est sub aliquo genere in recta linea prædicamentali: alio modo potest sumi species communiter pro omni prædicato specifico, quod se habet per modum speciei, & harum specierũ vna differt ab alia per hoc, quòd species propriè sum pts prædicatur de pluribus numero differentib. in natura cõpleta, sic homo prædicatur de Socrate, & Platone, qui sunt naturę completæ, & non partes alterius: Anima uerò non est spẽs, sed pars speciei, vt dicit Scotus 2. sen. distinction. 6. quæ & si prædicatur de hac & illa anima, quia tamen non sunt entia completa in specie, sed principia entium completorum, anima non erit species ad illum sensum, ad quem Porphyrius hic definit speciem specialissimam: Contra, anima est substantia perfecta prædicabilis de plurib. in quid, ergo competit sibi ratio speciei propriè sumptę, antecedens probatur, quia anima est quoddã totum 1. de anima t.9. & totum est quid perfectum 1. Cœli t. 3. & 3. Physicor. 64. extra quod nihil est accipere 4. Physi. 45. & 5. Metaph. 31. Respon. ꝙ totum & perfectum duplex est, aut videlicet simpliciter, aut secundum quid & in genere suo. Totum & perfectum simpliciter est ipsum compositum, & non partes componentes 2. de anima t.2. quod totum & perfectum non est aliud, nisi congregatio partium t. Physi. 17. 4. Physicor. 43. & 3. Cœli comm. 8. Aliud est totum & perfectum secundum quid in suo genere, & est illud cui nihil deest sui esse 3. Physicor. 63. modo dico quòd anima est quoddam totum & perfectum secundo modo, & non primo modo, est enim Anima actus primus perficiens materiam, & cum ea vnũ per se constituens, quę & si cadit à completa ratione totius, potest saltem dici species impropriè sumpta, non autem propriè sumpta, ut est illa q̃ constat ex genere & differentia tanquam ex partibus diffinitiuis: nam primo de Anima t. 8. dicebat Argidius, ꝙ anima est torũ diffinibile habens definitionem additamentalem, non auté definitionem quidditatiuam, quę competit soli speciei specialissimæ, & dicebat Scotus 2. sen. d. 6. quòd Angelus & anima non differunt ut spẽs, & spẽs; sed vt species & pars speciei, est enim anima pars speciei humanę, seu hominis, de cuius hominis ratione sunt carnes & ossa, in quo errauit Plato dicẽs animã esse totum hominem, & corpus nõ esse partem hominis, ad quod alludit Auerroes septimo Meta. 34 dicens, materiam non esse partem quidditatis.

Resp.

Contra.

Resp.

Quintò arguitur ad idem: Ista definitio competit definitioni, ergo non competit adæquatè speciei specialissimæ. Antecedens probatur, quia ly Arguitur 5.

ly, animal rationale, quod est definitio hominis, prædicatur de Socrate, & Platone solo numero differentibus, in quid. Ad hoc respondet Scotus q. 21. ad quintum, dupliciter: Primò quod diffinitio non est distinctum vniuersale à specie, secundùm quod de vniuersalibus tractat Porphyrius, & reducitur ad speciem, sicuti quandoque species reducitur ad definitionem q. 13. ad primum, et hinc primo Top. c. 4. ideo Arist. posuit terminum, seu definitionem, & non speciem; quia sunt inuicem reducibilia: Contra, secundum Scotum definitio, & species definita distinguuntur ex natura rei, ergo vnum non reducitur ad alterum. Respondeo quod & si distinguuntur ex natura rei, cùm vnum habeat rationem constituentis, & aliud rationem constituti: quis tamē sunt idem realiter, possunt adinuicem reduci: & Caietanus diceret 1. Poster. c. 3. quod cùm distinguantur per confusum & distinctum, possunt reduci 1. Physic. t. 4. subsistunt autem hoc idem nomina ad rationem. Secundò respondet Scotus, quod definitio non prædicatur in quid, sed in quid & quale, & sic nō habet simpliciter vnum modum prædicandi, sed duos, sicut genus & differentia ex quibus definitio componitur, habet duos distinctos modos prædicandi, quorum vnus est in quid ipsius generis, & alius in quale ipsius differentiæ, & hoc etiam diceret Scotus q. 2. quod definitio non habet vnum modum prædicandi, in quid, vel in quale, sed in quale quid: vnde 8. Metaph. definitio est oratio longa explicans quid & quale: Contra, quia tunc sequeretur, quod nullū esset discrimen inter definitionem, & differentiā, cùm differentia etiam secundum Porphyriū prædicetur in quale quid quia nos interrogati quale quid est homo? respondere debemus rationalis. Respondeo, diuersus modus prædicandi in quale quid, diuersificat definitionem, à differentia: Nam differentia prædicatur in quale inquantùm est forma, in quid uerò inquantùm est de intrinseca ratione speciei, & per modum partis in concreto, ut homo est rationalis, non autem rationalitas in abstracto: definitio verò prædicatur in quid per modum totius, eo quod definitio dicit totum esse speciei definibilis, & quod definitio sit totum, probatur quia componitur tāquam ex suis partibus, ex genere & differentia, hinc definitio sumitur ex proprijs principijs quæ sunt principia essendi rei definitæ 1. Phys. t. 5. 2. Phys. c. 28. & primo de Anima, comm. 5. quæ sunt genus & differentia 7. Metaph. 43. Remanet igitur firma conclusio pñtis textus, quòd ista est perfecta definitio speciei specialissimæ, & non alterius, videlicet, species est quæ prædicatur tantùm de pluribus differentibus numero in eo quod quid, per modum speciei completæ: & ad argumentum à Scoto motum, ego dicerem, quòd definitio nūc data de specie, non potest competere ipsi definitioni, quia species est uniuersale incomplexum, definitio verò est vniuersale complexum.

Dantur aliquæ species, quę non prædicātur de pluribus differentibus numero, sed solū de vnō indiuiduo, vt Luna de vna Luna, Sol de vno Sole. Respōdeo quòd species sunt in quadruplici differentia: quædam enim habet sub se plura indiuidua, tam simul, quàm successiuè, tam per tēpus, quàm per instans temporis, vt homo continet hodie sub se plures homines simul, & etiam successiuè, quia quod natura non cōseruat in indiuiduo conseruat in specie: alia est species q̄ hēt plura indiuidua non simul, sed successiuè, p omne tempus & instans temporis, vt phœnix q̄ semper est in mundo in quolibet instanti temporis, & si non quoad esse existentiæ, saltem quo ad esse essentiæ in illis cineribus post combustionem phœnicis, quę se ipsam senescentem combutit, alis suis nidū accendens, dum se solis radijs exponit. Alia species est, quę habet plura indiuidua non simul sed successiue, non per tempus, sed per instans temporis, vt si esset vna species in vno indiuiduo, quod non duraret, nisi per instans, ita vt in vno instanti nasceretur, & in alio corrumperetur, ut patet 6. physico. de motu, & de ipso mutatum esse: alia uerò species est, quę nō habet nisi vnum indiuiduum, tam per tempus, quàm p instans temporis simul, sicut Sol, Luna, Mundus. Tunc respondeo, quòd non est inconueniens dari vnā spēm, vt est species hoc vltimo mō sūpta, quæ de vno tantùm indiuiduo prædicetur in actu, licet de pluribus in potentia, 4. Top. c. 3. & ex Boetio lib. de diuisione, & secundùm S. Thomā, 1. sen. d. 19. q. 4 ar. 2. Sed quæres, qualis potentia est ista? Respōdeo quòd est potentia logica. i. nō repugnantia ad de pluribus prædicari; & ideo species non requirit multa indiuidua actu existētia, quia in vno indiuiduo saluari potest, ut inquit Albertus, tract. 4. c. 6 & D. Thom. 1. Poster. t. 38. Caietanus cap. de specie, Scotus q. 18. & Anton. And. in pñti: Dices, est ne de mente Arist. ista potentia logica? Respondeo quòd sic: & probatur primò. Nam Porphyrius de mente Platonis inquit, quòd indiuidua sunt infinita, quod intelligi non potest de infinitate, quoad potentiā physicam, cùm non detur infinitum in actu, vt dixit Auerr. in disp. t. sol. septimi dubij, & 3. Phys. t. 41. sed benè datur infinitum in potentia 9. Metaph. tex. comm. 11. ergo intelligitur quoad potentiā logicam, sic singularis. i. indiuidua sunt infinita, idest indiuiduis, vt indiuidua sunt, non repugnat esse infinita, quæ infinitas non repugnat indiuiduis propter materiam 3. Physic. commen. 59 & 3. Cœli, com. 6. de hac etiam potentia logica habetur primo Cœli, t. 2. quòd continuum est diuisibile in semper diuisibilia. i. continuo, vt continuum, non repugnat diuidi in infinitum: amplius Aristo. 1. Poster. t. 43. dicebat, quod vniuersalia sunt ubique, & semper. i. vniuersali, vt tale est, nō repugnat esse semper & vbique, quòd si actu nō est ubique, hoc accidit ei ratione singularium, q̄ non sunt vbique & semper.

Præterea Arist. dixit in libro de sensu & sensibili, quòd si visibile decrescit in infinitū, potentia visiua debet crescere in maius in infinitū, sed visibile dicitur decrescere, seu diminui in infinitum, eo quòd ei nō repugnat, similiter uisus po-

test crescere in infinitū.i.el non repugnat, & hæc est potentia logica: similiter 2. de Anima, tex. 41. ignis cresceret in infinitum si apponerentur cōbustibilia in infinitū,&c.& sic concludo q ly, prædicatur, in definitione speciei, dicit aptitudinem .i.potentiam logicam, seu non repugnantiam, & non dicit actum, cùm aliquæ species sint in vniuerso, quę de facto conseruantur in vno tantùm indiuiduo, vt est Sol, Luna, Phœnix: vnde sic intelligitur speciei definitio: species est quę prædicatur solùm actu, uel aptitudine de pluribus differentibus numero in eo quod quid est actu, ppter species quę actu cōtinent sub se plura indiuidua vt homo, & equus: aptitudine propter species; quę continent vnum tantùm indiuiduū, vt Sol, Phœnix, &c. vt pro ratione dubitandi supra dicebatur.

Dubitatio. Sed hic dubitat quidam, sic; Porphyrius dicit, animal rationale, esse genus ad hominem Cōtra, genus non cōuertitur cum specie, sed animal rationale conuertitur cum homine, dicendo homo est animal rationale, & animal rationale est hō: Responsio. Soluit dicens, quòd animal rationale secundùm Porphyrium, & multos alios, non conuertitur cum homine, quia non solùm prędicatur de homine, sed etiam de intelligentijs, quę sunt rationales; & si animal rationale debet cōuerti cum homine, debet addi ly, mortale, & sic valet dicere, homo est animal rationale mortale, & animal rationale mortale est homo: hæc ille.

Propria resp. Nos verò exactius rem more solito pertractātes dicimus, q hic locus est lapsus sapientum & insipientium, vt meritò illud dicatur. Arbor sum plana quæ vocor Porphiriana, mater sum litis nō nota, nisi peritis: vnde prius explico mentem Porphyrij: Secundò vtrum benè dixerit? Quoad primum dico, q Porph. in hoc (referente Apuleio Platonico in lib. de Deo Socratis, Alberto tra.4. cap.4.& D.Caietano) sit sequutus Stoicos, Epicureos, & Platonicos, vel potius loquutus est ad mētem vulgi, vt in q.29. inquit Scotus, qui Deos terrestres, vt Cererem, & Aesculapium, & Deos infernales, sicut Plutonem, & Vulcanum animalia rationalia, corpora actes, mente rationalia, tēpore æterna, & animo passiua, esse dicebant: vnde Trismegistus in Asclepio cap. 12. dicebat, solùm Deum esse incorporeum: Alij verò dixerunt vnū genus intelligentiarum, quas Angelos vocat Auer. 1. Cœli, com. 22. esse incorporeum: Alij verò dicūt omnes esse corporeas; tandem omnes dæmones esse corporeos ex sententia dixerunt, Hesiodus, Apuleius Platonicus, Calcidius, Porphyri⁹, Proclus, Iamblicus, Plotinus, & tota Platonicorum Schola, quibus assentitur Basilius, q eorum corpora sunt de natura Cœli, & Psellus in libro de Dęmonibus, cap.1. q talia corpora sunt mixta, in quibus dominatur elementum aeris: quòd

Licet Plato i Thimeo per Deos intelligat corp. cœlestia.

Dubitatio. si de figurā in qua apparent, quæras? qualiter videlicet talia corpora sint figurata? nullam habere figuram dixerunt, Psellus, Porphyrius, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Calcidius, quamuis modò figura hominis, modò uerò figura Nubis,

Responsio.

Vrsi, Draconis, dixerit Plotinus: Sic igitur isti sūt opinati, substantias supercelestes esse animalia rationalia, quòd etiam (referente Alberto) dixerunt Auicennas.& quidam alij Arabes, videlicet quòd animal rationale est genus ad homines, & Angelos, & hæc quoad primum: quoad secundū igitur spectat. Opinio ista est erronea, quę & sacris, & profanis doctoribus aduersatur; Aduersatur enim primò toti scholæ, cuius pręcipui magistri sunt D. Thomas, & Scotus: Aduersatur etiā Aristot. in 12. Met. qui substantias illas supercelestes dicit esse purè intellectuales, quas intelligentias vocauit, & non esse corporea animalia; & sensualia, eo quòd animal non potest esse sine sensu, quo aliquas producat operationes. 2. Cœli 61 2. de Anima 15 3. de Anima, com. 60.& 12. Met. cō. 36. Amplius animal primò est p sensum 2. de Ani. cō. 16 Intelligentia verò primò est talis per intellectū, & non ab re Aristoteles quosdā antiquos reprehendit dicentes, quicquid est corpus esse, & confundentes sensum cum intellectu 4 Phys. 52.& 57.1.de Gen.t 19. & 1. de Ani.t.24. & sic concludo ad mentem peripateticorum, q animal rationale, nullo modo est genus ad homines & intelligentias. Sed ly, animal rationale, est definitio hominis, & sic in arbore prædicamē tali non debet poni ly, animal rationale, quia figmentum est hoc apud peripateticos Inquit Caietanus; sed immediatè post animal; ponī dēt homo, qui idem est ac animal rationale, & sic quinque tantùm, & non sex sunt uniuersalia in linea recta prędicamentali cōtra Porphyrium. Quòd si dicas, saltem intelligentiæ si non sunt animalia, erunt rationales. Respondet Albertus à quo in q.29. accepit Scotus, quòd æquiuocè sunt rationales, vt infra dicetur. Dices D. Gregorius vocat Angelū animal rationale, hom. 10. Respondetur metaphoricè, propter similitudinem rationis, vt dicit D.Th.p.p.q.51.ar.1. ad 2.

Reprehensio opin. Porph.

Confutatio cuiusdam.

Dubitatio.

Respon.

Dubit.

Responsio Alberti

Dubit. Alb. Tandem hic dubitat Albertus tra.4. cap.4. quare, cùm decem sint prædicamenta, in prędicamento substantię potius, quàm in alijs exemplificauit Aristoteles? ad hoc respondet quidā, quòd substantia est prior accidente 7. Metaphy. 4. in qua fundentur reliqua prędicamenta accidentium, & posset addi auctoritas auctoritati, quia 12. Metaph. com. 3. substantia est ens simpliciter, & accidentia sunt entia fm quid, per habitudinem ad substantiam, sed quia ista rō assignari debet, cur prius Aristoteles agit de substātia, quàm de accidentibus? Ad hoc respondetur, quia substantia est prior in esse accidentibus, in qua tanquam Basi & fundamento subsistentur naturaliter accidentia, ideo vt friuolam responsionem relinquamus, cum Alberto dicamus, q substantia est perfectius genus, & in ipsa substantia exempla sunt magis nota, hinc si hoc con tingeret in aliquo prædicamento accidentium, in illo exemplificasset Aristoteles nihil respiciendo, q substantia est prior accidente, tpe, natura, definitione, & cognitione. v. g. in prędicamento positionis, positio est genus generalissimum species,

cies, & genera subalterna sunt sex differentię loci, vt sursum, deorsum; ante, retro; dextrum & sinistrum; species specialissima est, iacere, stare, sedere. Indiuidua uerò, hęc statio, hæc sessio, & qa in substantia hoc est magis intelligibile, ideo in ea exemplificauit, & non quia est prior accidente.

Textus 8. Quemadmodum igitur substantia cũ suprema sit, eo q nihil supra eam sit, genus est generalissimum. sic etiam homo cùm sit species, post quam nõ est alia species, neque aliquid eorum, quæ possunt diuidi in species, sed solùm indiuidua (indiuiduum enim est Socrates, & Plato, & hoc album) species erit solùm & vltima species, & (vt dictum est) specialissima, quæ verò sunt in medio, eorum quidẽ q ante ipsa sunt, erunt species: eorum autẽ, quæ post ipsa sunt, genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam, quæ est ad ea, quæ antecedunt, secundùm quã species ipsorum esse dicuntur: & eã, quæ est ad posteriora, secundùm quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema verò vnam habent habitudinem. Nam & generalissimum ad ea quidem, quæ posteriora sunt, habet habitudinem, cùm sit genus omnium id quod est supremum: eam verò, quę ad superiora, non habet, cùm sit supremum & primum principium, & (vt diximus) supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum autem vnam habet & ipsum habitudinem, hanc quidem, quę est ad superiora, quorum est species: eam verò, quæ est ad posteriora non diuersam habet habitudinem, sed eãdem & species indiuiduorum dicitur. sed species quidem dicitur indiuiduorũ, velut ea continens: species autem superiorum, velut quæ ab eis continetur. Determinant igitur generalissimum genus ita, quod cùm genus sit, nõ est species. & rursus, supra qđ non est aliud superueniens genus. Specialissimam verò speciem sic, quę cũ sit species, non est genus: & quam, cùm sit species, in species diuidere non possumus: adhuc autem, & quę de pluribus & differentibus numero in eo quod quid est, prædicatur. Ea verò, quæ in medio sunt extremorum, subalterna vocant genera & species, & vnumquodque ipsorum speciem esse, & genus ponunt: ad aliud tamen, & aliud, sumptum. ea enim, quæ sunt ante specialissima vsque ad generalissimum ascendentia, & genera dicũtur, & species subalterna: vt Agamemnõ, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis.

Albertus, Aegidius, & Antonius And. textum hunc ad præcedentem vnico verbo sic cõtinuãt: q posita arbore prædicamentali, resumit & concludit nunc ex prædictis intentum, quid sit generalissimum, quid specialissimum, & quid subalternum: quod duas habet habitudines, quarum vna est in ordine ad superiora respectu quorum dicitur species, altera est respectu inferiorũ, quorũ est genus; extrema verò vnam tantùm habent habitudinem, v. g. generalissimum ad sola inferiora, & specialissimum ad sola superiora, quorũ est species sub ratione contenti, & eandem habet ad inferiora indiuidua sub ratione continentis. & ponit exemplum in familijs, seu in genere ciuili: quia sicuti Iuppiter est Pater, & non Filius, ita genus generalissimum est genus & non species; & sicuti Agamemnon est filius & non pater, ita etiam species specialissima est species & nõ genus & sicuti hęc tria, Atrides, Pelopides, & Tãtalides, sunt patres & filij diuerso respectu superioritatis, & inferioritatis, ita etiam ista tria videlicet. Corpus, corpus animatum, & animal, diuerso respectu sunt simul genera & species, species respectu superiorum, & genera respectu inferiorum. *Continuatio textus.*

Ego verò partim cum Caietano, textum hunc ad præcedentem sic continuo: postquam supra Porphyrius in definitione speciei, mentionem fecit de specie specialissima, & subalterna, ne per ignota procederet, posuit arborem prędicamentalem tanquam magis notam, in qua continebant vniuersalia in triplici differentia, videlicet generalissima, specialissima, & subalterna: nunc vult melius explicare quid sit generalissimum, specialissimum, & subalternum; quoad diuersas eorum habitudines, & totum hoc ordinatur ad declarandum quid sit species subalterna, & quid species specialissima: Diuiditur etiam pñs textus secundum eosdem in duas partes principales: In prima Porphyrius ponit & concludit duo dicta, seu correlaria; primum est, q sicuti substantia est genus generalissimum, eo q nullum habet superius genus, sic etiam homo est species specialissima infra quam non est alia inferior species, quæ verò sunt in medio, uidelicet, inter genus generalissimum, & speciem specialissimam, respectu eorum quę sunt supra, dicuntur species, respectu eorum verò quę sunt infra, dicuntur genera: secundum quod concludit est, quòd intermedia hñt duas habitudines, vnam ad superiora respectu quorũ sunt species, alteram verò ad posteriora respectu quorum sunt genera, extrema verò vnam tãtùm habent habitudinem, quæ vel dicuntur tantùm genera, vel dicuntur tantùm species: In secunda verò parte pñtis textus ex omnibus prędictis colligit Porphyrius duas definitiones, vel descriptiones generis generalissimi, & tres speciei specialissimę, & vnam definitionem intermediorũ: prima *Diuisio textus.*

definitio generis generalissimi est ista. Genus generalissimum est illud, quod cùm sit genus non potest esse species: secunda, genus generalissimũ est illud, supra quod non est aliud superueniens genus: speciei verò specialissimæ tres assignant definitiones: quarum prima est, species specialissima est illa, quæ cùm sit species, non potest eẽ genus: secunda, species specialissima est illa, quæ cũ sit species nunquam diuiditur in alias species, vt homo non diuiditur in plures homines spẽ differentes: quia participatione speciei plures homines sunt vnus homo: tum etiam quia homo diuidi non debet per differentias formales, q̃s secundùm totam suam essentiam, & potentiam, est in quolibet homine particulari, vt inquit Paul. Venetus: tertia, species specialissima est quę prædicatur de pluribus differentibus numero in eo q̃d quid; intermedia verò sunt genera & species respectu diuersorum sumpta, seu ad diuersa comparata, & exemplum dat in genere ciuili, & naturali, vt patet in arbore supra descripta: neq; ab hoc recedit Ammonios, dicens, ꝙ quæ sunt intermedia, seu interiecta, collationes duas habent, vnam qua ad superiora affecta sunt, ex qua eorũ formæ & species appellantur: alteram verò ad inferiora ex qua genera eorum nominantur, summa verò ut genus generalissimũ, & infima vt species specialissima, vno solùm modo cõparantur, & hæc sunt genus primum, & spẽs vltima. Sic igitur continuato, & diuiso põti tex. modò pro notitia terminorum aliquid adnotemus.

Prima defini tio spẽi specialissimæ.

Verba textus

[Quemadmodum substantia cùm suprema sit, &c.] Dubitatur hic, an substantia sic sumpta, vt quid commune ad substantiam corpoream & incorpoream, sit genus generalissimum in prædicamento substantiæ? Ad hoc duplex est opinio; vna Auerrois, quòd non substantia sic communis, sed corpus. i. substantia corporea communia tantùm ad substantias corporeas transmutabiles & corruptibiles, est generalissimum de prædicamento substantiæ, & dico, substantia corporea, quia secundum Auer. intelligentiæ non sunt in prædicamento, dico communis ad corruptibiles, propter cœlum, quod & si est corpus, nõ tamen est in prædicamento, & hoc dixit 2. Cœli, commen. 49. vbi inquit, quòd illa quę sunt eadẽ genere, & plura specie, sunt composita ex materia & forma diuersa, & tunc generabilia & corruptibilia, quod de cœlesti corpore negat, cùm sint corpora simplicia, de substãtia orbis cap. primo, & incorruptibilia 1. Cœli, t. commen. 15. quòd si dicas, contra, cœlum est compositum ex materia & forma primo libro de Cœlo, commen. 95. Respondetur ex Auer. de mente Alexandri, & Simplicij, ut refert etiam D. Tho. in prohemio primi libri de Cœlo, quòd cœlum sumitur tripliciter: primò pro toto mundo: secundò pro aggregato ex omnibus orbibus simul: tertiò tantùm pro vno orbe: cœlum cùm dicitur compositum ex materia & forma, sumitur primo modo pro toto mundo, cuius materia sunt quatuor elemẽta, vt Ignis, Aer, Aqua, & Terra; forma verò sunt corpora cœlestia. Constat enim totum vniuersum ex duplici parte, videlicet ętherea, & elementari: & sic secundùm Auerr. generalissimum substantiæ, est corpus generabile, seu substantia corporea generabilis & corruptibilis, idipsum dicũt etiam Ammonius, Simplicius, & Boetius: alia opinio est, generalissimum substantiæ, esse substantiam communem ad corpoream & incorporeã, & sic intelligentię sunt in prædicamento substantię. vt hic ponit Porphyrius, & cum alijs sustinet D. Thomas: vnde secundùm hanc opinionem dicendum esset, quòd substantia finita, vt abstrahit à corporali, & spirituali, est genus generalissimum de prędicamento substantię, sed de hac re alibi plura diximus. mihi verò in Arist. placet prima opinio, & secundùm Theologiam 2. quicq̃d dicat D. Caietanus.

Dubitatio.

1. opin.

Contra.

Respon.

Cęlum tripliciter sumi.

2. opin.

[Extrema uerò vnam habent habitudinẽ.] Hic nota quid sit, habitudo: & dico ꝙ habitudo est ordo vnius ad alterum, & propriè est inter subiectum & propriam passionẽ, vt inter hoiem & risibile. extenditur postea ad respectum, seu relationem, ut sic, pater definitur per habitudinem. i. relationem ad filium & èconuerso, quod in omnibus relatiuis verificatur; vt in cap. de relatiuis diximus ponentes discrimen inter relationem, relatiuum, ad aliquid, respectum, & habitudinẽ: sed hic dubitabis, dicit Porphyrius ꝙ extrema habẽt vnam habitudinem, contra; species specialissima est extremum, & tñ habet duas habitudines, vnã ad superiora, alterã uerò ad inferiora indiuidua. Respondeo ꝙ intermedia hñt duas habitudines, vnam generis, & alteram speciei, sed species habet vnam habitudinem formaliter sumptam, licet habeat duos terminos. v.g. homo qui est species specialissima pro prima intentione, est fundamentum vnius habitudinis, puta ad speciem secundo intentionał̃r sumptã, sed species ista intentionał̃r sumpta, facit referri hominem semꝑ sub habitudine speciei, siue in ordine ad animal, siue in ordine ad particulares homines; vnde species specialissima habet vnam habitudinem formał̃r, duas verò terminatiuè, quia homo sub habitudine speciei refertur ad animal, vt inferius participatiuum animalitatis, refert̃ verò ad singularia vt superius participatum ab ipsis indiuiduis, & sic cuicunque comparetur species specialissima, semper est species, & nunquam genus: Contra, idem etiam dici potest de genere subalterno, q̃d erit tantùm genus, uel tãtùm species formaliter, licet habeat duos terminos, puta superiorem, & inferiorem. Ad hoc respondeo quòd est diuersa ratio, quia quando species specialissima refertur ad indiuidua, necessariò est species respectu illorum, quorum nullum potest esse species, quando verò genus subalternum refertur ad superios, & ad inferius, quia vnumquodque illorum põt esse species, tunc illud subalternum respectu superioris erit species, & respectu inferioris erit genus, & sic habet duos terminos, & formał̃r duas relationes respectu diuersorum, quod de specie dici nõ potest. & do exemplum, corpus animatũ est spe-

Verba text⁹.

Dubitatio.

Resp.

Contra.

Resp.

cies

cies respectu substantię, & genus respectu animalia, quia habet infra se ueram speciem, & supra se verum genus. Homo uerò cùm refertur ad aial, est species: quia habet supra se uerum genus, & respectu inferiorum etiam est species, quia sua inferiora sunt tantùm singularia, & non species, & sic species specialissima habet duas habitudines terminatiuè, vnam verò formaliter, quę est ratio referendi ad plura superiora, & inferiora, & ideo species specialissima quocunque se uertit, semp est species, & vnam habet habitudinem formaliter sumptam, & inquit Porphyrius, quòd species vnam habet habitudinem ad genus, non diuersam ab illa, quam habet ad indiuidua.

Verba textus [Species respectu indiuiduorum est continẽs] continentia duplex est, videlicet. Actiua, & passiua, & utraque inter genus & speciem; in genere est continentia actiua respectu speciei, quia continet illam; continentia passiua est in specie, quia continetur à genere, & vtraque est duplex, videlicet mediata, & immediata: immediata actiua, est generis respectu specierum quas immediatè continet, & mediata qua genus sub se continet indiuidua mediante specie. Similiter continentia passiua immediata est indiuiduorum respectu speciei, & mediata indiuiduorum respectu generis. Et sic inquit Porphyrius, quòd species continetur à genere continentia immediata passiua, & continet indiuidua continentia immediata actina.

Verba text°. [Ea verò quæ in medio sunt extremorum.] Quidam multa dicit hic dr, medio, quę vide in tabula Zim. lit. m. pagin. mihi 234. & 135. ego verò suppositis tot locis in illa tabula adnotatis dico, triplex pro nunc esse medium; quoddam est medium per abnegationem, ut sic lapis est medium inter videntem & cœcum, quia neque est uidens, neque cœcus. hinc inter priuatiuè opposita dat medium secundum Aristotelem in post prædicamentia cap. de oppositis, quando dicit, ꝙ Catul° ante nonum diem, neque est cœcus, neq; vidẽs: Aliud est medium per indifferentiam, ut sic materia prima est media natura, inter formam & priuationem, ad quas indifferenter se habet 1. Phy. 56. aliud est medium per participatioẽ 1. Phys. 47. & 5. Phys. t. 6. & hoc vltimo modo sumit hic medium, puta, genus subalternum quod participat de natura generis, & de natura speciei.

Triplex medium. Huc accedit id quod dicit Paul°, quòd triplex est medium .s. Mathematicum, Physicũ, & Logicum: medium Mathematicum est medium ordinis, vt in linea sunt duo extrema puncta, & puncta media quorum vnum est post alterum, vt sic in medio lineę est punctua, ad quem copulatur partes eius: similiter dicimus ꝙ circulus est figura plana in cuius medio est punctum, à quo omnes lineæ ductę ad circumferentiam sunt æquales: medium Physicum est medium realis mixtionis, ut sic in colore dãtur extrema 1. Physic. t. 47. vt album & nigrum, & medium vt viride, cũ media resultent & fiant ex mixtione contrariorum 5. Phys. 52. & 10. Metaph. commen. 23. & sic medium dicitur materia extremorum 3. Physicorũ, commen. 49. ad quę se habet relatiuè 7. Physicor. com. 17. medium Logicum est medium uniuersalis prædicationis, ut est subalternum inter generalissimum & specialissimum, dicitur etiam medium demonstrationis 1. Poster. cap. 6. tex. 55. ibi oportet medium tertio, & primũ medio inesse.

[Vt Agamenon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & Iuppiter] inquit quòd Iuppiter est pater, & non filius, Agamenõ filius & nõ pater: illi uerò qui sunt in medio, simul sunt patres, & filij: vt Agamenon sit loco hominis, Atrides, vel Atreus loco animalis, Pelops loco corporis animati, Tantalus proauus loco corporis, & tandem Iuppiter attauus loco substantiæ, licet non Iuppiter, sed Saturnus fuerit primum genus Agamenonis: fuit enĩ Iuppiter Saturni filius, Celij nepos, & Ophionis pronepos, sed quia Iuppiter fuit Deus, & Saturnum à regno pepulit, ideo nõ Saturnum, sed Iouem de quo poetæ dicunt, Iouis omnia plena. Vnde inquit Alb. tra. 4. c. 5. quòd Iuppiter, Deus sublimis ab omnibus antiquis appellabatur, qui fuit filius Saturni, quia tamen Saturnum patrem suum à regno expulit, in dignitate regali, & familia regni, gradum honoris priorem non habuit, & ideo familia regalis stat in Ioue vt supremo; In Agamenone autem in infimo, inter medij autem alternatim sunt accipientes, & dantes familiam ad regnum pertinentem; & assimilantur generibus subalternis: Quòd si dubitet Nouicius, qualis est diuisio generis in subalternum, & non subalternum. Verba text°. Dubitatio.

Respondet Albertus tract. 4. c. 5. quòd est diuisio subiecti in accidentia, similiter de specie subalterna; accidit. n. naturę generis, uel speciei, supponi, uel supponi. Responsio.

Hinc collige, ꝙ Porphyrius comparat ordinẽ prædicamentorum ordini familiarum, nam quẽadmodum in familijs dantur extrema, & media, sic & in pñtia. v. g. in regno Grecorum fuerunt quinque familiæ, quarum infima, & ultima fuit familia Agamenonis, quæ originem traxit à familia Atridis, familia Atridis originem traxit à familia Pelopidis, familia Pelopidis à familia Tantalidis, & hæc à familia Iouis, quę est ultima in ascẽdendo, & prima in descendendo; capita & stipites istarum familiarũ sunt, Agamenon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & Iuppiter, qui sic se habent ꝙ Iuppiter primus & summus, dicitur pr̃ & non filius secũdum fabulas gentilium inquit Gratiadeus, nã hic primus & supremus homo est Adam Protoparens noster, ut bene inquit Burleus; Agamenon qui est ultimus & infimus est filius & nõ pater, quilibet verò aliorum intermediorum, videlicet Atrides, Pelopides, & Tantalides est pater & filius, pater quidem posterioris, filius uerò prioris, & sic etiam in prędicamento dãtur duo extrema quorum vnum est primum & summum & genus tantùm, alterum est infimum & ultimũ, & hoc est species solùm; intermedia uerò sunt simul genera & species, genera respectu inferiorũ, & species respectu superiorum: ubi nota Nouicie, quòd generis generalissimi tres habentur definitiones

tiones, & totidem etiam speciei specialissimæ, definitiones generis generalissimi sunt istę: prima, generalissimum genus est, quod non potest esse species: secunda; generalissimum est supra quod non est aliud superueniens genus. Tertia genus generalissimum est summum in prædicamento, & principium specierum, quæ sunt sub ipso, & quia generalissimum supremum, & specialissimũ infimum, sunt extrema opposita, & oppositorũ eadem est disciplina, & quot modis dicitur vnũ oppositorum, tot modis dicitur & reliquũ. Ideo generalissimũm omnibus supereminet, & species specialissimũ omnibus substat, per oppositum; & speciei specialissimę duę sunt definitiones. Prima, ꝙ est illa infra quam non est alia species. Secunda, ꝙ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid, & ad manifestãdum hanc arborem, afferri commodè potest exemplũ de quatuor elementis 1 Cœli r. 17. & 4. Cœli 26. vbi docet Aristoteles dari elementorum extremum summum leue, quod ita est leue, vt non posse esse graue, vt est ignis, etiam datur alterum extremum, ita graue vt non leue, & est terra quę omnibus substat, & dãtur etiam elementa media, quę sunt partim grauia, & partim leuia diuerso respectu, vt sunt Aer, & Aqua, quæ dicuntur grauia & leuia ſm quid, seu in respectu. His igitur sic prænotatis, litteram nunc construe.

Constructio literæ.

[Quemadmodum substantia cũ suprema sit,] .i. omnia reliqua, vt inferiora respiciat [eo ꝙ nihil supra eam sit].i. quia non habet superius supra se [genus est generalissimum] .i. nominatur genus generalissimum [sic etiam homo cùm sit species, postquam non est alia species].i. nulla alia spẽs ei subijciatur, vt inferius suo superiori [neq; aliqd eorum q̃ possunt diuidi in species].i. nec ei subijciatur aliquod genus. [sed solũ indiuidua] .i. singularia [indiuiduum enim est Socrates, & Plato] .i. quę sunt indiuidua nominata [& hoc album] .i. indiuiduum signatum arridentis [species erit solùm & vltima species] .i. homo erit tm̃ species, & infima [& vt dictum est, specialissima] .i. supra nuncupata à nobis specialissima. [Quæ verò sũt in medio] .i. ea verò quæ sunt inter duo extrema [eorum quidem quæ ante ipsa sunt, erunt spẽs].i. respectu superiorum erunt species [eorum aũt q̃ post ipsa sunt, genera].i. respectu inferiorum sũt genera [Quare hęc quidem duas habent habitudines] .i. hæc intermedia, duos habent respectus [eam quæ est ad ea quę antecedunt] idest vnam habent habitudinem ad superiora [secundùm quàm species ipsorum esse dicuntur] idest secundùm quam habitudinem dicuntur esse species illorum superiorum [& eam quæ est ad posteriora] idest & aliam habitudinem habent intermedia ad inferiora [secundùm quàm, genera ipsorum esse dicuntur] idest secundùm quàm habitudinem species respectu illorum dicuntur [extrema verò vnam habent habitudinem] idest genus generalissimum, & species specialissima, quæ sunt extremitates arboris prædicamentalis vnam habent habitudinem: [nam generalissimum ad ea quidem quę posteriora sunt habet habitudinem] idest genus generalissimum respicit tantùm inferiora. [cùm sit genus omnium id quod est supremum].i. cùm generalissimum, vt supremum in prædicamento sit genus respectu omniũ suorum inferiorum. [eam verò quæ est ad superiora non habet] idest respectu superiorum verò nullã habitudinem in se habet [cùm sit supremum, & primum principium] idest cùm genus generalissimũ sit supremum, nõ cognoscens superius, [& vt diximus supra quod non est aliud superueniẽs genus] idest quod, superius non cognoscit: [specialissimum autem vnam hẽt & ipsum habitudinem, hãc qdem q̃ est ad superiora quorũ est spẽs] .i. spẽs infima, vt hõ, unã tm̃ hẽt habitudinẽ respectu singularium, respectu quorum dr̃ spẽs [eã verò q̃ est ad posteriora non diuersam hẽt habitudinẽ, sed eandem].i. & respectu indiuiduorum ẽt est spẽs ipse hõ [& spẽs indiuiduorum dr̃] .i. & vt respicit indiuidua, spẽs ẽt dr̃, & nõ genus [sed species quidem dr̃ indiuiduorũ velut ea continens] .i. species, & si respicit indiuidua, respectu eorũ spẽs ẽt est, [velut ea continens] .i. ut continentia actiua continens singularia sibi inferiora [spẽs aũt superiorum velut q̃ ab eis continetur].i. & respectu superiorum ẽt spẽs dr̃, vt contentum sub continente. [Determinant igitur genus gñalissimum ita].i. sic describunt peripatetici genus gñalissimũ [qđ cùm genus sit, nõ est spẽs].i. qđ ita est genus, vt non possit esse spẽs [& rursus supra qđ nõ est aliud superueniens genus].i. amplius definiunt genus, esse illud, qđ ab aliquo superiori gñe nõ cõtinet [specialissimam verò spẽm sic].i. & spẽm specialissimã sic definiunt peripatetici [q̃ cũ sit spẽs nõ est genus].i. q̃ ita hẽt naturam spẽi, vt nõ possit hr̃e naturam gñis [& q̃ cũ sit spẽs, in spẽs diuidere non possumus] idest, quam speciem specialissimam non possumus diuidere in plures spẽs, cùm sit infima species. [Adhuc autem quæ de pluribus & differentibus numero in eo quod quid est prędicatur] idest quæ species specialissima sic definitur, per prędicari de pluribus, ad differentiam indiuidui, quod prædicatur de uno solo [differentibus numero] ad differentiam generis, quod prędicatur de pluribus differentibus specie, in quid ad differentiam differentię, proprij, & accidentis, quæ prędicãtur in quale [ea verò quæ in medio sunt extremorum] idest ea verò quæ sunt inter genus generalissimum, & speciem specialissimam [subalterna vocant genera, & species] idest peripatetici vocant genera subalterna & species subalternas; quia vnum est sub altero [& vnumquodque illorum speciem esse, & genus ponunt].i. & dicunt ꝙ vnumquodque ipsorum respectu superiorum est species, & respectu inferiorum est genus [ad aliud tamen, & ad aliud sumptum] idest sumptum ad aliud, & respectu vnius dicitur genus, & sumptum ad aliud, idest respectu alterius, dicitur species [ea enim quę sunt ante specialissima vsque ad generalissimum ascendentia,] idest illa quæ sunt supra speciem specialissimam, vsque ad genus generalissi-

lißimum, infra genus generalißimum [genera dicunt & species subalterna] idest nuncupant genera subalterna, & species subalternas [vt Agamenon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & vltimum Iouis] idest exempli gratia, Agamenon est ut spẽs specialißima, Iuppiter, ut genus generalißimum, Atrides verò Pelopides, & Tantalides sunt vt genera subalterna. Sic igitur constructa litera, ex ea tales conclusiones colligo.

CONCLVSIONES.

1. Conclusio textualis.

2. Conclusio textualis.

Prima, In arbore prædicamentali, substantia cõissimè sumpta, vel substantia corporea corruptibilis & generabilis est generalißimum in prædicamento substantiæ secundùm Auer. & alios. Secunda in hac arbore, extrema vnam habent habitudinem; Media verò duas habent habitudines, videlicet ad superiora, & ad inferiora.

Contra secũdam concl.

ET quia prima conclusio declarata est supra: Contra secundam conclusionem dubitatur; videtur enim quòd media non possunt hr̃e duas habitudines sic; Vnum, & idem, non potest ad duo, uel ad plura per se referri, ergo medium nõ potest plures habitudines habere. Antecedens probatur, quia tunc idem bis diceretur, contra Aristotelem quinto Metaph. cap. de Adaliquid:

Responsio.

Ad hoc respondetur cum distinctione ista, aliqd potest dupliciter conuenire alicui, uno modo p se primò secundùm suam rationem specificam adequatè, vt habere tres angulos æquales duob⁹ rectis, triangulo: Alio modo per se non primò, & non per propriam rationem specificam, & inadequatè, vt habere tres angulos Isocheli, uel Isopleuro: tunc dico primò, ꝙ impossibile est idem referri ad plura per se primò: quia tunc illa habitudo, & relatio esset essentialiter plures: secundò dico, ꝙ unum potest referri ad plura per se non primò, & sic species per se primò refertur ad genus ut suum correlatiuum, ad indiuidua uerò refertur per se non primò, inquantùm est uniuersale; quia dici de pluribus conuenit sibi inquantùm uniuersale. unde inquit Antonius Andreas, ꝙ si unus pater habet decem filios, decem etiam habet paternitates, per quas ad illos refertur, licet Thomistæ probabiliter dicãt, ꝙ in patre esse una relatio paternitatis, quæ refertur ad plures filiationes, uel filios ut terminos: sed de hoc in c. de relat. in prędicamentis diximus:

Contra.

Sed contra, dictum est quòd genus est primum & per se correlatiuum speciei, probo quòd non sunt relatiua & cõsequenter primum correlatiuum speciei est indiuiduum: Relatiua sunt simul natura, sed genus est prius quàm species, cùm prius sit illud à quo non conuertitur subsistendi consequentia in post prędicamentis cap. de priori, & possit esse sine alijs, sed alia non sine ipso, quarto Physicorũ commento 7. & 5. Metaphysices cap. de priori, & primo Metaph. commento 4. animal enim genus potest esse sine homine specie: ergo non sunt simul natura, & sic nec sunt relatiua. Respondeo, relatiua dupliciter possunt considerari, uno modo uidelicet fundamentaliter, seu pro prima intentione, ut sunt animal & homo: alio modo formaliter, & pro secunda intentione; argumẽtum procedit de relatiuis primo modo, Porphyrius uerò intelligitur de relatiuis secundo modo, formaliter: Respon.

Contra, genus & species formaliter sumpta, aut sunt relatiua disquiparantiæ, aut sunt relatiua ęquiparantię, sed non sunt relatiua ęquiparantię, cùm unum sit sub altero, nec disquiparantiæ, quia tunc non essent species eiusdem generis propinqui, quod est uniuersale. Contra.

Ad hoc respondeo, ꝙ sunt relatiua disquiparãtiæ, & reductiuè sunt in prędicamẽto relationis, & sic genus reducitur ad relatiuum superpositionis, species uerò ad relatiuum suppositionis, & sic reductiuè sunt in diuersis generibus subalternis, licet formaliter sint species specialissimæ generis immediati, quod est uniuersale. Respon.

Sed dubitabit Nouicius, cùm duplex sit species, videlicet specialißima & subalterna, ad quã illarum transfertur nomen speciei sumptæ pro speciositate & pulchritudine? & ratio dubitandi est, quia supra diximus, quòd ideo Porphyrius posuit significatum speciei pro pulchritudine, quia sicuti pulchritudo est ornamẽtum rei pulchræ, ita species est ornamentum generis: Dubitatio.

1. Responsio Auicen.

Ad hoc duplex est responsio, vna quidem Auicennæ apud Albertum tracta. 4. cap. 2. dicentem, ab Alpharabio & Auicenna cap. 8. suę logicę, dubitationem hanc originem traxisse. Qui Auicennas nescit se determinare, ad quam speciem primò significandum translatum sit nomen speciei, quia ex utraque parte occurrit ratio dubitandi: primò videtur dicendum, quòd speciei subalternæ principaliter debetur nomen speciei, eo quòd descendendo à generalißimis ad specialißima, primò occurrit species subalterna: secundò illud quod prius occurrit intellectui est genus, ergo prius occurrit intellectui illa species, quę est genus & species simul, quàm illa quæ est species tantùm, qualis est species specialißima: ex alia parte videtur oppositum, videlicet ꝙ nomen speciei prius transfertur ad speciẽ specialißimam, quæ perfectam habet sui generis & potentiæ formationẽ, & quia vtrunque horum videtur probabile, dubitare se dicit Auicennas:

2. Responsio Alb.

altera Resp. est Alberti, quòd magis propriè, & prius transfertur nomẽ speciei ad speciem specialißimam, quàm ad speciem subalternam, eo ꝙ species subalterna non habet plenam rationem pulchritudinis, cùm aliquid habeat potentię, potest enim ordinari ad vlteriorem differentiam specificam magis cõpletam, quam differentiam actu in se continet spẽs spãlißima.

3. Responsio propria.

Tertia Resp. eẽ põt ꝙ de hac re dupliciter possumus loqui, uno modo uidelicet de vi vocabuli, cui nam primò debetur nomen spẽi sumptum à pulchritudine, & sic primò competit specialißimæ, in qua maior est pulchritudo, aut loq possumus de placito ipsius Porphy. & sic sumus

dubij,

dubij, cùm hoc non sit à Porphyrio clarè determinatum, sed probabilius est dicere, quòd prius speciei nomen competit specialissimæ? Contra, species est vnum de quinque prædicabilibus, sed species subalterna est magis vniuersale, quàm specialissima, ergo subalternę primò debetur nomē speciei. Respondeo quòd species subalterna non est magis vniuersale, sed maius vniuersale extēsiuè quatenus ad plura se extendit, & de pluribus prædicatur, species verò specialissima est magis intensiuè, quia actu habet differentiam specificam, quę in specie subalterna est in potentia, species enim specialissima est in vltimo suo complemento, & vltima actualitate, non ordinabili ad ulteriorē perfectionem essentialem. v.g. homo est actu rationalis, quoad suum vltimatum esse specificum, corpus animatum verò minimè, quia potest ordinari ad rationalitatem, quæ actu est in homine, qui est species specialissima, & hęc de hac dubitatione.

Contra.

Responsio.

Dubitatio.

Dubitatur præterea, species est vnum de quinque vniuersalibus; per quam habitudinem spēs spālissima est vl̄e, per ordinem ad genus, an per ordinem ad indiuidua? Ad hoc resp. Alb. Alpharabiū sequutus, quòd species per habitudinem ad genus non est vl̄e, sed vt ad indiuidua refertur, & sic species habet quòd sit vl̄e per illam definitionem qua definitur, vt prędicatum in ordine ad indiuidua, & nō secundùm illam qua definitur, vt subiectū in ordine ad genus: & sic inquantùm genus prædicatur de specie, cui generi supponitur spēs; accidit speciei, vt sit vl̄e, cùm id de quo aliud prędicatur possit esse vniuersale, & non vniuersale: id ipsum etiam diait Antonius Andreas, in capitulo de specie, dub. secundo, conclusione secunda, vbi inquit, quòd species secundùm suam propriā rationem, & per se primò dr̄ ad genus, nō aūt rōne sui generis, qđ est vl̄e, dr̄ relatiuè ad indiuidua de quibus prędicatur per se non primò; quia in sua essentia includitur illud per quod refertur, puta rō sui generis, quia diei de pluribus competit sibi inquantùm est vniuersale; & sic videtur Antonius Andreas in hoc cum Alberto sentire. & addit Albertus, quem sequitur Caietanus, quòd species vt refertur ad indiuidua, est vniuersale per se, vt verò refertur ad genus, accidit ei esse vniuersale, quod alijs non placet dicentibus, quòd species vtroque modo, & vt refertur ad singularia inferiora, & ad genus superius, per se est uniuersale, & sic species habet vt sit species in ordine ad superiora, & quòd sit vniuersale in ordine ad inferiora, & totum est probabile.

Resp. Alb.

Textus 4.

Sed in familijs quidem plerunque ad vnum reducuntur principium. verbi gratia ad Iouem: in generibus verò & speciebus non sic se habet. Neque enim est cōmune vnum genus omnium ens: nec omnia eiusdem generis sunt: secundùm vnū supremum genus, quemadmodum dicit Aristoteles: sed posita sint (quemadmodum in prædicamentis dictum est) prima decem genera, quasi prima decē principia. Et si omnia quis entia vocet, æquiuocè (inquit) nuncupabit, sed non vniuocè. Si enim vnum esset commune omniū genus ens, vniuocè omnia entia dicerētur. cùm verò decem sint prima, communio secundùm nomen est solùm. non tamen secundùm rationem, quę secundū nomen est. Decē igitur generalissima quidem sunt: specialissima verò in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito. Indiuidua autem, quæ sunt post specialissima, infinita sunt.

Ammonius & Aegidius Romanus, textū hūc ad præcedentem sic continuant: postquam posuit exemplum in familijs, exemplificans in nominibus patronimicis, dicens quòd sicuti in familijs, seu generationum ordinibus Agamenon est filius & non pater, Iuppiter pater & non filius, Atrides verò Pelopides, & Tantalides, patres & filij simul, ita etiam homo in serie prędicamentali est species & non genus, substantia genus & non species, corpus verò, corpus animatum, & animal, sunt genera & species, & quia poterat hoc exemplum dubitationē inuehere, ne aliquis crederet, quòd totaliter esset simile in istis prædicabilibus sicut in familijs, ideo in præsenti hoc dubium remouet dicens, inquit Gratiadeus, quòd in familijs omnes ad unum reducuntur, vt ad Ionem, vel fortè melius ad Saturnum Iouis patrē, sed in istis prædicamentis non omnia prædicabilia, vt genera subalterna, & species specialissimæ reducuntur ad vnum primum principiū, seu primum genus, vt inquit Antonius Andreas, & quia posset quis adhuc existimare hoc commune esse ens.

Continuatio textus.

Respondet Porph. (inquit Ammonius) quòd decem sunt prima genera, quasi decem initia, & capita rerum; quibus commune est ens, non vt genus vniuocum, sed vt prędicatum transcendēs & æquiuocum; Ita ut ens velut ambigua vox in varias prędicamentorum, & primorum generū prædicationes deducatur: Idipsum dicit etiam Albertus tractatu quarto capite quinto, quòd in his uerbis dissimilationem quandam ponit Porphyrius, quæ dissimilitudo est in hoc, quia in familijs quidem omnia descendentia plerunque ad vnum reducuntur principium: Quòd si dubites, cur Porphyrius addit, plerunque? quod idem sonat, ac non semper?

Dub. cur dixit plerunque

Respondet ipse Albertus, quòd omnis familiæ, ab uno descendentis, ad unum principium fit reductio; sed quando ab uno non fit descēsus, non fit ad vnum reductio, vt si dicamus, quòd in diuersis quartis mundi diuersa fuerunt hominis principia, sola enim vna terræ quarta nobis nota est, ut probat Ptolemeus in

Resp. Alb.

Almagesto, quæ est nostra habitabilis, in qua omnes familiæ ad Adam reducuntur, in alijs autem quartis si habitabiles sunt, alia & alia habuerunt principia, sed in generibus, & speciebus logicis omnia quæ sunt in generibus & speciebus, tam substantiæ, quàm accidentium, ad aliquod vnum non reducuntur.

Alia Resp. Sed in rei veritate mihi dubia est hæc Alberti sententia, & scrupulosa satis, dum dicit quòd in diuersis partibus mundi, si quæ omnes habitabiles sunt, non reducuntur ad Adam; nam Adam fuit primus homo à Deo de limo terræ formatus, & homines cuncti sunt filij eius, idest de stirpe eius producti: quo modo ergo dicit quòd aliqui reducuntur ad Adam, & alij homines ad alia principia? & ideo ad auferendum omne scrupulum dico, quòd duplex est principium naturale à quo descendit genus ciuile; quoddam est generalissimum omnibus hominibus commune, vt sic collectio omnium hominum mundi dicitur genus Adamitarum, idest ab Adam, uel Adamo descendentium. Quoddam verò est genus naturale subalternum, ut sic tota gens Romana dr̃ genus Romanorum à Romulo patre, seu stipite, & initio omnium Romanorum: similiter gens Neapolitana reducitur ad primum huius ciuitatis primũ fundatorẽ. Quod etiam in artibus habet locum, ut in capitulo de Genere diximus: vnde quando Porphyrius inquit, quòd in familijs est reductio ad vnum primum principium, loquitur de reductione hac partiali. Secundo modo, non autem de illa totali primo modo dicta, & hoc ita mihi uidetur, qui verò plus scit melius dicat, & dum Albertum cautè defendit, ne sacra eloquia offendat.

Diuisio textus. Diuiditur præsens textus in tres partes principales. In prima ponit discrimen inter ordinem in prædicamentis, & in familijs, nam in familijs licet reperiantur multa genera, omnia tamen reducuntur ad vnum primum, verbi gratia, datur genus Romanorum, genus Neapolitanorum, genus Hispanorum, omnia tamen hæc genera harum nationum reducuntur ad vnum primũ, puta ad Iouem, secundũ poetas fabulosè loquentes, uel ad Adamum protoparentem nostrum secundum rei veritatẽ: similiter coordinatio particularium ad suum principium, à quo originem non ita remotè, sed magis propinquè trahit: At non sic se habet in generibus generalissimis, quę sunt decem prima genera, quibus nullum est cõmune superius genus, & sic ens cõmune est ens, dicitur tamen vniuocè vt genus, sed æquiuocè, idest vt vox plura significans, vt dicunt Ammonius, & Boetius. In secunda verò parte id quod dictum est dupliciter probat Porphyrius. Primò, quia secundum Aristotelem ponuntur decem prima genera, quod non dixisset si commune genus ipsorum esset ens. Secundò, omne genus est vniuocum ad ea quorum est genus, sed ens non est vniuocum ad decem prædicamenta, ergo nec est genus eorum. Minor probatur dupliciter: primò auctoritate Aristotelis dicentis, si quis omnia entia vocet æquiuocè nuncupabit, licet de hac auctoritate dubitet Ant. And 4. Metaph. quæst. 1. Secundò, quia ens non prędicatur de decem prędicamentis, noĩe & ratione: In tertia verò parte, vt inquiunt Aegidius, & Ant. Andreas, incidentaliter infert, & concludit numerũ prædicamentorum, vbi tres apparent conclusiones: prima quòd decem sunt genera generalissima, vt substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, passio situs, vbi, quando & habitus. Secunda conclusio, species horum generũ sunt in quodam numero determinato quoad naturam, indeterminato tamen quoad nos, qui non cognoscimus omnes rerum species. Tertia conclusio est, indiuidua non sunt in numero determinato, neque quoad nos, nec quoad naturam, quia quotidie generantur, & corrumpuntur, & non est necesse, quòd tot generentur, quot corrumpuntur, & hæc est continuatio, diuisio, simul & explicatio textus, nunc verò ad terminorum explicationem accedamus.

Verba text. Dubitatio. [Neque enim est commune genus omnium ens.] Hic occurrit dubitatio, Verum ens prædicatur vniuocè, æquiuocè, uel analogicè de decem prędicamentis, idest de prędicamento substantię, & nouem prędicamentis accidentium? id est quando dicimus, substantia est ens, accidens est ens, quo modo prędicatur ly, ens, de substantia & accidente vniuocè, idest secundum idẽ nomen & eandem definitionem, sicuti homo prædicatur de omnibus hominibus veris seu viuentibus, an æquiuocè, idest tantùm secundùm nomen, & non secundùm definitionem, sicuti homo prædicatur de homine picto, & homine verò. An analogicè, idest per prius de vno, quàm de altero, vt sanitas prędicatur prius de animali, quàm de medicina, vel dicta? Et quia hoc negotium ad Metaphysicum pertinet, & memini in prædicamentis de hac re aliquid dixisse, propterea illud nunc hic dicam, quod discipulorum intellectum mediocriter ad altiora à nobis, & ab alijs dicta, eleuabit: vnde dico primò, quòd ex cõmuni omnium Scotistarum, Thomistarum, & Auerroistarum consensu, (præter vnum tantũ Nicolaum Bonetum libro primo suæ Metaphysices cap. sexto) quòd ens communissimè seu trãscendentissimè sumptum, æquiuocè prædicatur de ente reali, & ente rõnis, ita q̃ q̃n dicimus, bõ est ens, & syllogismus est ens, ly, ens, prædicat de istis æquiuocè. i. solo nomine: Dico secundò, quo ad prędicationem entis realis de substantia, & accidente tres esse opiniones. Responsio.

1. opinio. Prima opinio est, Boetij, Simplicij in prędicamentis, & Rabbymoisis, & innititur auctoritati Porphyrij dicentis de mente Aristotelis, q̃ rectè cuncta æquiuocè entia nuncupamus, licet hanc auctoritatem glosetur hic, & 4. Metaph. q. 1. Antonius Andreas.

2. opin. Secunda opinio est Scoti 1. sent. dist. 3. quæst. 1. & 3. & dist. 8. quęst. 3. & 4. Metaph. q. 1. idipsum sustinent etiam Antonius Andreas 4. Metaphysi. q. 1. & Ant. Trõbetta etiam 4. Metaphy. quæst. 2. &

& fundamentum huius opinionis est, quia conceptus entis est obiectiuus, & non formalis, & p conceptum obiectiuum intelligunt Scotistæ ipsum obiectum conceptibile, quod concipitur, & intelligitur ab intellectu; per conceptum formalem verò intelligunt actum intelligendi, quo aliquid concipitur & intelligitur ab intellectu, & hęc opi. antiqua est Platonis, & aliorũ Stoicorũ dicentium, ens esse genus ad decem prędicamenta, sicuti substantia est genus ad omnes substantias, & quantitas ad omnes quantitates, & sic dicebãt eius dicere vnam naturam prędicabilem de omnibus decem prædicamentis, seu generib. generalissimis, sicut animal dicit vnam naturam animalitatis prædicabilem de omnibus animalibus, sicuti etiam color dicit vnam naturam, quæ prædicatur de omnibus coloribus. Quorum ratio erat ista, quia ens prędicatur de pluribus differentibus specie in eo quòd quid, vt de homine & equo, specie differentibus; amplius quia ens est vniuersale, & non aliud nisi genus, & sic ens est conceptus simplex de pluribus prædicabilis secũdùm eandem rationem, quæ est entitas, uel id quod est.

3. opin. Tertia opinio est Alberti Magni, tracta. 4. c. 5. S. Thomę 1. senten. dist. 19. q. 5. ar. 2. & Capreoli in 1. d. 2. quæst. 1. Aegidij Romani 4. Metaphysi. q. 3. Caietani in libro de ente & essentia, & Pauli Soncinatis 4. Metaph. quæst. 4. & Gratiadei Esculani, & omnes isti innituntur auctoritati Auerrois 4. Metaphy. commen. 2. & hæc opinio in hoc consistit, quòd conceptus entis est conceptus formalis, qui analogicè prædicatur de substantia & accidente, seu decem pñtis, quorum primum est prędicamentum substantiæ, & reliqua nouem pdicamenta accidentia, & hoc conceptu formali, intellectus omnes res concipit vt conueniunt in ente, seu sunt ens, & si clarè uis hanc opinionem intelligere. Dicunt sic opinantes, ens non esse genus ad decem prędicamenta, de quibus prædicatur non secundùm aliquam naturam communem, nec ſm vnum conceptum obiectiuum, sed tantùm ſm vnum nomen .i. conceptum formalem, sicuti sanum prędicatur de oĩbus sanis, videlicet animali, medicina, vrina, & dieta.

4. opin. Quarta opinio est Anaxagoræ & aliorũ Epicureorum, Ioannes Buridani, & Marsilij nominalis, & quorundam Doctorum Parisiensiũ, quòd ens est genus, non ad omnia decem prędicamenta, sed tantummodo ad genera, & species pñti substantię, vnde ens de substãtia prædicatur simpliciter, de accidente verò secundùm quid, & cũ addito; & sic de substantia prędicatur vniuocè, & conuertibiliter, vt dicatur, est ens ergo substãtia, est substantia ergo ens: de accidente verò, & substantia prædicatur ſm prius & posterius, sicuti sanitas de animali, vrina, &c. & de accidente pdicatur ſm quid, probatur, quia accidens nõ dr simpl: ens, sed ens inhærens, iuxta illud 7. Meta. accidens est ens, quia entis, & quoad hoc secundum conuenit hæc opinio quarta cum opinione tertia.

Quinta opinio est, q ens non dicit vnã naturã 5. opin. sicut genus, ut volebat Scot. nec solùm vnum nomen vt canis, & alia æquiuoca vt volebat prima opi sed dicit vnũ conceptum inquantùm oĩa sub eadem rõne significat, & sic ens non est purè ęquiuocum, nec purè vniuocum, sed mediũ inter vniuocum, & æquiuocum, & non dicit vnam naturam sicut purè vniuocum, nec solùm vnum nomen, vt purè æquiuocum, sed dicit vnum cõnceptum sicut purè vniuocum, & diuersas rationes sicut purum æquiuocum, & sic dr̃ analogum, eo q plura secundùm eandem rationem significat, non quidem equaliter, sed secundùm prius & posterius, vnde ens significat omnia, quæ sunt ĩ mũdo sub ista ratione, quæ est esse illud quod est, & penes hoc habet rationem vniuoci, & dicit vnum conceptum, quia conceptus, magis propriè significat substantiam quã accidens, & significat substantiam vt est principium accidentiũ, & ſcd'm & hoc habet rationẽ æquiuoci, & sic analogũ est medium inter vniuocum & æquiuocum p participationem, vnde ens inquantùm dicit habitudinem prædicationis ad decem pñta, de illis prędicatur essentialr, & per se in primo modo perseitat s, & sic dicit vnum nomen & vnum conceptum. n q ſm eandem rationem de omnibus pñtis prędicatur, non tñ dicit vnam naturam, qa nihil est quod sit oĩa entia, sicut aliquid est quod est omnia animalia, & aliquid quod est oẽs homines, vt sunt animalitas, & humanitas, & sic ens prædicatur vniuocè non simpliciter. Hæc opinio est Auerrois primo Physicorum, commento decimotertio, secundo de Anima, commento 30. 4. Metaphysices 2. 5. Metaphysices 14. & 12. Metaphysices commento 21. & 22. & hanc etiam sequitur Paulus Venetus in præsenti; quamuis hunc Auerroem ad se trahant Thomistę, & ego probabilem existimans opinionem Thomistarum, & Scotistarum, cum Auerroe interea sentio. Dum eorum sub iudice lis est: & hæ sunt opiniones quarum rationes pro & contra alibi adduximus, & hic discutere, est potius Nouicium turbare, quàm ad altiora eleuare, hoc enim negotium logicales transcendit Metas, vt inquit Caietanus.

Verba text. [Decem prima genera, sunt quasi decem prima principia, &c.] Dubitatur hic quid intelligit Dubitatio. Porphyrius per principia? Respondet Dominus Resp. Caietanus, quòd hic non loquitur Porphyrius de principijs extrinsecis, vt sunt primum efficiẽs, & vltimus finis, quia vnum est principium efficiens ad quod omnia tendunt, vt est Deus gloriosus. nec de principio intrinseco materiali, qa tale principium vnum est, nec de forma partis, sed de formis totius, quę sunt notiones partis; omnia enim prædicata notificantia totũ esse tei reducuntur ad decem prima prędicata cętera superiora, ex quibus cætera oriuntur, tanquam à primis elementis potestate omnia continentibus, & sic decem sunt prima principia formalia totalia, ad quę omnia reducuntur, sed Ammonius iudicio meo explicatius loquens dixit,

rit, quòd decem sunt prima genera quasi decem initia,& capita rerum, vbi per principium glosat .i. initium, & hoc mihi placet, nam substantia est initium,& origo omnium substantiarum, & quantitas omnium dimensionum: sic enim dicimus ꝙ punctum est principium, seu initium, aut principium initiatiuum lineę: unde substantia in arbore Porphyrij est radix, & initium toti' arboris,à qua substantia, truncus,& rami.i.differentię à latere exordium sumunt; sed de principio dictum est in cap. de genere.

Verba textus [Et si quis,omnia entia uocet,æquiuocè.]Hic sex terminos notabis, quàm breuissimè, quia in pdictis melius diximus, videlicet. Aequiuoca,Multiuoca, Vniuoca,Diuersiuoca,Analoga, & Denominatiua: Aequiuoca sunt quæ conueniunt in nomine, & differunt in definitione, vt canis terrestris,& marinus conueniunt in nomine canis,& differunt per proprias definitiones,his opponuntur Multiuoca, quę è conuerso differunt in nomine,& conueniunt in definitione, ut Socrates, Plato, & Cicero differunt quoad propria nomina per quæ dicuntur indiuidua nominata,hñt tamen eandem definitionem, cùm quilibet ipsorum æqualiter sit animal rationale: Vniuoca sũt illa quæ conueniunt tam in nomine,quã in definitione,ut canis, & equus sunt uniuoca in esse animalis,quia uterque dicitur animal,& uterque est substantia animata sensitiua; his opponũtur Diuersiuoca,quæ differunt tam in nomine, quã in definitione,vt homo,& equus differunt in nomine,& definitione: Analoga sunt prædicata,q̃ competunt pluribus,secundũ prius,& posterius, vt esse sanum respectu animalis,& medicinę, esse ens respectu substantiæ & accidentis,&c. Denominatiua sunt concreta, quæ deriuantur ab abstractis,ut iustus à iustitia, unde concrẽtum dicitur sumptum,& abstractũ dicitur principale 12. Met.com.39.dixit Auerroes.

Verba text'. [Indiuidua autem infinita sunt.]Hic notandũ ꝙ quinque modis dicitur infinitum 3. Physi.tex. c.34.qui non faciunt ad pñs negotium,& ideo alios quinque modos adduco magis doctrinales. Et quia ly,infinitum,componitur ex, in, & finitum,ideo dupliciter potest sumi, ut dicit Herue' 1.sen.d.43.q.1.uno modo uidelicet negatiuè, & sic Deus est infinitus negatiuè, quia actu nõ est finitus,nec est aptus natus finiri; alio modo sumitur priuatiuè, & est illud quod licet actu non sit finitum,potest tamen finiri,& sic omne ens in completum dicitur infinitum.i.non finitũ, possibile tamen finiri; & propterea quidditas & essentia infiniti est priuatio finis 3. Physic.cõ.72. vnde infinitum dicitur multis modis:primò dicitur infinitum in quantitate discreta,& hoc infinitum non datur in actu,cùm v.g.non dentur homines actu infiniti,uel infiniti equi, benè tamen in potentia,Auer.in lib. destr.disp.1.in solutione septimi dubij, & hoc infinitum in potentia non ita est in potentia,vt sit actu futurum, quia hæc potentia non est Physica, sed potentia Logica 9. Met.comm.11. & dico ꝙ infinitum est in quantitate,quia finitum & infinitum sunt differentiæ quantitatis(siue sit quantitas molis,siue sit quantitas virtutis)de qua Sco.1 sen.d. 19.q.1.ad primum,& quolib.6.circa principium. t. Physi.cõ. t5.& 18.3.Physi.24 & Nota ꝙ infinitum in actu in quantitate discreta datur respectu Dei, quia actu omnia pręterita,pręsentia,& futura comprehendit,respectu cuius omnia sunt finita,imò ipsemet respectu sui est sibi finitus negatiuè,ut inquit D.Thom. secundo modò dicitur infinitum secundum molem,seu magnitudinem, & extensionem,& hoc non conceditur ab Arist. 1 t. Met. cap.9.nec sensibile,nec intellectuale,nam si infinitum corpus daretur, esset secundum omnes dimensiones,videlicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem infinitum 3.Physic.43. sed tale infinitum non datur,quia infinitum est illud,cuius semper est aliquid extra 3.Physi 62.quod declarans Scotus,quol.5.dicebat, ꝙ cùm Aristoteles,inquit tale esse infinitum, sic debet intelligi.s. cuius quantitatẽ accipientibus.i.quantumcunque accipientibus, semper restat aliquid accipere.i.non ita est magnum quin quoad rationẽ formalem quantitatis possit esse maius: Quod si quæras,quare non datur corpus actu infinitũ? Resp. quia infinitum habet neque principium, neque vltimum 2.de Gene.c.68. At omne corpus principium habet & finem Hinc t.Cœli dicit Arist. mundum esse finitum secundùm quantitatẽ continuam,& discretam extensiuè, sed duratione tamen infinitum. Tertio modò dicitur infinitũ secundum vigorem.s. intensiuè secundum entitatem, perfectionem,& uirtutem,sicuti est Deus,si ect hoc neget Auer. Quarto modò dicitur infinitum extensiuè secundùm durationem,seu in tẽpore,& de vtroque habetur 2.Cœli 39.& 12.Metaph. commen.41. vbi nota ꝙ Aristoteles posuit mundum esse infinitum extensiuè siue ęternum, intelligentias,& primum motorem Deum benedictum;at secundum veritatem, & veram Philosophiam,solus Deus est æternus:alia verò habent habitudinem effectiuitatis,& dependentię ad ipsum Deum, à quo cœlum & tota natura in esse, & conseruari,quicquid dicat ille Auerroes de omni lege malè sentiens. Quintò dicitur infinitum secundum locum,seu infinitum immensiuum,& tale infinitum est Deus, qui ubique & in omni loco est,per essentiam, pręsentiam,& potentiam: p essentiam contra Auicen.qui putauit non omnia immediatè à Deo procedere , sed ꝙ Deus unus vnum tantùm producit, puta primam intelligentiam : per præsentiam contra Auerroẽ negantẽ distinctam omnium Dei cognitionem 12.Metaphy.c.5 t.per potentiam contra Manicheos negãtes omnia esse subiecta Deo, & sic Deus non est tantùm in cœlo solis appropriatè,ut aliqui antiqui dixerunt, nec in centro terræ secundùm Pythagoricos,vt 8.Physicorum,tex. 84. & 85. refert Simplicius,nec solùm in cœlo & extrema superficiẽ cœli, vt primo Cœli 22. octauo Physicorum 84.in disputatione decimaquarta,dubio vltimo dixit Auerroes.

Dubitatio.

Responsio.

Sexto

Sexto modo dicitur infinitum, Idest, indeterminatum 2.Physi.40.& 6.Metaph. tex. com.4.vt sic materia prima diciturinfinita, quia nullam habet propriam formam, sed indifferenter se habet ad infinitas formas successiuè. Vnde materia prima vna est secundum suam naturam, & entitatem, tamen habilitate,& passiua naturali potentia dicitur multa 4. Physic.84. primo de gen. 22.& 12.Metaph. com. 11. His igitur modis infiniti sic stantibus, Porphyrius in præsenti loquitur de infinito secundùm numerū, seu quantitatem discretam, quando inquit, ꝙ singularia sunt infinita in potentia, & non in actu,& ignota, cùm eorū scientia non possit fieri, in hoc Aristotelem sequutus 1.Physi.com.35.& 50. 3.Physic.65.& 2 Metaph.tex c.11.

Dubitatio. Quod si quæras, quare indiuidua sunt infinita,& consequenter de eis non habeē scientia?

Responsio. Respondeo, quia intellectus noster est finitus. Et ideo potest tantū in obiectum finitum, nam cùm perficiens debeat esse proportionatum perfectibili, vt 1.cœli tex. 5.inquit D.Thom. debet habere proportionem cùm susceptiuo illius perfectionis, modò cùm obiectum cognitū sit perfectio intellectus, debet habere proportionē cum intellectu vt possit mouere,& terminare intellectum, quod facere non potest obiectum qualitercumq; infinitum, & præcipuè indiuidua quæ sunt infinita, quibus accidit infinitas per materiam diuisibilem in infinitas portiones, receptiuas diuersarum formarū, 3.Physi.com.59.4.Physic.38. 1.cœli 61. & 3.cœli 6.& 72.

Albertus. Hinc Albertus Magnus tract.4.c.5.inquit, ꝙ quamuis loco,& tempore singula,& oia actu sint finita, naturæ tamen potestate, & diuisione materiæ, sunt infinita,& ideo nec scientia, nec arte comprehensibilia, est enim materia diuisibilis in infinitum per continuam allationem, & ablationem primi generantis, & materiam diuidentis; oportet ergò, vt ptāte materiæ indiuidua sint infinita.

Caietanus. Idipsum dicit Caietanus, ꝙ indiuidua in seipsis sunt infinita in potentia, licet actu semper sint finita, eò ꝙ nunquàm tot facta sunt indiuidua actu, aut fient, quin alia producēda supersint,& ideo infinita dicunē in potentia:

Ammonius. Ammonius verò grecus sepè verbosus, vnico verbo nunc inquit, ꝙ indiuidua, quę sunt post specialissima, infinita sunt, non statu.i.actu, sed ꝙ iterum oriantur.i.potentia.

Dubitatio. Sed contra hoc dubitatur; Generatio vnius est corruptio alterius,& corruptio vnius generō alterius, primo de genere text. c.17.& 18. ergò indiuidua non possunt esse plura quàm sunt, ergo non sunt infinita in potentia.

Responsio. Ad hoc respondeo, ꝙ generō duplex est, videlicet simpliciter idest substantialis, & secundùm quid.i.accidentalis 1.Physic.62. 5.Physic. 7. 8.phys.46 & 1.de gen.tex.com.20.ista propositio valet in substantijs.i. corruptio vnius substātiæ fert secum generationem alterius substantiæ, & hoc, quia duæ formæ vltimatæ, & specificæ nunquàm possunt esse in eadem portione materiæ, & cùm in corruptione substantiæ remaneat materia, nunquàm materia potest denudari ab omni forma:

Contra. Contra, ex corruptione vnius canis, generantur plures vermes, ergo vnius corruptio, est plurium generatio.

Responsio q̄d tripliciter fit generatio. Respondeo ꝙ tāta est materia prima nunc, quanta fuit ab æterno secundùm Aristotelem, & tripliciter potest contingere generatio. Primò, vt ex corruptione vnius generentur plura, vt patet de vno cane mortuo, ex quo generantur plures vermes. Secundò è cōuerso, quando ex corruptione plurium fit vnum, vt ex corruptione quatuor elementorum fit vnum mixtum, secundum opinionem S.Tho. & Scoti, qui tenent elementa non formaliter, sed virtualiter esse in mixto contra Auerroem. Tertiò ex corruptione vnius generatio alterius, vt ex corruptione hominis, fit vnum cadauer:& sic semper existēte eadem quantitate materię, indiuidua nō sunt in æquali numero, sed modò plura, modò verò pauciora, & sic quia non repugnat materiæ vt possit diuidi in infinitum, sic etiam indiuidua possunt esse infinita, & quemadmodum materia nunquàm perueniet ad talem actualem diuisionem, ita nec indiuidua actu erunt infinita seu ad actualem venient infinitatem

Dubitatio. Sed hic dubitabis, cur de singularibus, & indiuiduis non est scientia?

Resp. R͞ndeo pluribus de causis primò propter corruptibilitatē, quæ dupliciter videlicet ęqualiter ab intrinseco& extrinseco esse pōt 4.Phy.tex.c.128. ab intrinseco ratione materiæ, quę appetit nouā formam,& ab extrinseco ratione contrarij, 1.cęli 20. de substantia orbis c. 1. & 1.de genere 14. similiter & tempus est causa corruptionis, quo omnia marcescunt 4 Physi.tex.c.128. cùm igitur indiuidua sint corruptibilia, de eis non erit scientia quę dicitur esse ęternorum 1. Poster. tex.7. & 28. Secunda ratio est, quia scientia, quę est perfectio intellect⁹ debet esse terminata,& habere statum, quem terminū, & statum habere nō potest si obiecta scibilia sunt singularia, quæ quotidie fiunt,& sunt contingentia; vnde meritò dicebat D.Tho.1.par.q.12.ꝙ cognoscere singularia non est de perfectione intellectus, quia scientia est necessariorum 7.Metaph.tex.c.53.& scire rem mutabilem, vt sunt singularia, quę non semper in eodem statu permanent, non est scire, sed existimare, vel opinari 9.Metaph.21.& 6.Ethicorum c.4. Sic igitur terminis declaratis, literam construe.

Constructio literæ. [Sed in familijs quidem].i. domibus inqt Albertus [plerumq;].i. sępè & frequenter, vt inquit Gratiadens [Ad vnum reducuntur principium].i. caput & originem, & protopatrem reducuntur descendentes, [v.g.] Exempli gratia ad Iouem, vel Saturnum [In generibus verò, & speciebus, non sic se habet].i. sed diuersa ratione, ac in generibus, & speciebus; seu in ordine descendentium in arbore prędicamētali.] Neque enim est commune genus omnium ens].i. nec putes ens esse commune genus ad quod reliqua genera reducuntur, sicuti omnes de vna domo,& familia reducuntur ad vnum primum patrem.[Nec omnia eiusdem sunt generis].i. non enim omnia vniuocantur sub eodem genere,[secundum vnum supremum genus].i. secundum

com-

commune genus illis commune, quemadmodũ dicit Aristoteles [sed posita sint .i. sed constituta sint & præfixa, vel ordinata, vt inquit Paulus Venetus, (quemadmodum in pñtis dictum est).i. in libro prędicamentorum est manifestum [prima decem genera] .i. prima decem genera generalissima [quasi prima decem principia].i. initia, & capita vt inquit Ammonius.] Et si omnia quis entia vocet] .i. & si omnia quæ sunt appellentur nomine entis; seu & si ens prędicatur de omnibus, quæ sunt in mundo, [Aequiuocè] .i. nomine tantùm, & non definitione (inquit) .i. Aristoteles [nuncupabit] .i. appellabit. [Sed non vniuocè] .i. sed non nomine, & definitione. [Si enim vnũ esset commune omnium genus ens] .i. dato, & non concesso, q ens esset vnum commune genus vniuocum omnium [vniuocè] .i. nomine, & definitione [omnia] .i. pñta, & res in pñtis contentæ [entia dicerentur] .i. entia seu ens, appellarentur cùm verò decem sint prima] .i. cùm autem decẽ sint prima genera generalissima [communio secundùm nomen est solùm] .i. conuenientia eorum est in solo nomine [non tamen secundùm rationem] .i. definitionem [quæ secundùm nomen est] .i. non secundùm definitionem illius cõmunis nominis. [Decem igitur generalissima q̃dem sunt] .i. prima conclusio quæ ex his colligitur est quòd decem sunt genera generalissima, seu prędicamenta, & cathegoriæ [specialissima verò in numero quidem quodam sunt non tamen infinito] .i. secunda conclusio est, q species specialissimæ sub illis generalissimis contentæ, in numero sunt non infinito, sed finito, & terminato secundùm se, non tamen nobis, vt inquit Albertus [Indiuidua autem] .i. singularia, & particularia, tã substantiæ q̃ accidentis [quę sunt post specialissima] .i. quæ continentur sub speciebus specialissimis [infinita sunt,] .i. infinita sunt secundùm se, & quoad nos, potentia, non tamen actu: Sic igitur constructa litera tales eliciantur.

CONCLVSIONES.

Tres conclusiones textuales. *Prima conclusio: Decem sunt genera quasi prima decem principia. Secunda conclusio; species specialissimæ sunt in certo, & diffinito numero secundùm naturam, non tamen quoad nos. Tertia conclusio; indiuidua contenta sub speciebus specialissimis, quoad naturæ potestatem, & quoad nos sunt infinita in potentia, nec arte, nec scientia comprehensibilia.*

Arguitur 1. Contra primam conclusionem arguo sic. Aristot. 9. Metaphys. tex. com. 9. bene docet omnia ad substantiam reduci, ergò vnum tãtùm est generalissimum, quod est substantia, & sic nõ sunt decem. Ad hoc Respondit Albertus tract. 4. c. 5 q reductio ista ad vnum, non est sicut ad vnum genus, sed sicut ad vnum subiectum, cùm substantia sit basis, & fundamentum omniũ accidentium, vt propterea dicatur ens simpliciter, & accidentia secundùm quid, & in substantia, primo Physi. tex. com. 14. & 12. Metaph. com. 3. quia substantia prior accidente dicitur 7. Metaph. cõmen. 4. Contra. Ens secundùm se diuiditur in decem pñta 5. Metaph. com. 5. & 6. Metaph. com. 4. ad quod reducuntur decem prędicamenta, & nõ vt ad subiectum, ergò ens est genus generalissimum eorum, & pñta sunt genera subalterna, & non generalissima. Ad hoc respondetur, q ens nõ diuiditur in prędicamenta, nec æquiuocè, nec vniuocè 5. Metaph 14. 7. Metaph. 15. & 12. Metaph. 22. & propterea non est genus eorum, licet ad illa sit prędicatum analogum. Cum qua analogia stat vt sint decem prima generalissima: Contra, Quod per superabũdantiam dicitur, vni soli conuenit; sed ly, generalissimum, per superabundantiam dicitur, ergò vni soli conuenit, & sic vnum tantùm erit generalissimum: & non decem. Ad hoc respondetur q superlatiuum tãtùm vni conuenit in vno genere, & sic tantùm vnum est generalissimum in vno genere v. g. In qualitatibus vnum est prędicamentum, & generalissimũ qualitatis, similiter vnum generalissimum quantitatis, &c. sed non simpliciter tantùm vnum est, generalissimum secundùm numerum positiuè sumptum per excessum omnium aliorum; Volo dicere q superlatiuum dupliciter potest sumi vno modo positiuè per excessum omnium aliorũ; sic ignis dicitur calidissimus cùm sit superabundantia caliditatis, sicuti glacies est excessus frigiditatis 2. de gen. tex. com. 21. & magis calidus q̃ siccus primo de gen. tex. com. 23. & non in actu nisi per calorem, & siccitatẽ 3. cœli com. 67. Alio modo superlatiuum sumitur priuatiuè p nõ excedi ab aliquo alio, vt sic aliquis potest dici sapientissimus, non q alios excedat in sapiẽtia, sed q nemo est eo sapientior; tunc dico q ũ illud superlatiuum puta, generalissimum, sumitur primo modo .i. positiuè, vt sic nullũ est generalissimum simpliciter, quod sit super omnia genera generalissima, sed bene in aliquo genere ex decẽ generibus, quod est generalius omnibus al:js in illo genere, v. g. Qualitas respectu omnium qualitatum, quantitas &c. Si verò superlatiuum seu generalissimum sumitur secundo modo .i. priuatiuè, sic quodlibet decem prędicamentorum est generalissimum cùm nullum sit eo generalius. Vnde quando dicitur in argumento, quod p superabundantiam dicitur vni tantùm competit, verum est, vt superlatiuũ sumitur positiuè, quia omnia vnius generis reducuntur ad illud genus, quod est vnũ, penes cuius accessum, & recessum omnia mensurantur, quæ sub illo genere continentur 10. Metaph. com. 7.

Resp. Alberti

Contra.

Responsio.

Contra.

Responsio.

Superlatiuũ dupliciter potest sumi.

Secundò arguitur: Omnis diuisio, & multitudo, reducitur ad vnum, quod est prius illa multitudine, sed per te sunt multa, puta decem generalissima, ergò aliquod vnum est prius illis, sed generalissimis nihil est prius, ergò nec sunt multa: Maior probatur à simili, quia sicuti ens p se, & ens per accidens in quæ diuiditur ens 5. Metaphy. 13. & 6. Metaphys. com. 4. reducuntur ad ens commune diuisum, ita etiam generalissima sunt multa, ergò debẽt reduci ad vnum superius. Mi-

Arguitur 2.

nor

nor paret per te, qui dicis pũta esse multa, & ꝙ generalissimia nihil sit prius, probatur auctoritate Porphyrij dicentis, generalissimum esse illud supra quod nullum aliud est superueniens gen⁹.

Responsio. Ad hoc respondetur, ꝙ ly generalissimum, dupliciter potest sumi, vno modo fundamẽtaliter, seu pro substrato, & connotato .i. pro prima intentione, alio modo formaliter pro ratione cõmuni generalitatis, vel (si pace D. Prisciani fas est ita loqui) generalissimitatis; tunc dico, qđ omnibus generalissimis, est vnum commune generalissimũ, non quidẽ fundamẽtaliter, & positiuè, sed formaliter, & negatiuè, conueniunt enim decem generalissimã in hoc prædicato communi, quod est, non habere superius genus fundamentaliter sumptum: & sic prædicamenta reducuntur ad vnum, & nullum est inconueniens.

Resp. Scot. Scotus verò in antepræd icamentis q. t. aliter rñdit dicens, ꝙ multitudo pñorum reducitur ad vnũ, quod est prima causa, quæ prior est eis, nõ prædicatione, sed entitate, & causalitate, & ita potest aliquid esse prius eis. Sed Responsio hęc non est peripaterica, quamuis sit verissima, cui etiam assentitur S Tho. 1 par. q. 3 art 5. ꝙ Deus est principium pñorum, & totius entis, & dico ꝙ nõ est Peripatetica, quia pñta sunt æterna secundũ Aristotelem:

Dubitatio. ꝙ si dicas t2. Metaph. 38. à Deo cœlum, & tota natura depẽdet;

Resp. Auerr. Respõdit Auerroes, nõ in esse, sed in conseruari, & hęc quoad primã concl. de qua in antepredicamentis etiã dixim⁹:

Dubitatio. quoad secundam verò, & tertiam, patet. Sed quę res quare species sub generibus contentæ, sunt in numero secundùm naturam determinato?

Resp. Alber. Respondeo cum Alberto tract. 4. c. 5. quia differentiæ constitutiuæ specierum diuidentes potentiã finitam generis, sunt finitæ, cùm genus descẽdat in species per differentias oppositas finitas secundùm S. Thomam 1. Poster. tex. 38. & sic numerus specierũm specialissimarũ dicitur finitus, & terminatus quoad naturam, quia ad numerum finitum differentiarum, generis potestatem finientium, finitur numerus specierum ęqualis numero differentiarum.

Dubitatio. Tertia conclusio etiam est vera; ꝙ si quęras, cur indiuidua sunt infinita? Ad hoc vt supra, & clarius

Responsio. Respondeo ex D. Tho. primo Poster. tex. 38. ꝙ sicuti vna species potest saluari in vnico indiuiduo. Quia tota materia illi⁹ speciei potest esse sub forma vnius indiuidui, ita etiam quia materia omnium specierum, põt diuidi (potentia Logica, seu non repugnantia) in infinitas partes, ideo esse possunt infinita indiuidua omnium specierum in potentia; quod etiã dicit Albertus. Et Tiberius Bononiensis dicebat etiã ꝙ indiuidua in vniuerso sunt infinita non actu, sed potentia, vt inqt Gratiadeus, species verò neque actu, neque potentia sunt infinitæ. Quod ab Ant. And. accepit, qui rationem assignat dicens, quia nullus nouit certum numerum specierum: Indiuidua verò non in actu, sed potentia sunt infinita, quia speciebus non repugnat multiplicari in singularibus infinitis, maximè si mundus esset æternus, vt 8 Physic. posuit Aristoteles: hoc etiam clarius dixit Ammonius, ꝙ species suapte natura sunt distinctæ, & definitę. sed nobis in cognitæ, cùm alijs in locis nascantur, multa genera animantium, plantarum, & metallorum nobis incognita. Ammonius.

Quapropter vsque ad specialissima à generalissimis descendentes iubebat Plato quiescere: descendere autem per media diuidentes specificis differentijs. infinita verò (inquit) relinquenda sunt. neque enim eorum scientiam posse fieri. Descendentibus igitur ad specialissima, necesse est diuidentes per multitudinem ire: ascendentibus verò ad generalissima necesse est colligere multitudinem in vnum. collectiuum enim multorum in vnam naturam species est, & etiam magis id, quod genus est: particularia verò, & singularia è contrario semper in multitudinem diuidunt id, quod vnum est: participatione enim speciei plures homines, vnus: particularibus autem, & singularibus vnus & communis plures. diuisiuum enim semper est, quod singulare est. collectiuum autem, & adunatiuum quod cõmune est. Assignato autem genere, & specie quid sit vtrunque eorum, & genere quidem vno existente, speciebus verò pluribus (semper enim in plures species diuisio generis est) genus quidem semper de specie prędicatur, & omnia superiora de inferioribus: species autem neque de proximo sibi genere, neque de superioribus: neque enim conuertitur. Textus quintus.

Albertus Magnus tract. 4. cap. 6. Et Caietan⁹, sic tex. hunc ad pręcedentem continuant; postq̃ supra Porphyri⁹ assignauit numerum generum, specierum, & indiuiduorum, nunc verò, quia via veniendi de extremo in extremum, est procedere per media; vult declarare modum ascendendi, & descendendi in ordine prędicamentali duobus conclusionibus, quarum prima est, ꝙ descẽsus sit diuidendo vnum in multa. Secunda est, ꝙ descensus sit colligendo multa in vnum; idipsum quamuis sub alijs terminis dicant, Aegidius Romanus, Ant. And. & Petrus Tataretus, ꝙ ex prędictis Porphyrius vult colligere duo corellaria, quę à Caietano conclusiones appellantur: Primum est, ꝙ descendens à genere generalissimo ad species specialissimas, iuxta Platonis Placitum debet quiescere, ita ꝙ terminus illius descensus non sint indiuidua; quæ sunt infinita, & innumerabilia, sed species terminatæ suaptè natura, inquit Ammonius; & hoc duplici de causa: Prima, quia descensus à generalissimis generibus ad spe- Continuatio textus.

specialissimas species, vt sunt homo, equus, bos, canis, vitis, olea, & reliqua huiusmodi (inqt Ammonius) fit per differentias formales seu essentiales, vt hic Albertus, & 1 Poste. tex. 38. dicit S. Tho. per quas differentias formales, quæ sunt formæ intrinsecè constitutiuæ specierum, non fit descē sus sub specie ad indiuidua, licet fieri possit descē sus per differentias materiales, quæ fluunt à materia. Amplius quia indiuidua sub specie infinita, quibus ratione materiæ non repugnat infinitas numeralis in potentia, relinquēda sunt ab arte 1. Physi. tex. 50. & 1. Poster. tex 18. Et sic descensus fit diuidendo vnū in multa. Secunda conclusio, vel correlatiuum est, ꝙ ascendendo à specialissimis ad generalissima necesse, est procedere colligendo plura in vnum, videlicet plura singularia in vnam speciem, & plures species in vnū genus, & ideo genera, & species sunt collectiua multorum, licet genus magis quàm species; vnde species Colligit sub se, & vnit indiuidua sicuti gallina pullos suos. Indiuidua verò diuidunt spēs, cùm de singulis prędicetur, & tota sit in vnoquoque suorum singularium 7. Metaph. & hæc quoad continuationem, & intentionem. Diuiditur pręsens textus in tres partes. In prima Platonis documentum ponit de descensu, & ascensu in arbore prędicamentali dicentis, ꝙ descēsus est diuisiuus, & multiplicatiuus; Ascensus verò vnitiuus, & collectiuus, vbi inquit Porphyrius, ꝙ magis collectiuum est genus, quàm species. In secunda parte ponit famosam, & difficilem propositionem, ꝙ participatione speciei plures homines sunt vnus homo, sumpta occasione à collectione speciei. In tertia parte magis declarat supradatam speciei definitionem, per tria dicta: Primum, existente vno tantū in genere, spēs sunt multæ, aut actu, aut potentia; quia diuisio generis semper est in plures species, cùm actu, vel aptitudine descendat in illas per differentias oppositas ſm Albertum, & S. Thom. 1. Poster. tex. 38. Secundum dictum, Genus semper prædicatē de specie, & vniuersaliter omnia superiora de inferioribus, quæ sunt sub vniuersalibus 1. Poster. tex. 3. Tertium dictum, species, nec de suo proximo genere, nec de genere proximo suo generi, ꝑdicatur. Hæc est diuisio simul, & intentio præsentis textus.

Diuisio textus.

[Descendere autem per media diuidentes specificis differentijs, &c.] Descensus iste talis est: Substantia quę est genus generalissimū in prędicamento substantiæ ſm Porphyrium, non tamē in Auerroe, duplex est, videlicet. Incorporea, & corporea; Incorporea vt intelligētiæ, quę mouent orbes cœlestes: Corporea duplex videlicet, Inanimata, & Animata; inanimata .i. anima carens est, vt ferrum, lapis, &c. Animata duplex videlicet. Insensibilis, & sensibilis; Insensibilis .i. carēs sensibus, vt Planta, & spēs eius, vt Arbores, Herbæ, & Virgulta. Arbores vt quercus, vlmus, platanus, &c. Herbæ vt lattuca, olus. Virgulta, vt genista, mirtus, &c. Animata sensibilis duplex videlicet irrationalis, & rationalis: irrationalis vt Equus, Bos. Animata sensibilis rationalis duplex videlicet. Mortalis, & immortalis; Mortalis vt homo. Immortalis vt intelligentiæ quæ Angeli appellantur ab Auerr. 1. cœli com. 22. Hic est descensus per multitudinem, de mente Platonis in Sophista, vt inquit Ammonius: Sed hic vnū errorem Porphyrij animaduertas Nouicie, quē moderni Logici minus perspicaces non aduertunt, ꝙ Animal rationale à Porphyrio positū, vt genus ad hominem, & Angelū seu intelligentiā; non est genus, sed definitio ipsius hominis secūdum Aristotelē, & sacros Doctores, falsum enim est in peripatetica doctrina Metaphysicali, ꝙ intelligentiæ 7. quæ mouent proprios orbes, sint animalia rationalia, seu substantiæ animatæ sensibiles rationales immortales, sunt enim intelligentię substantiæ simplices, & actus puri, in quibus idem est intellectus intellectio, & res intellecta 3. de aīa tex. com. 51. & 12. Metaph. tex. si in quibus tantū est intellectus, & intellectum qđ est perfectio intellectus, & Auer. in disp. 5. in solu. 4. dubij dicebat, ꝙ intelligentiæ separatæ materiā non habent, per se existunt, & non sunt corpora; nec Porphyrij ratio valet, pūtātis, ꝙ Intelligentia & homo conueniunt in genere, quod est, Animal rationale, sęd intelligentia pręstat homini, illoq; est nobilior, quia ipsa est Animal rationale immortale, homo verò animal rationale mortale, non enim ex hoc intelligentia sumit nobilitatem, sed ex alio, videlicet ex velocitate motus, magnitudine orbis, & magnitudine stellarum, & approximatione ad primum motorem, vt benè dixit Auerroes in epit. Metaph. tract. 4. vnde Auer. in 1. cœli com. 22. dicebat ꝙ leges græcorū, quæ ponunt Angelos esse incorporeos, differūt ab alijs legibus, quę ponunt illos esse corporeos Hinc valdè notabiliter 1. par. q. 54. art. 5. dicebat D. Thomas, ꝙ in Angelis non sunt illæ potentię, quæ per organa corporalia suas exercēt operationes, cùm sint incorporei, sed in eis tantùm est intellectus, & voluntas, in quæ diuiditur intelligentia, vt ibidem ex Auerr. 12. Metaph. 37. dicunt D. Thomas, & Caietanus. Sic igitur erigatur arbor de prędicamento substantiæ. Substantia, corpus, corpus animatum, Animal, Homo, qui diuiditur in particulares homines, in quibus est sistendū.

Porphyrij error.

Verba text.

Arbor prædicamentalis.

[Ascendentibus verò ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum &c.] Hic nota ꝙ Ascensus, & descensus versantur circa accline .i. sursum, & decliue .i. deorsum 3. Physi. tex. 18. quæ sunt ratione diuersa .i. ſm speciem, quia termini specie differunt 1. cœli 86. licet ratione medij sint idem 5. Physic. 33. Modò dico ꝙ descensus decliuis à genere generalissimo ad speciē specialissimam, qui est diuisiuus vni in multa, contrarius est Ascensui acclini, qui est vnitiuus multorum in vnum, imò isti duo motus sunt etiam diuersi, quia cùm omnis motus sit simplex, aut mixtus 1. cœli com. 7. & 3. cœli 35. Descensus in arbore Porphyrij est mixtus, cùm fiat partim directè per truncū arboris, videlicet ꝑ genera subalterna; & partim à latere per differentias oppositas

Verba text.

positas,ita vt dicatur motus gitatiuus, & violen-
tus 7.Physi.com.10.& 12.Metaph.com.47.Ascē-
sus igitur iste, teste Alberto Magno tract.4.c.6.
& D.Caietano eius assecla,in quo oportet multa
colligere in vnum vt inquit Aegidius, fit hoc mo
do,puta,descendēdo à genere generalissimo, ter
minus verò ipsius descensus sunt indiuidua,Ascē
sus verò, immediatus terminus,est spēs specialis-
sima, & mediatus est genus generalissimū.Nam
omnes homines particulares, qui plurimi sunt,
inquantùm humanę speciei naturam participāt,
non retinent suam pluralitatem,sed adunantur,
& sunt vnus homo secundū speciem; oēs species
specialissimæ,vt homo,equus, bos, adunātur ad
genus immediatū quod est Animal, deinde om-
nia Animalia,& plantæ reducuntur ad corp⁹ ani
matum, deinde Animalia, plantæ, & omnia cor
pora physica etiam non Animata, reducun-
tur ad corpus; tandem omnia hęc reducūtur ad
substātiam, quę cùm sit genus generalissimum,
omnia sub se continet; de quibus prędicatur,
sicuti species specialissima sua indiuidua sub se
continet, de quibus prędicatur, & ideo inquit
Porphyri⁹ ꝙ magis collectiuum est genus, quod
sub se colligit species, & indiuidua talium specie
rum, quàm species quæ colligunt sub se sola sua
indiuidua;nam quęlibet species, per cōditiones
materiales,& per diuisionem materiæ, multipli-
catur in sua indiuidua, Vt homo in plures homi
nes, equus in plures equos. Hinc dicebat Am-
monius ꝙ hic docet Porphyrius,quid contingat
ijs qui à formis infimis ad summa nituntur ge-
nera, & illis qui à summis generibus ad vltimas
species delabuntur.

Verba text⁹. [Collectiuum enim multorum &c.] Hic ex Al
berto tract.4 c.6.adnotare non desinam, ꝙ licet
colligere, & adunare sint idem secundùm ratio-
nem.i.subiecto,differunt tamen secundùm ratio
nem diffinitiuā; sicuti materia,& priuatio 1.Phy-
sic.tex. 60. sunt idem subiecto, definitione verò
Collectio, & adunatio differunt. diuersa: & differētia in hoc consistit, ꝙ collectio
incipit à multis,& terminatur ad vnum,sicut ver
bi gratia.Aceruus lapidum dicitur colligi, sic po
pulus dicitur collectio multorum hominum, si-
militer omnia nomina collectiua, vt gens, turba
&c. Adunatio verò est quę incipit ab vno, & ter-
minatur ad multa quę in vno vniuntur,vt q adu
nat plures violas,vel rosas in vnum fasciculum,&
sic sumitur hic quando ascendens à specie spe-
cialissima ad genus generalissimum, colligit &
adunat multitudinem indiuiduorum in vnā spe-
ciem,& multitudinem specierum in vnum gen⁹,
& quod magis collectiuum est genus, specierum
& indiuiduorum; quàm species tantùm indiui-
duorum. Sed contra hoc arguo. Dicit enim Por
phyrius,ꝙ genus est magis collectiuū quàm spe-
cies. hoc videtur falsum. quia indiuidua sunt in-
finita 3.Physi. Sed nullum infinitū est altero ma-
ius, nec aliqua infinita sunt plura alijs infinitis
ergò non plura colligit genus quàm species. Ad
hoc respondet Paulus Venetus, ꝙ duplex est cō-
tinentia, quædam per se, qua genus cōtinet plu-
res species, in quas diuiditur per differentias op-
positas,constituentes tales species. Alia est con-
tinentia per accidens,per quam species continet
multa indiuidua, in quę descendit per diuisionē
materiæ. Et quia ad genus requiruntur saltem
duæ species, & ad speciem sufficit vnum tantùm
indiuiduum, ideo genus plura colligit,quàm spe
cies,& sic genus est magis collectiuum q̃ species,
eo ꝙ quicquid per se colligit species,colligit etiā,
& genus, & non è contra: Ego verò dico, duas
propositiones; prima est, ꝙ aliqua species plura
continet immediatè,& per se,quàm genus,& ra-
tio est,quia species v.g.Humana, continet imme
diatè plura singularia humanæ naturę,quàm ge
nus,vt animal,immediatè contineat species,sunt
enim plures homines particulares contenti sub
homine specie, quàm species Animalis contentæ
sub animali genere. imò sunt plura supposita hu
manæ naturæ, quàm sint genera, & species rerū
sensibilium,& dico rerum sensibilium,vt præter-
eam meā numero specierum Angelorum secun
dum Thomistas dicentes, quemlibet Angelum
constituere propriam speciem, quamuis hoc lo-
cum non habeat apud Aristotelem 12.Metaphy.
& Scot.2.sent.Secunda propositio est,ꝙ gen⁹ me
diatè, & immediatè simul, est magis collectiuum
quàm species,quia omnia singularia,quæ conti-
nētur sub specie,continētur etiam sub genere,cū
superius magis colligat ob maiorem ambitum,&
sic est intelligendus Porphyrius.

[Participatione enim speciei, plures homines Verba text⁹.
sunt vnus homo] Ista propositio sic intelligitur
ex Alberto,Caietano,& Soto Hispano,plures ho
mines sunt vnus homo secundùm speciem.i.So-
crates,Plato,& alij singulares homines, vnū sunt
in homine s̄m ꝙ homo dicit naturam commo-
nem illis communicabilem, vt quod.i. de illis p̄-
dicabilem, & hoc non est aliud quàm, ꝙ plures
homines participatione speciei sunt vnus,nō sim
pliciter.i.vnus numero,sed cùm addito videlicet,
vnus homo in specie s̄m ꝙ vnam habent essentiā
& definitionem,sicuti etiam participatione gene
ris plures species animalis sunt vnum Animal.i.
homo,equus,bos,in quātùm sunt Animalia,par
ticipant eandem rationem Animalis, non enim
plures homines sunt vn⁹ homo singularis, vt est
Plato,vel Cicero; quia vt sic non darentur plura
supposita, seu indiuidua naturæ humanæ, quod
falsum; cùm sint infinita in potentia, cuius infi-
nitatis causa est ipsa materia 3. Physi.65. 4.Phys.
38. & 3. cœli com.72. Idipsum dicunt Scotus q.
22.& Ant. And. dubio 3. Aegidius verò sub ob-
scurè quidem loquit,ꝙ participatione spēi, plu-
res homines sunt vnus homo,scilicet in ipsis par-
ticularibus vnus & cōmunis:hęc est glossa istius
propositionis,licet in solutione argumentorum
magis sit dilucidanda,& aperiēda Mirabilis Sco-
ti,& Ant.And.glossa.

[Assignato autem genere, & specie,&c.] Circa Verba text.
ista verba inquit Aegidius, ꝙ Porphyrius postq̃
declarauit duas definitiones speciei,hic intendit
tertiam declarare, ex qua vnum correlarium de-
ducit;

ducit; At Ant. And. & Petrus Tataretus dicunt, ꝙ vult declarare secundam definitionem speciei per tres propositiones, quarum prima est; ꝙ existente genere vno, species sunt multæ, quia diuisio generis semper est in plures species. Secunda, genus semper de specie prędicatur, & vniuersaliter omnia superiora de suis inferioribus. Tertia, species neque de genere sibi proximo, neq; de superioribus generibus prædicatur: Caietanus verò inquit, ꝙ hic Porphyrius tres regulas assignat, circa prędicationem in ordine prędicamētali exercendam; quas regulas Ant. And. vocat propositiones, eo ꝙ istæ regulæ tanquàm verissimę propositiones in Logica sunt tenendæ. Sed in rei veritate, magis mihi placet modus loquendi D. Caietani; & hic notabit Nonicius in via Thomistarum, ꝙ Aegidius Romanus in hoc loco, reliquit Albertū tract. 4. c. 6. & S. Tho. 1. Poste. tex. 38. dicēs ꝙ genus potest saluari in vnica specie, & quē à D. Tho. adducit auctoritatem ex 2. de cœlo tex. 18. ꝙ si vnum contrariorum inuenitur in natura, oportet inueniri etiam & reliquum, & propterea si datur vna species, cum vna differentia, debet dari etiam alia species cum alia differentia illi opposita; adducit Aegidius textum aliū Philosophi in post pñtis cap. de oppositis circa finē, ibi, Amplius contrariorum non necessarium est, si alterum sit, & reliquum esse, sanis namq; omnibus, sanitas quidem erit, languor verò non, i. destructis omnibus ægris, sanitas quidem erit, ægritudo autem non, ita aliā potest dari vna species cum sua differentia, absque hoc ꝙ detur alia species cum differentia illi opposita, potest igitur genus saluari in vna specie. Hæc Aegidius. Sed vide quæ diximus de hac re, in cap. de genere, & acquiesces: Amplius animaduertat Nonicius in via Scotistarū, ꝙ hic tex. fauet Antonio Andr. dum in cap. hoc de specie circa principium per ly, assignato, intelligebat .i. prędiffinito, licet pro Alberto, Caietano, Petro Tatareto, Paulo Veneto, Gratiadeo, & alijs oppositum sentientibus dici possit, ꝙ per ly, assignato, debet intelligi .i. supraposito. Sed abundet quilibet in suo sensu. Sic igitur terminis adnotatis, & litera explicata, eam nunc sic construe.

Caietanus.

Nota quòd Aegidius reliquit Alb. & D. Thomā.

Notandum in Scoto.

Constructio literæ.

[Quapropter vsque ad specialissima à generalissimis descendentes iubebat Plato quiescere] .i. volebat Plato, vt qui descendunt à generalissimis generibus vsque ad eorum spēs specialissimas, ibi quiescāt .i. vt ibi fiat status, videlicet ad species finitas, non autem ad singularia, & indiuidua infinita [Descendere autem per media diuidētes specificis differentijs] .i. Et talis descensus secundùm Platonem ita debet esse, vt fiat diuidendo genus, [specificis differentijs] .i. per differentias specificas subalternas .i. specierum subalternarum, quę constituunt genera subalterna, vel specificas diuisiuas vltimi generis, & constitutiuas vltimarū specierum .i. specialissimarum. [Infinita verò (inquit) relinquenda sunt] .i. infinita singularia [inquit] Plato, dimittenda sunt [neque enim eorū scientiam posse fieri] .i. dicebat Plato de singularibus cùm sint infinita, non posse ab aliquo homine, scientiam .i. notitiam aliquam completam, & determinatam haberi [Descendentibus igitur ad specialissima] .i. ijs qui sic descendunt à generibus generalissimis ad species spālissimas .i. infimas [Necesse est diuidentes per multitudinē ire] .i. oportet vt illi qui sic descendunt, per multitudinem eant .i. descendant multiplicando differentias tot generum subalternorum. [Ascendentibus verò ad generalissima] .i. ijs verò qui ascendunt à specialissimis ad genera generalissima [Necesse est colligere multitudinem in vnum] .i. necessarium est vt colligant, & adunent multitudinem indiuiduorum in vnam speciem, & multitudinem specierum in vnum genus. [collectiuum enim multorum in vnam naturam species est] .i. species est collectiua multorum indiuiduorū in vnam naturam specificā, vt natura equina multorum equorum. [Et etiam magis id quod gen⁹ est] .i. & magis collectiuum est genus, quàm species, quia species colligit sola indiuidua, gen⁹ verò colligit indiuidua, & species indiuiduorū [particularia verò, & singularia] .i. indiuidua [è contrario] .i. è conuerso, & opposito modo. [Sēper in multitudinem diuidunt id quod vnum est] .i. indiuidua materiam totius speciei sibi diuidunt, eamq; ęqualiter participāt, ita vt de singulis prędicetur ipsa species, & quoad prędicationem in illis multiplicetur, [participatione enim spēi] .i. ob participationē speciei humanæ, plures homines numero distincti, vt Socrates, & Plato, sūt vnus homo secundùm quid .i. sunt vnum, & cōueniunt in specie humana [particularibus verò, & singularibus vnus, & communis plures] .i. vn⁹ & communis homo specificè sumptus, fit plures particularibus, & singularibus hominibus. [Diuisiuum enim semper est, quod singulare est] .i. singulare semper est diuisiuum speciei [collectiuum autem, & adunatiuum quod cōmune est] .i. commune verò siue sit genus, siue sit spēs, semper est multorum sub se collectiuum [Assignato autem genere, & specie] .i. supra definito genere, & specie, vel determinato supra de genere, & specie. [Quid sit vtrumque eorum] .i. quid sit gen⁹ quoad propriam definitionē, & quid sit species quoad suam definitionem [Et genere quidem vno existente, speciebus verò pluribus] .i. cùm ad vnum genus sequātur plures spēs (semper enim in plures species diuisio generis est .i. semper genus sub se habet plures species) [Genus quidem semper de specie prędicatur] .i. genus vt superi⁹, semper de specie, vt inferiori prędicatur [& omnia superiora de inferioribus] .i. vt species de indiuiduis, & genus generalissimum de omnibus: [species autem neque de proximo sibi genere] .i. species non prædicatur de genere proximo, vt homo de Animali, dicendo, Animal est homo. [Neque de superioribus] .i. neque de superioribus generibus, vt de corpore animato, corpore, & substantia, dicēdo corpus animatum est homo &c.] [Neque enim conuertitur] .i. & si dicimus, homo est corpus animatum, non tamen è conuerso di-

so dicimus, corpus animatum est homo. Sic igitur constructa litera, vt præstitutus io superioribus rectus ordo seeuetur, litera sic verbotenus in gratiam Nouiciorum faciliter constructa, talis ex ea nuoc eliciatur.

CONCLVSIO.

Text. concl. *In arbore prædicamentali, Descensus est diuisiuus per specificas differentias: Ascensus verò inferiorum ad superiora adunatiuus, & collectiuus: Sed cum hoc, genus magis collectiuum est quàm species; participatione cuius plures homines sunt vnus homo.*

Arguitur 1. SED contra hanc conclusionem. Arguo, & dubito multipliciter: Et primò sic, Descensus fit diuidendo genus generalissimum. Et inferiora subalterna, per proprias eorum differentias; quę non sunt differentiæ specificæ, sed genericæ, ergò malè dicit Porphyrius quod Descensus est per differentias specificas. Ad hoc respondeo quod benè sic est loquutus Porphyrius. Nam quando aliquid se habet ad plura, sic. Vt ad aliqua simpliciter, & ad alia secundùm quid, semper si sine addito sumitur, debet intelligi stare pro ijs ad quæ se habet simpliciter, sed differentia se habet ad differentias specificas specialissimas, simpliciter; & ad differentias genericas subalternas: secundùm quid, ergo cùm de differentijs specificis loquimur, debemus intelligi de differentijs specificis specialissimis, & sic quia præcipuę inter differentias specificas, sunt specificæ specialissimę, quæ diuidunt genus, & constituunt speciem, ideo denominatio facta est à nobiliori. à differentijs specificis specialissimis, & non genericis subalternis: vel & aliter dici potest, quod duplices sunt differentię specificæ, quædam. n. sunt specificæ subalternæ, & quædam sunt specificæ specialissimæ, quando Porphyrius dixit, specificis differentijs, sumpsit ly, specificis differentijs, prout abstrahit à specialissimis, & subalternis: Contra, dantur etiam differentiæ generalissimæ, vt sunt differentiæ substantiæ, quę est genus generalissimum, videlicet. Corporeum, & Incorporeum Ergo falsa responsio. Respondeo, quod hoc negaret Auerroes tenens, substantiam simpliciter sumptam non esse genus generalissimum, sed corpus, seu substantiam corpoream. Secundò respondeo secundùm aliam viam, quod corporeum, & Incorporeum, & si sunt differentię generalissimæ diuisiuę, sunt tamen subalternę constitutiuę, cùm constituant genera subalterna, quæ species dicuntur, hanc dubitationem ex nobis propositam sic dissoluimus, si quis plus scit, ipse aliquid melius dicat, mihi autem sat sit sibi mun [...] itaque contra Porphyrium potest dubitari. Secundò dubitabit Nouicius, Differentię istę genericæ, puta incorporeum, inanimatum, insensibile, & irrationale; sunt ne negatiuę? Respondeo quòd omnes istæ sunt differentię positiuæ, quibus non sunt nomina imposita, tamē

Respondeo. [margin, left column]

Contra. [margin]

Responsio. [margin]

Dubitatio. [margin]

Resp. [margin]

secundùm propriam earum naturam, quę est sò stituere, tenent locum nominum positiuorum. Quæret iterum Nouicius, vtræ differentiæ sunt magis de essentia generis, illæ ne quæ designantur per nomina positiua vt Rationale, corporeum &c. an designatę per nomina priuatiua, vt incorporeum, irrationale, & aliæ? Respondeo, neutræ; quia oēs differentię diuidentes aliquod genus, sunt extra essentiam, & quidditatem generis diuisi, signum autem est, quia differentię non ponuntur in prędicamento in recta linea, sed à latere: sed vltra quęret quis; Bos, & Equus differūt ne specie? & ratio dubitandi est, quia vterq; est irrationalis. Respondeo quòd irrationale nō est differentia adæquata Bouis, & Equi. Dices quæ igitur erunt differentiæ Bouis, & Equi? Respondeo, vltimę differentiæ sunt nobis ignotæ, illas tamen per passiones, & accidētia circumloquimur, 7. Metaph. 41. & 8. Metaph. comm. 5. dixit Auer. verbi gratia, differētiam Bouis circumloquimur per Mugibilitatem, & differentiam equi per hinnibilitatem. Vel vt Scotus, & Auic. dicunt, per Bouinitatem, & Equinitatem. Et sic irrationale est adæquata differentia Bruti; hinc quando Animal diuiditur per rationale, & irrationale. Rationale, est differentia constitutiua hominis, irrationale verò est differentia constitutiua Bruti, quod est genus immediatum ad omnia irrationalia Animalia; Dices contra, ergò rationale, & irrationale, non sunt differentię oppositæ, cùm vna sit generica, altera verò specifica? Respondeo, quòd irrationale supplet nobis omnes differentias specificas aliorum Animalium ab homine, quibus differentijs propter earum latētiam, non sunt nomina imposita: similiter ly, Brutū, potest supplere omnes species irrationales; & sic Bos, & Equus differunt specie, quia anima sensitiua vnius, differt specie ab anima sensitiua alterius, secundùm Scotum in 2. dist. 3. q. 6. & Auerroem primo de anima com. 52. Amplius dubitabis, dicit Porphyrius quòd ista differentia videlicet, sensibilis, distinguit equū à lapide: Contra, lapis est sensibilis, in prędicamentis, cap. de relatiuis. Respondeo, lapis est sensibilis, quia est aptus natus sentiri ab aliquo sensu, sed homo dicitur sensibilis, quia sentit actiuè, seu elicit actum sentiendi, vt videndi, audiendi, quamuis sentire sit quodammodo pati quia sensus est virtus passiua 7. Physic. 12. secundo de anima 51. & tertio de anima commento 18. homini, & reliquis animalibus à natura datus, ad propriam salutem, & conseruationem, tertio de anima com. 60. & 12. Metaph. com. 36.

Dubitatio. [margin]

Responsio. [margin]

Dubitatio. [margin]

Resp. [margin]

Contra. [margin]

Resp. [margin]

Dubitatio. [margin]

Resp. [margin]

Arguitur 2. principaliter. Arguitur secundò principaliter circa prædictam conclusionem vbi dicitur, quòd genus magis collectiuum est quàm species. Contra, illud est magis vnitiuum, & magis collectiuum, quod in se est magis vnum, & minorem continet distinctionem, sed species atoma seu specialissima, est magis vna, quàm genus, ergò species est magis collectiua quàm genus: minor probatur quia maior vnitas, & minor distinctio est indiui-

duorum respectu speciei, quàm specierum respectu generis, cùm eadem specie sint magis unum, & magis adunata, quàm eadem genere. Ad hoc respondet Albertus tractatu 4. cap 6. & post ipsum, Caietanus in pñti, quòd esse magis collecti num stat dupliciter, vno modo uidelicet. Intensiuè, & sic species est magis collectiua; alio modo extensiuè, & sic genus est magis collectiuum, eo quòd plura sub se adunat, & colligit: vnde inquit D. Caietanus, quòd species, & genus sunt ve luti duo duces, quorum vnus habet exercitum paruum, sed valdè vnanimem, & vnitum. Alter verò habet exercitum magnum plurium militū, qui nō sunt ita vniti, sed sunt diuersarum factionum. Vnde species est veluti primus dux respectu suorum indiuiduorum, quæ sunt eiusdem factionis, seu speciei, & ordinis: Genus verò est veluti secundus dux, cùm contineat indiuidua eiusdem factionis, idest speciei, & species diuersæ factionis, & differentes. Vnde sicuti species magis colligit intensiuè sua indiuidua, ita genus extensiuè, propter maiorem eius ambitum, est magis collectiuum: Dices, quare magis intensiuè colligit species, quàm genus? Respondeo quia collectio indiuiduorum in specie, est causata ab vnica forma specifica quam participant, & etiā quia species specialissima, quæ dicitur atoma est indiuisibilis per differentias formales constitutiuas plurium specierum, licet sit diuisibilis per differentias indiuiduales per quas indiuidua cōstituuntur, & ad inuicem intrinsecè destinguuntur, Genus verò distinguitur per differentias formales constitutiuas diuersarum specierum, conuenientium in natura generica, communi pluribus speciebus; & quia intensior est collectio plurium, quæ participant vnam formam minus communem, quàm sit unio facta in forma magis communi, ideo species magis intensiuè, Genus verò magis extensiuè dicitur colligere.

Resp. Alber. & D. Caiet.

Dubitatio. Resp.

Arguitur tertio principaliter.

Tertiò arguitur contra tertiam partem conclusionis, in qua dicitur, quòd participatione speciei plures homines sunt unus homo, hoc modo: participatione speciei, plures homines sunt unus homo, ergò plures homines sunt unus homo, probatur consequentia, quia à parte in modo, ad totum in modo, ualet consequentia. Sed hoc est falsum, quòd plures homines sint unus homo, ergo falsum est, quòd participatione speciei plures homines sunt unus homo. Et quòd à parte in modo ad totum in modo ualet consequentia, probatur, quia ualet dicere, participatione albi plures homines sunt unum album, ergo plures homines sunt unum album.

Secundò si plures hoīes sunt un. homo, ergò per conuersionē simplicē primō priorū, un. homo est plures homines, sed ista est falsa, unus homo est plures homines, ergò illa etiam erit falsa, plures homines sunt unus homo.

Pro resp. notandū primo quòd triplex est determinatio.

Pro solutione istorum Argumentorū, quæ nal de intricata habentur apud Scot. quęst. 22. Ant. Andreā; & Petrum Tataretum: suppono duo. Primum, quòd cùm in hac propositione, participatione speciei plures homines sunt unus homo, ly (participatione speciei) sit quædam determinatio; Dico quòd triplex est determinatio, uidelicet contrahens, determinans, & distrahēs: Determinatio contrahens est illa, quæ facit terminum cui additur, stare ꝓ paucioribus, quàm si per se sumatur sine tali determinatione, uerbi gratia. Homo, in plus se habet, quàm homo albus, quia homo prędicatur de omnibus hominibus, qualitercunque coloratis, sed ly homo albus, prædicatur tantùm de hominibus albis. Vnde ut alibi diximus, Homo dicitur totum in modo, homo albus uerò, dicitur pars in modo: Determinatio diminuens est, quæ diminuit aliquid, quoad communitatem, indeterminationem, suppositionem, indifferentiam, & etiam quoad inhæsionem, vt album secundùm dentes; vbi diminuitur inhærentia albi, cùm secundùm eius indifferentiam possit inhęrere etiam parieti, & alijs subiectis, siue vltimatè, siue non vltimatè determinantibus eius dependentiam: Determinatio distrahens, quæ etiam priuans, & amplians dicitur, est illa quæ tollit, & destruit, totalem rationem distracti, idest, illius cui additur, vt Sco. primo senten. distin. 36 & Tiberius Bononiensis, & ideo distrahens dicitur, quia est ad diuersa trahens, idest, ad aliud significatum trahit aliquid à suo principali, & proprio significato, vt Homo mortuus, vbi ly, mortuus, trahit hominem ad standum pro cadauere, quod est ęquiuocè homo. Secundò supponendum, quod quęlibet harum determinationum, semper ponitur cum suo determinabili ex parte extremi subiecti, vel extremi prædicati in propositione:

His igitur suppositis, pro solutione argumentorum dico; quòd in ista propositione, participatione speciei, plures homines sunt vnus homo: ly; Vnus; dupliciter potest sumi, vno modo cathegorematicè, alio modo sincathegorematicè; si sumitur cathegorematicè, sic est passio entis. 5 Metaphysices textu 12. & est quadruplex, videlicet. Vnum numero, vnum specie, vnum genere, & vnum proportione. Et sic ly, vnum, dupliciter se habere potest ad ista, vno mo do videlicet æquiuocè, alio modo, & melius, vt inquit Scotus, vnum se habet ad ista quatuor, vt ad simpliciter, & secundùm quid: Si verò sumitur sincathegorematicè, tunc dicit modum intelligendi pro supposito, seu indiuiduo determinato, seu particulari, licet indeterminatè, idest, pro quodam homine. Tunc dico, quòd sumendo ly, vnum, cathegorematicè, & ut æquiuocum ad illa quatuor significata, omnis propositio est distinguenda, & quoad tria significata unius est uera, uidelicet, quòd plures homines sunt unus homo, specie, idest, sub specie humana, genere, idest, in animali, & proportione, idest, similitudine, & analogia, quòd sicuti unus homo numero est pars subiectiua hominis specificè sumpti, ita etiam, & quilibet alius homo, sed quarto modo sumendo, unum, est falsa, dicendo, quòd simpliciter, & absolutè plures

2. Notandum

plures homines sunt vnus homo numero, idest, secundùm numerum, verbi gratia, omnes homines mundi simul sunt vnus homo particularis, seu vnum suppositum, & indiuiduum naturæ humanæ; quia vt fienon daretur multiplicatio suppositorum in natura humana, quod est falsum: si verò dicimus quòd ly, vnum, non est æquiuocum ad illos quatuor modos vnitatis, sed ad illos se habet difformiter, videlicet, ad aliquem modum vnitatis simpliciter, ad alium verò secundùm quid 5. Metaph. tex. 12. vt sic propositio est falsa, quia quotiescunque ista propositio, plures homines sunt vnus homo, profertur sine additione contrahente, tunc stat pro vno simpliciter, idest pro vno secundùm numerum. Sed quia nunc sumitur cum additione, videlicet (participatione speciei) quæ contrahit ly, vnum hominẽ, ad vnitatem secundùm quid, idest, specificam, erit vera propositio vt sic à Porphyrio prolata: Si verò ly, vnus homo, sumitur sincathegorematicè, tunc propositio est falsa, quia plures homines non sunt vnum suppositum humanæ naturæ, verbi gratia, hic homo, idest, ly, vnus homo, non potest sumi pro supposito determinato indeterminatè, vt est hic homo vnus numero: Hinc ad argumenta respondetur, quòd illa determinatio videlicet (participatione speciei) sumenda est, vt si determinet alterum extremum, quod est prædicatum, videlicet (vnus homo) non autem subiectum videlicet (plures homines,) sic plures homines sunt vnus homo, participatione speciei, idest, in participando speciem; vel plures homines conueniunt in conceptu homini, qui quantum est de se, est indeterminatus ad omnes homines: vel aliter vt Scotus dicit in fine quęst. 22. quòd ista propositio non est intelligenda in sensu composito, (plures homines sunt vnus homo numero), sed in sensu diuiso, videlicet, quòd omnes homines sic se habent, quòd quilibet illorum est vnus homo; & per hæc patet ad argumenta in contrarium adducta, quibus sic formaliter vno verbo propter Nouicios respõdeat.

Resp. ad arg.

Ad primũ respondetur. Ad primum quod erat tale, participatione speciei plures homines sunt vnus homo, ergò plures homines sunt vnus homo, hoc est falsum, ergò & illud ex quo sequitur, videlicet participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Respondeo quòd consequẽtia est vera, quia illa determinatio debet sumi ex parte prædicati, videlicet, plures homines sunt vnus homo participatione speciei; idest in participando vnam speciem, vt dictum est: *Contra.* Contra, Porphyrius posuit ly, participatione speciei, ex parte subiecti, non autem ex parte prædicati, ergò sic debet sumi, & sic *Responsio.* responsio falsa. Respondeo cum Muritio Scotista, & responsio consistit in quadam notabilissima regula, maximè in exponendis textibus Aristotelis obseruanda; quòd plerumque alius est ordo scripturæ, vel vocalis expressionis, alius verò ordo est constructionis ipsius literæ; vnde licet ly (participatione speciei) ponatur ex parte subiecti secundùm ordinem scripturæ, debet tamen construi, & intelligi à parte prædicati, & ꝙ hoc sit benè dictum, testis est D. Caietanus, qui acutissimè de hac re dubitauit, & soluendo dixit, *Caietanus.* quòd Porphyrius non absolutè dixit (plures homines sunt vnus homo,) Sed cum illa conditione distrahente, scilicet (participatione speciei) quæ est conditio diminuens, ly (vnus homo) quia sumitur pro vno homine secundùm numerum, seu pro vnitate numerali quę est maxima vnitas; hinc cùm adiungitur sibi ly (participatione speciei) iã quodammodo distrahitur praiacens prædicatum, ad standum pro homine vno secundùm speciem, & sic non valet, plures homines sunt vnus homo participatione speciei, ergò sunt vnus homo, sicuti nec valet, Bos & Leo sunt idem genere, ergò sunt idem; similiter addo ego, nec valet dicere, Socrates, & Plato, sunt idem in albedine, ergò Socrates, & Plato sunt idem, cùm non liceat arguere à secundùm quid ad simpliciter, verbi gratia, cùm dico, Socrates, & Plato sunt idem in albedine, ista est identitas secundùm quid seu accidentalis per conuenientiam in qualitate, cũ postea dicitur, ergò sunt idem, negatur; quia infers identitatem simpliciter in substantia seu in supposito, ac si Socrates, & Plato essent vnum suppositum, et non duo, quod falsum est, cùm sint duo homines realiter distincti: vnde concludit D. Caietanus, quòd dicere participatione speciei sunt vnus homo, est dicere, quòd plures homines sunt vnum in homine, denominato speciei, neque ab hoc recedunt Albertus Magnus tractatu 4. cap. 6. Tiberius Bononiensis in sua digressione propositione prima, Sotus Hispanus, Antonius Andr. & Tataretus.

Ad secundũ resp. Ad secundùm arg. Quod erat tale; si plures homines sunt vnus homo, ergò per conuersionem simplicem primo priorum, vnus homo est plures homines, consequens est falsum, quia vnum & multa opponuntur 10. Metaphy. ergò, & antecedens, &c. Respondeo quòd prioristicè loquendo, conuersio est bona, videlicet quòd sicut plures homines sunt vnus homo, ita è conuerso, vnus homo est plures homines, non tamẽ valet posterioristicè, quia in prima propositione vbi prædicatur superius de inferiori, est vera, in secunda verò in qua prædicatur inferius de superiori, dicendo vnus homo est plures homines, est falsa; sumendo hominem pro specie: Amplius dico ꝙ debet addi conditio contrahens, videlicet (participatione speciei), nec nos loquimur nunc de ista, plures hoĩes sunt vnus homo, sed de ista, participatione speciei plures homines sunt vnus homo: *Contra.* Contra, Tu dicis, ꝙ plures homines sunt vnus homo participatione speciei, ergò non omnes homines sunt vnus homo participatione speciei, probatur quia per ly, plures hoĩes, importat aliquis numerus hoium, non autem importãtur oẽs homines. *Responsio.* Resp. ꝙ ly, plures, dupliciter põt sumi, vno modo comparatiuè, vt dicendo, plures homines student, quàm deambulant; Alio modo positiuè, idest, multi homines, hic verò sumitur positiuè pro multitudine omnium hominũ,

pō autem comparatiuè pro quibusdam, vel pro maiori parte hominum; de qua re quęst. 22. benè dixit Scotus.

Paulus Venetus verò aliter, & benè respondet dicens, concedi posse quòd vnus homo est plures homines, & vnum est multa, quia vnū & multa non opponuntur, si diuerso, & non eodē modo sumantur, nam illa quę sunt vnū specie, possunt esse multa numero, non autem vnum specie, est multa specie, nec vnum numero est multa numero, sicuti à simili dicere possumus, q̃ vnum secundùm continuitatē est multa secundū diuisionem, sed non dicimus q̃ vnum secūdùm continuitatem, est multa secundùm continuitatem. Vnde plures homines sunt vnus homo secundùm speciem; Contra, dicit Arist. 4. Physic. q̃ licet plures trianguli sint vna figura, nō tamen sunt vnus triangulus, ita etiam licet plures homines sint vnum Animal, non tamen sunt vnus homo. Ad hoc respondetur q̃ Isocheles, Gradatos, & Isopleurus continentur sub illa specie figuræ, quæ habet angulus, & hoc modo omnes trianguli sunt vna figura, & sic conceditur, q̃ plures homines sunt vnum Animal, quia continentur sub eadem differentia Animalis, quę est, rationale, prædicabile de omnibus hominibus, sicuti illa differentia figuræ prędicatur de triāgulis sibi inferioribus, Nam cùm triangulus diuidatur per æquilaterum, & inæquilaterum, omnes trianguli non continentur, nec sub æquilatero, nec sub inęquilatero, & ideo non dixit Aristoteles quòd omnes trianguli sunt vnus triangulus, & benè dixit Porphyrius, quòd plures homines sunt vnus homo communis in essentia, cùm omnes homines sint eiusdem speciei, non autem omnes trianguli.

Contra.

Textus text.

Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine: minora verò de maioribus minimè. neque enim dices animal esse hominem: quemadmodum hominem dices esse animal. De quibus autem species prædicatur, de ijs necessariò, & speciei genus prædicabitur, & generis genus vsque ad generalissimum. si enim verum est dicere, Socratem hominem, hominem autem animal, animal autem substantiam: verum est & Socratem animal dicere, atque substantiam. semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur, species quidem de indiuiduis prædicabitur, genus autē & de specie, & de indiuiduo: generalissimum verò de genere vel generibus, si plura sint media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus, & speciebus, & indiuiduis, genus autem, quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis, & indiuiduis, solùm autem species de omnibus indiuiduis. indiuiduum autem de vno solo particulari.

Declarabat supra Porphyrius secundam speciei definitionem per tres propositiones, quarū tertia erat ista, species neque de genere sibi proximo, neque de superioribus prędicatur, nunc vult probare hanc tertiam propositionem esse veram, deinde verò vult declarare tertiam speciei definitionem: Diuiditur præsens textus in duas partes principales. In prima vult probare prædictam tertiam definitionem esse veram, eo quòd oportet, aut ęqua de æquis, vt risibile de homine, & hinnibile de equo prædicari; aut maiora de minoribus, idest, superiora de inferiorib^9, vt Animal de homine; minora verò minimè; id est inferiora verò de superioribus minimè prædicantur, nam benè dicimus quòd homo est Animal, non autem dicimus, quòd Animal est homo. In secunda verò parte declarat, & explicat tertiam definitionem secundùm communē opinionem, dicens, quòd in arbore prædicamentali, vbi sunt prędicata secundùm superius, & inferi^9 essentialiter ordinata, quantò est superius prædicatum, eò de pluribus prędicatur, vbi minimū in prædicando, & de pluribus, est species specialissima, quæ tantummodo de singularibus prędicatur. Maximum verò in prędicando est genus generalissimum, quod de indiuiduis speciebus specialissimis, & subalternis prædicatur; Indiuiduū autem de vno solo, idest, de seipso prędicatur prædicatione innaturali. Et hęc benè dixit Albertus Magnus tract. 4. c. 6. Aegidius, Ant. And. & D. Caietanus.

Continuatio textus.

Diuisio text.

[Oportet enim aut ęqua de ęquis prędicari.] Hic agit Porphyrius de prędicatione, passione ipsius propositionis, quę vt benè hic inquit Ammonius, ex duabus vocibus enascitur, quarum subiecti munere altera fungitur, altera verò prędicati, subiectum enim est illud, de quo sermo habetur, prędicatum verò est illud, quod de eo dicitur, vt verbi gratia. Socrates ambulat, subijcitur Socrates de quo verba fiunt, prędicatur autem, ambulat, quod de eo enunciatur.

Verba textus

Hęc autem prędicatio si prima sui diuisione diuidatur, duplex est, videlicet. Naturalis, & innaturalis, septimo Metaphysices commento 59. dicebat Auerroes. Prędicatio Naturalis, idest, artificialis & ordinata. Adhuc duplex est, vna videlicet. Quando prędicantur ęqua de ęquis, idest paria de paribus secundùm Ammonium, & Albertum tractatu 4. cap. 6. Aequalia de ęqualibus secundùm Aegidium, Anto. Andr. & Caietanum, vel conuertibile de conuertibilibus secundùm Paulum Venetum, & Petrum Tataretum. Vt omnis homo est risibilis, & omne risibile

Prædicationis Diuisio multiplex, & notabilis.

bile eſt homo, dummodo verè, & non tranſumptiuè ſumatur riſibile: ſimiliter omnis equus eſt hinnibilis, & omne hinnibile eſt equus, in talibus enim inquit Albertus, ſubiectum eſt conuerſum prædicati, & ideo nec prędicatum relinquit ſubiectum, nec ſubiectum relinquit prædicatum hæc eſt prędicatio conuertibilium: Aut prædicantur maiora de minoribus, ideſt, ſuperiora de inferioribus, vel communiora de minus communibus, vt inquit Paulus Venetus. Vt verbi gratia, ſpecies de indiuiduis, genera de ſpeciebus, dicendo, Socrates eſt homo, homo eſt animal, & ſic gradatim vſque ad genus generaliſsimum aſcendendo, & hęc prædicatio ſuperioris de inferiori duplex eſt, videlicet. Exercita, & ſignata, Signata eſt, vt ſuperius prædicatur de inferiori, exercita verò, vt Socrates eſt homo, vel homo eſt aial, &c. in quibus propoſitionibus prędicatū eſt de ratione ſubiecti, & ideo ſubiectum inferius nunquàm relinquit prædicatum ſuperius, quamuis prędicatum poſſit relinquere ſubiectum, cū nullū inferius ſit de intrinſeca ratione ſuperioris, inferiora enim contingunt eſſe ſub ſuperioribus 1. Poſter. tex. 3.

Prædicatio exercita, & ſignata quid ſit.

Dubitatio. Quod ſi quis dicat, Hoc animal eſt homo, eſt vera propoſitio, ergò inferius prædicatur de ſuperiori.

Reſp. Reſpondit ad hoc Albertus vbi ſupra, ꝙ prædicatio iſta non eſt per ſe, ſed ꝑ accidens, accidit enim Animali vt ſit hoc animal quod eſt homo, vel hic homo: Innaturalis verò prędicatio, ſeu in artificialis & inordinata, etiā duplex eſt, vna videlicet, quando prędicatur inferius de ſuo ſuperiori, vel minora de maioribus, dicēdo animal eſt homo, homo eſt Socrates, &c. & iſta dicitur innaturalis, metaphoricè, quia ſicuti motus ſurſum eſt naturalis, igni, motus verò deorſum innaturalis ſeu violentus, ita, in ſerie prędicamentali, quando ſuperius prędicatur de inferiori, prędicatio eſt naturalis, vt homo eſt animal, quando verò ſit deſcenſus, eſt innaturalis, vt animal eſt homo; prędicata enim naturalia ſunt prędicata eſſentialia primi modi dicendi per ſe, vt ſunt, genus ad quod reducitur ſpecies, differentia, & diffinitio 7. Metaph. com. 11. Alia prædicatio innaturalis eſt, quando prædicatur idem de eodem, ideſt de ſeipſo, vt homo eſt homo, animal eſt animal, quam prædicationē nugatoriam vocauit Auer. 4. Metaph. com. 3. & 10. Metaph. commento 8. & eſt in primo modo dicēdi per ſe, & quidditatiua vt opponitur ad prædicationem denominatiuam, vt eſt iſta, homo eſt albus, ſecundùm Scotum, & bene. Quicquid dicat ille Zimara in ſua tabula, qui in hoc Scoti mētem non benè percepit, tot Auerrois inutilibus auctoritatibus illectus. Vt ſupra diximus, & hic iterum dicere pro Nouiciorum capacitate non recuſauimus.

Notandum. Amplius hic notet Nouicius, quòd triplex eſt prędicatio, videlicet. Naturalis ſeu de materia naturali, vt homo eſt animal, vel homo eſt riſibilis: prędicatio contingens, ſeu de prędicato contingenti, vt homo eſt albus, quam prædicationem aliqui malè naturalem nuncupant: prędicatio remota, ideſt de prędicato, quod remouetur à natura ſubiecti, vt homo eſt lapis; & ſupra etiam dicebamus, quòd quadruplex eſt prędicatio, prima quidditatiua formalis, ſecunda, denominatiua formalis, tertia identicè identica; quarta, eſſentialis, vel ſit prædicatio exercita, vel ſignata. Amplius prędicatio duplex, videlicet, confuſa, vt homo eſt aliqua ſubſtantia, & diſtincta, vt homo eſt Animal, vel ſubſtantia animata ſenſibilis: Sed dubitabit Nouicius, quando definitio prędicatur de ſuo definito, eſt ne prędicatio ęqualis de æquali? Dubitatio.

Reſpondeo quòd ſic: Reſp.

Contra, quia tunc definitio eſſet proprium, & non definitio. Contra.

Dico quòd definitio prędicatur conuertibiliter de ſuo definito. Reſp. Sicuti & propriū, ſed diuerſo modo, quia & ſi proprium prędicatur conuertibiliter adæquatè quoad conuertibilitatem, non tamen adæquatè quoad entitatem, definitio verò conuertitur cum definito conuertibiliter, & ſecundùm entitatem, verbi gratia. In iſta propoſitione, omnis homo eſt riſibilis, omne riſibile eſt homo, proprium prędicatur conuertibiliter, ſed riſibile non indicat ſubſtantiam, eſſentiam, & entitatem hominis; ſed definitio, puta, animal rationale, quicquid dicat Franciſcus de Maironis, vt alibi diximus, prædicatur conuertibiliter de homine, & declarat eſſentiam hominis, hinc primo Topic. cap. 4. habetur diſcrimen inter proprium, & definitionem, quia proprium competit ſoli vni ſpeciei, omni, & ſemper, conuerſim prædicatur de re, ideſt, de ſubiecto, ſed non indicat ſubſtantiam rei: Definitio verò habet omnia hæc, ſed indicat ſubſtantiam rei: Dubitabit ſecundò Nouicius, dicit Porphyrius, quòd inferiora non prædicantur de ſuperioribus: Contra, iſta propoſitio eſt vera, Genus eſt ſpecies, & tamen ſpecies eſt inferior generi. Dubitatio.

Reſp. Ad hoc reſpondeo, quòd & ſi genus eſt ſpecies vniuerſalis, tamen non eſt ſpecies vt quid, ſed vt modus, ſeu denominatiuè, eo quòd in ſe eſt genus, ſed denominatur ſpecies reſpectu ſui ſuperioris, quod eſt vniuerſale. Et quia textus facilis eſt, & non oportet, fimbrias dilatare, Dico vnico verbo totum ſenſum literæ: quòd in arbore prædicamentali, vbi ſunt infima, Media, & ſuprema, ſemper ſuperiora, ob maiorem continentiam, & maiorem adunationem, ſeu collectionem, prædicantur de inferioribus. Vt ſic homo qui eſt ſpecies ſpecialiſſima, prædicatur de particularibus hominibus, vt de Socrate, & Platone, Animal quod eſt ſuperius ad hominem, prędicatur de homine, & particularibus hominibus; Corpus animatum verò, quod eſt ſuperius ad hominem, prædicatur de Animali, homine, & particularibus hominibus, equis, plantis, & alijs huiuſmodi; Corpus autem de omnibus his, & tandem de omnibus prædicatur ſubſtantia, quę eſt genus generaliſsimum, donec deueniamus ad ens, quòd de generaliſsimis prędicatur, quamuis æquiuocè inquit Porphyrius, & totum benè declarat Albertus, tractatu quarto, capite ſexto.

Senſus totius huius literæ.

Sed dubitabit quis, ſi Dubitatio.

dum prædicatur inferius de suo superiori dicendo. Vt Aial est homo, est prędicatio innaturalis qualis est illa propositio, in qua passio adæquata inferiori, prędicatur de superiori? Respondeo (Resp.) q cùm omnis prædicatio verè naturalis sit, aut ęqualis de ęquali in secundo modo dicendi p se, aut superioris de inferiori in primo modo dicendi per se; vt homo est Animal 1. Poster. cũ in ista propositione Animal est risibile, prædicetur passio inferioris de superiori, eadem est ratio subiecti, & passionis subiecti quoad prædicationem, & sic dico, q ista, Animal est risibile, est innaturalis. Sed dices quid dicendum est de ista, Animal est rationale? Respondeo q quando differentia contrahens prędicatur de genere contrahibili, reducitur ad prędicationem innaturalem, licet hanc prędicationem Scotus nuncupet prædicationem formalem denominatiuam, & dēt intelligi de Animali actu contracto, non autem potentia contrahibili, seu de Animali indifferenter se habente in suo conceptu quidditatiuo, ad hoc, & illud Animal.

Dubitatio. Responsio.

[Solùm autem species de omnibus indiuiduis] Hic dubitare posset Nouicius, contradictionis vitio Porphyriũ mordens; dictum est supra, q Genus generalissimum prædicatur de omnibus inferioribus speciebus, & indiuiduis specierum, modò verò inquit, q solùm species prædicatẽ de omnibus indiuiduis. Ergò in dictis eius est contradictio. Ad hoc respondeo cùm Aegidio, q sic intelligantur, & construantur hæc verba; q possunt facere duplicem sensum propter variam acceptionem illius dictionis, solùm, nam aut põ poni ex parte subiecti, pura species, vt dicatur solùm.i. sola species, aut ex parte prædicati qđ subintelligitur, pura, ly prædicatur. Et hoc modo sumitur in præsenti, quòd species prędicatur de omnibus indiuiduis solùm, non autem speciebus, & indiuiduis simul, sicuti genus. Et hic memento Nouicie illius regulæ supra positæ, quòd alius est ordo plerumq; scripturæ, vel vocalis expressionis, & alius est ordo constructionis, quam ego obseruans, semper literam construo. Contra, dicit Porphyrius quòd species prędicatur de pluribus differentibus numero solùm. Vt de sorte, & Platone prędicatur homo, quasi sortes, & Plato differant numero solùm. Arguo sic, quæcunque differunt solo accidente, vnum potest de altero prædicari, vt patet, ergò si indiuidua differunt solo numero, cùm numerus sit accidens ex prædicamento cap. de quantitate, sequeretur quòd vnum indiuiduum posset de altero prædicari, dicendo sortes est Plato, quod falsum, cùm à prima substantia nulla sit prædicatio ex prædicamentis cap. de substantia proprietate tertia. Ad hoc respondeo, quòd sortes, & Plato differũt in forma particulari, quæ est signata, & indiuiduata, & numerata per materiam, & ideo Porphyrius dixit quòd differunt solo numero. Contra, Sol, & Luna sunt species, & non prædicãtur de pluribus differentibus numero. Respõdit ad hoc Aegidius, quòd licet actu prędicentur tantùm de vno, aptitudine tamen prędicãtur de pluribus, & impedimentum cur non actu prædicãtur de pluribus est ex hoc, quia illa forma solis, occupat totam materiam solis, & forma lunæ totã materiam Lunæ. Arguitur præterea; dicit Porphyrius, q species prædicatur solùm de indiuiduis, non autem prædicatur de genere. Contra, Arist. primo priorum vult, quòd ad istam, homo est Animal, sequitur ista, Animal est homo, per conuersionem simpliciter, ergò species prædicatur de genere. Respondeo, q ista sequitur ad illam non posterioristicè, sed prioristicè, & sic nõ per se, sed per accidens. Contra, si antecedens est verum, & consequens est verum, ergò si antecedens est necessarium, & consequens erit necessarium, sed ista est necessaria, homo est Animal. Ergo & ista, Animal est homo. Ad hoc respondetur, quòd benè dicitur, Animal est homo. Sed non per se, sed ista est per se, homo est Animal, & probatur quòd ista non sit per se, Animal est homo, primo quia 1. Poster. propositiones per se non conuertuntur, & nõ debet intelligi de conuersione prioristica, cùm conuersio sit passio ꝓpositionis, sed non conuertuntur in alias per se, sed ista est per se, homo est animal, ergò ista quę est sua conuersa, non erit per se, Animal est homo. Secundò per se infert de omni 1. Poster. ergò si ista esset per se, animal est homo, tunc valeret ista consequentia, Animal est homo, ergò om̃ne Aial est homo, sed cõsequẽs est falsum, ergò & illud ex quo sequitur, videlicet, q Animal est homo, sit per se. Amplius ad illud, quòd si antecedens est necessarium, & consequens erit necessarium, hoc negatur, eo quòd ista est necessaria, grammaticus est homo, & tamen ad eam sequitur ista non necessaria, sed contingens, homo est grammaticus, vt benè inquit Aegidius Romanus in fine huius capitis de specie.

Verba textus. Dubitatio. Responsio. Contra. Responsio. Contra. Responsio. Dubitatio. Responsio. Contra. Responsio. Ad aliud responsio.

Arguitur præterea, quòd species non prædicatur de indiuiduis sic; Incorruptibile non prædicatur de corruptibili, sed indiuidua sunt corruptibilia, & species est incorruptibilis, ergò species non prędicatur de indiuiduis: Maior probatur, quia corruptibile, & incorruptibile sunt genere diuersa, & contraria 10. Metaphysic. tex. commẽto 26. & contrariorum vnum non prædicatur de alio contrario propter formalem repugnantiam, quam inter se habent: Minor probatur, q indiuidua sint corruptibilia, & species incorruptibilis ex 7. Metaphysices 35. & 53. ergò. Ad hoc cum Scot. quæstione decimasexta. Respondeo, quòd species dupliciter potest considerari, vno modo videlicet, vt est in indiuiduis, seu in suppositis, alio modo secundùm se, & suum esse quidditatiuum, primo modo est corruptibilis, at secundo modo minimè, sed vt sic est incorruptibilis, ex hoc quòd semper continuatur per successionem in diuersis Indiuiduis: Sed contra hanc responsionem arguo sic, species Physicè considerata prius habet esse in suppositis, & indiuiduis, quàm consideretur secundũ se, ergo si in illo priori consideretur erit corrupta,

Arguitur præterea speciẽ non prædicari de indiuiduis. Resp. Scoti. Contra.

pta, & sic per successionem in diuersis indiuiduis non erit æterna; cùm æternitas non sequatur ad corruptionem, seu æternum non sequatur ad esse corruptum, loquendo secundùm subiectam materiam. Ad hoc Respond. q species non prius intelligitur corrupta, & postea p successionem æterna, sed simul corrumpitur subiectiuè in diuersis suppositis, & perpetuatur respectu diuersorum suppositorum succedentium, & sic est corruptibilis subiectiuè, non autem terminatiuè, sicuti materia prima est corruptibilis subiectiuè respectu formarum, quæ in ea corrumpūtur, non tamen terminatiuè, cùm non sit finis, & terminus corruptionis, sicuti nec generationis, imò dico, q indiuidua sunt æterna successiuè, sicuti sunt infinita in potentia, ut patet ex supra dictis.

Responsio.

[Indiuiduum autem de vno solo particulari:] Hic occurrit dubitatio non dissimulanda: videtur enim Porphyrius in hoc Aristoteli aduersari: nam in prædicam. cap. de substantia in tertia proprietate, dixit Aristoteles, q à prima substantia seu indiuiduo nulla est prædicatio, quo modo ergo nunc dicit Porphyrius q indiuiduum prædicatur de vno, vel de vno solo? Amplius 1. Perihet. cap. 5. describit indiuiduum & singulare, negatiuè, per non dici de multis, & Porphyrius inquit, quòd prædicatur de vno solo; & ratio dubitandi est, quia vt inquit Caietanus, differt dicere, nō de multis, & de vno solo, quia ad ly, non prædicari de multis, non sequitur, ergo de vno solo, quia potest stare, vt de nullo prædicetur, licet ad prædicari de vno solo rectè sequatur, ergo nō de multis, & ideo falsum est hoc, quòd indiuiduum ptædicatur de vno solo, quia aliqua indiuidua sunt, quæ de nullo prædicātur, vt sunt indiuidua pñri substantię, iuxta illud in cap. de pñto substantię, à prima substantia nulla est prædicatio: In hoc passu commentator Auerroes mordere videtur Porphyrium, vt sępe solet, non enim fuit Porphyrius magnę auctoritatis apud Auerroem, qui vt quibusdam amicis morem gereret, hanc in Porphyrium edidit expositionem, vt ex Tiberio Bononiensi supra diximus, dicit enim Porphyrium carpens Auerroes, quòd ista indiuidui descriptio à Porphyrio tradita, non comprehendit omnia singularia, sed tantùm singularia accidēis, vt est hęc albedo, hæc caliditas, &c. dicendo Plato est hoc album. i. per hanc albedinem albus, quæ prędicatio denominatiua est, sed indiuidua substantiæ, nullo modo, videlicet nec denominatiuè, nec quidditatiuè de aliquo prędicantur, vnde Auerroes commendans ab Aristotele indiuidui definitionem 1. Periherm. c. 5. traditam, inquit hanc esse indiuidui definitionem, indiuiduum est qd non dicitur de multis, quod animaduertit etiam Magister Philippus nullum de hac re iudiciū ferens: sed Porphyrij doctrina, quæ sana est, omnino est sustinenda, quicquid contra eam oblatret Auerroes, & dicendum quòd prædicatio vt supra diximus, duplex est, una videlicet naturalis, altera innaturalis; quādo Porphyrius dixit, q indiuiduum prædicatur de vno solo, intelligitur etiam de indiuiduo substantię, quod prædicatur de vno solo, scilicet de seipso prædicatione innaturali, quam nugatoriā ipse Auer. appellauit 4. Metaph. com. 3. & 10. Metaph. com. 8. vt cùm dicitur, Plato est Plato, qua nullam aliam veriorem prędicationem existimauit Boetius, & hic notabis Nouitie, quòd prędicatio naturalis, seu artificialis, & innaturalis, seu inartificialis, diuidunt perfectè prędicationem, & ego dico, quòd prędicatio eiusdem de eodem, est innaturalis, & inartificialis, quicquid dicat Caietanus, qui suo modo hoc uocabulo est vsus: Sed hic vlterius dubitabit Nouicius: De quo indiuiduo hęc descriptio est intelligenda, tantùm ne de indiuiduo signato, vt est hic homo, hic equus, an etiam de indiuiduo vago, vt est aliquis homo, & aliqs equ'? De hac re duplex est loquendi modus, vnus est, q conuenit hęc descriptio etiam indiuiduo vago, quod si consideratū naturā consideratur de vno solo prędicatur, licet secundùm vocem de plurib' prædicetur, dicimus enim q Sortes est aliqs homo, Plato est aliqis homo: &c. Alius loquendi modus est S. Thom. in quęstionibus de potentia Dei, q. 9. ar. 2. ad primum, & p. p. q. 29. ar. 1. quòd indiuiduum vagum, non solùm secundùm vocē, sed etiam secundùm rationem significatā de pluribus prędicatur, & descriptio indiuidui à Porphyrio tradita intelligenda est tm̄ de indiuiduo signato, de quo Porphyrius in textu exemplificauit. Fundamentum autem opinionis S. Thom. in hoc consistit, q in Sorte, qui est indiuiduum nominatum, tria possunt considerari, quę sunt ista videlicet: Natura humana non solùm ipsi, sed aliis etiam communicabilis, secundo modus quo illa natura est in Sorte, idest particulariter existit tertium est principium seu materia signata, per quam illa natura cōmunis determinatur ad Sortem. Et horum trium; primum, puta natura, cōmunis est, & de pluribus prædicabilis secūdum, puta, modus naturæ, communis est omnibus indiuiduis illi' naturę, cùm non magis illa natura communis, possit particulariter existere in vno homine, quàm in alio tertium autem, puta principium quo natura ad hoc determinatur, ita est proprium vni, quòd nō alteri, & quia indiuiduū vagum est illud secundum, de pluribus prædicatur. At indiuiduum signatum, quia hoc tertium significat, de multis non potest prædicari, sed de vno solo, & de hoc est intelligenda Porphyrij de indiuiduo assignata definitio, quod etiam de mente S. Thomæ sustinet Dominus Caietanus. Ego verò dico, quòd indiuiduum vagum, vt aliquis homo, dupliciter potest sumi, vno modo videlicet formaliter, alio modo verò fundamentaliter. i. pro substantia prima determinata, quę tamen supponit indeterminatè; primo modò prędicatur de pluribus, secundo verò modo de uno solo, ut aliquis homo est aliquis homo, ac si diceres, Socrates est Socrates, sic Scotus dicit ī pñtis, quęs. 12. quem sequitur & Antonius Andreas, de qua re in pñtis cap. de substantia plura diximus. & sic

Verba text°. Dubitatio.

Auerrois Resp.

Soluitur Porphyrius aduersus Auerroem.

Dubitatio.

1. opinio.

2. opinio.

In indiuiduo tria possunt considerari.

Propria Respon.

& sic indiuidui definitio, tam de indiuiduo signato, quàm vago potest intelligi: sed literam nunc sic construe.

Constructio litteræ. [Oportet enim, aut æqua de æquis prædicari] .i. necessarium est, aut æqualia de æqualibus, vel paria de paribus prædicari, vt inquit Alber. [vt hinnibile de equo] i. sicuti binnibile, seu binnibilitas in concreto prędicatur de equo.i. specie equina. [Aut maiora de minoribus] .i. superiora de inferioribus [vt animal de homine] .i. sicuti animal, vt superius prædicatur de homine inferiori [minora verò de maioribus minimè] .i. inferiora autem de superioribus non prædicantur [neque.n. dices animal esse hominem] .i. nec dicas hanc pdicationem esse veram, animal est homo: [quemadmodum hominem dices esse animal] .i. sicuti è conuerso benè dices, homo est animal [de quibus autem species prædicatur] .i. de illis quidem indiuiduis de quibus prædicatur ipsa species specialissima [de ijs necessariò, & speciei genus pdicabitur] .i. de ijs etiam indiuiduis necessariò prędicabitur genus illius speciei, vt de quibus prędicatur homo, de illis etiam prædicetur animal, [& genus generis] .i. & de illis postea prędicatur genus illius generis i. corpus animatum, quod est genus animalis [vsque ad generalissimum] .i. vsq; quò deueniamus ad genus generalissimum, idest ad substantiam, quæ tandem de omnibus inferioribus prędicatur [si enim verum est dicere, Socratem hominem] .i. quia vera est ista propositio, Socrates est homo [hominem autem animal] .i. & ista, homo est animal [animal autem substantiam] .i. & similiter gradatim ascendendo, ista etiam est vera, animal est substantia [verum est, & Socratem animal dicere, atque substantiam] .i. vera etiã erit ista, Socrates est animal, & Socrates est substantia [semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur] .i. semper, & quonescunque superiora, & magis communia, de inferioribus pdicantur [species quidem de indiuiduis prędicatur] .i. species specialissima de solis indiuiduis pdicabitur [genus autẽ & de specie, & de indiuiduo] .i. & genus vt superius, pdicabitur de specie, & indiuiduo [generalissimum verò de genere, vel generibus] .i. genus verò generalissimum & supremũ, pdicatur de genere, vel generibus, sibi subiectis [si plura sunt genera subalterna] .i. quantscunque sint genera intermedia, & subalterna [de specie & de indiuiduo] .i. prędicatur de specie, & de indiuiduo, vel indiuiduis illius speciei [dicitur enim & prędicatur enim, [genus generalissimum quidẽ] .i. genus quod supra se nullum aliud habet superueniens genus] de omnibus sub se positis generibus, speciebus, & indiuiduis] .i. de omnibus generibus subalternis, speciebus, specialissimis, & indiuiduis illarum specierum [genus autem quod ante specialissimum] .i. genus autem illud quod immediatè est supra speciem specialissimam [de omnibus specialissimis & indiuiduis] .i. pdicatur de omnibus speciebus specialissimis, & indiuiduis, illarum specierum [solùm autem species de omnibus indiuiduis] .i. species autem specialissima pdicatur de indiuiduis omnibus solùm, vel indiuiduis solis. [Indiuiduum autem de vno solo particulari] .i. indiuiduum verò tam vagum fundamentaliter, seu pro connotato, quàm signatum, pdicatur de vno solo particulari .i. de seipso, prędicatione innaturali, & inartificiali: & quia tota littera dubitatiuè est exposita, ex ea hanc vnã tantùm colligo conclusionem.

CONCLVSIO.

Prædicatione per se naturali, artificiali, & ordinata, aut æqualia de æqualibus, aut superiora de inferioribus, prædicantur. Conclusio textualis.

SEd aduersus hanc conclusionem dubitatur: Ista est aliqua prædicatio, animal est homo, & tamen neutro illorum modorum. Ad hoc respondetur, q duplex est prædicatio, videlicet directa, vt hõ est albus, vel homo est animal, & indirecta, vt album est homo, & animal est homo, Porphyrij dictum intelligi debet de prędicatione directa, non autẽ indirecta, vt est ista, animal est homo. Contra. Contra, multæ sunt prædicationes directę in quibus prędicatur inferius de superiori, vt dicendo, Nasus est simus, numerus est par &c. in quibus prædicationibus subiectum est inferius seu minoris ambitus quàm prędicatum; Quòd si dicas, Porphyrium loqui de prædicatione, q est in recta linea prædicamentali, in terminis eiusdẽ generis, seu pñti, vt sunt genus, species, differentia, & indiuiduum: Contra, non reperitur prædicatio ęqualis de æquali inter ea q sunt in eodem pdicamento, quia propria passio, quę in secundo modo dicendi per se 1. Posterior. 31. prędicatur de specie specialissima inadęquatò eius subiecto, est in prędicamento accidentis, cùm sit propriũ, & subiectum est substantia, vt dicẽdo, homo est risibilis, risibile i ideo aliter & iudicio meo optimè. Respon. D. Caietanus, q prędicta conclusio debet intelligi non de quacunque prędicatione, sed de prędicatione per se, siue in recta linea, siue à latere; in recta linea quidẽ, cùm passio adęquata speciei prędicatur conuertibiliter de specie, vt equus est hinnibilis, hinnibile est equus, vel Socrates est homo, homo est animal, animal est corpus animatum, corpus est substantia: à latere verò, vt homo est rationalis, rationale est homo, vel partim in recta linea respectu generis, & partim à latere respectu differẽtię, vt eũ definitio & prædicatur conuertibiliter de suo definito 6. Top. & 8. Physi. commen. 27. dicendo, homo est animal rationale, & animal rationale est homo: Hinc minora per accidens prędicantur de maioribus, & propterea quando dicimus, Nasus est simus, & numerus est par, est prædicatio per accidens, cùm accidat naso vt sit simus, & numero, vt sit par; Contra 1. Poster. t. 31. par, & impar per se prędicantur de numero, & simile dicẽdum de Simo, & Aquilino in Naso. Respondeo, & responsio petenda est ex t. 35. eiusdem primi Poste. in illis verbis, non enim contingit non inesse, aut simpli-

Respon. Contra. Respon. Contra. Responsio Caietani. Contra. Respon.

simpliciter aut opposita, vt lineæ rectum, aut curuum, & numero impar, aut par: vult dicere ibi Aristoteles, vt Lincolniensis, Apollinaris, & Aegidius, exponunt, quod aliud est dicere, numerus est par, & aliud est dicere, numerus est par, vel impar. Prima est per accidens, cùm nõ omnis numerus sit par. Secunda verò est per se, cùm necessariò numerus sit par. i. habens vnitates æquales, idest pares, vel impar habens vnitates inæquales. i. impares, & similiter de naso. Et sic par respectu numeri se habet in minus, par verò, & impar in sensu coniuncto, est æquale, cùm necessariò omnis numerus, aut sit par, aut impar.

Arguitur 2. Secundò arguo contra prædictam conclusionem, & probo, quod ista prædicatio, Homo est risibilis, non sit æqualis de æquali, sic, homo pictus, vel homo mortuus est homo, & tamen cùm eis non conuertitur risibile: Respon. Respon. quod ly, homo, dupliciter potest sumi, vno modo æquiuocè, vt Auer. inquit in prologo primi Phys. ad hominem verum, & hominem pictum, alio modo vniuocè per respectum ad omnes homines veros: tunc dico, quod ista, homo est risibilis, non est æqualis de æquali si sumitur homo primo modo. i. æquiuocè, benè tamen si sumitur secundo modo. Contra. Contra, ista est vera, homo est risibilis, sed conuersa est falsa, videlicet risibile est homo, cùm possit esse pratum, quia dicimus, quod etiam prata rident. Respon. Resp. quod risibile dupliciter potest sumi, vno modo proprie, alio modo metaphoricè & transumptiuè: primo modo conuertitur cum homine, licet non secundo modo: Contra. Contra, resumendo omnes responsiones, probo quod sumendo hominem vniuocè, & risibile etiam vniuocè, ista prædicatio, homo est risibilis, nõ est æqualis de æquali: sic æqualitas est relatio fundata in quantitate, 5. Metaph. quantitas autem duplex est secundùm Seo. in quol. q. 6. scilicet Molis, & virtutis, ista æqualitas nõ est fundata in quantitate Molis, quia relatio est inter extrema eiusdẽ ordinis, mõ hõ est substãtia corp. & risibile est accidens spũale, & sic diuersi ordinis, nec in quantitate virtutis, quia maior est virtus hominis, qui est subsistens in sua natura, quàm virtus risibilis, quod est quid inexistens, & inhærens homini, Substantia enim dicitur ens simpliciter, & accidens, secũdum quid, primo de Gen. ergo ista prædicatio, homo est risibilis, non est æqualis de æquali. Respon. Ad hoc respon. quod ista æqualitas non est aliquis respectus, vel relatio realis intrinsecus, vel extrinsecus adueniens, ita ut fundetur in aliqua quantitate, sed dicitur æqualitas impropriè sumpta, quæ idem est, quod paritas secũdum Ammonium & Albertum, & impropriè dicenda est habitudo, inter subiectum, & propriam passionem, quæ non fundatur in aliqua quantitate, sed in mutua prædicatione, tanquam fundamento.

Vel dico secundò, quod inter hominem, & risibile duplex æqualitas potest considerari, vna videlicet, entitatiua, alia verò maioris, vel minoris vniuersalitatis, quoad subiici, & prædicari: de prima æqualitate hic non loquitur Porphyrius, sũ entitas hominis intrinsecè includat subsistentiã, entitas verò risibilis intrinsecè includat inexistentiam, de secunda verò loquitur hic Porph. vnde in tantùm prædicatio inter hominem, & risibile, dicitur æqualis de æquali, inquantùm homo nõ se habet in plus, & risibile in minus, in prædicando, sed eorum mutua est prædicatio, vt vtrumque possit esse subiectum vtriusque in propositione conuersa simpliciter, primo Priorum, & totum hoc prouenit ex adæquatione eorum, quæ consistit in hoc, quod sicuti homo est adæquatum subiectum risibilis, ita risibile, est adæquata passio ipsius hominis: inter quæ est mutua dependentia in prædicando; instantia autem procedit de adæquatione entitatiua, quæ nihil obstat in proposito.

Dubitatio 3. Tertiò hic dubitatur, si hæc propositio, homo est animal, est naturalis, in prædicatione exercita, verum animal, seu genus, dicit totam quidditatem, & essentiam speciei, vt hominis? Responsio. Aegid. Ad hoc est vna opinio Aegidij Romani, quod genus dicit totã essentiam, & quidditatem speciei, & ratio est, quia prædicatur inquit, de specie: Contra. Sed contra, species componitur ex genere, & differentia, ergo genus est pars speciei. Resp. Aegid. Respondet ad hoc Aegidius, quod duplex est compositio, videlicet naturalis ex vera materia, & uera forma, & rationalis, non ex vera materia, & uera forma: sed ex aliquo habente se loco materiæ, & aliquo habente se loco formæ. & talis est compositio speciei, in qua genus dicit totam quidditatem speciei, indeterminatè tamen, quam substantialiter, & in quid prædicatur de specie: Contra. sed ista opinio Aegidij nullo modo potest stare, è diametro enim opponitur ei Auerroes septimo Metaph. com. 34. & 43. dicens, quod materia non est pars quidditatis, sed est subiectum & uehiculum deferens quidditatem, & sic uterque deuiauit ad extremum, & propterea vitiosas sententias protulerunt: Alia opinio S.Tho. Scoti & discipulorum. Alia opinio est media, quòd materia est pars quidditatis contra Auerroem, & non dicit totam quidditatem contra Aegidium, & hæc est opinio S. Thom. Scoti, & discipulorum, quibus conueniunt, ibi infallibilis, & indubitata veritas. Et quod dicit Aegidius, genus non esse uerã materiam, hoc nihil ei confert, sicuti nemo illud negat, dicit enim Porphyrius, in cap. de differentia, ibi, rebus enim ex materia & forma constantibus, &c. quod sicut statua componitur ex ære, & figura, ita homo specialis, seu specificè sumptus proportionaliter constat ex animali. i. genere, ut materia, & rationali, pars, differentia ut forma, genus igitur pars est speciei, non dicens totam quidditatem, sed partem quidditatis: Amplius probatur, quia differentia addit formam supra genus, cùm differentia sit illa, qua species abundat à genere, cap. de differentia. Respon. Aegid. Ad hoc resp. Aegidius, quod differentia non addit formam supra genus, sed solùm determinat genus: Contra, eadem differentia determinans, & coarctans genus, constituit ut partem speciem: unde in c. de differentia dixit Porphyr. quòd animali adueniens rationalis differentia aliud facit, puta hominẽ, qui est species. Hinc

in

in doctrina Scoti, genus dicitur quidditatiuum constitutiuè, differentia dicitur quidditatiuum specificatiuè, species verò dicitur quidditatiuum assentiatiuè, eo quòd species specialissima dicit totam essentiam indiuiduorum: Amplius definitio, quę constat ex genere & differentia, & competit tantùm speciei 7. Metaph. dicit quid & quale, quid respectu generis, & quale respectu differentię, quę contrahit ipsum genus: Concludo igitur, quòd genus non dicit totam quidditatem speciei, sed partem quidditatis, cùm differentia ēt sit pars quidditatis, & magis principaliter, quàm ipsum genus, sicuti in naturalibus forma est natura, & magis natura, quàm materia 2. Physicorum, tex. 12.

Concl. prædictorum.

Textus 7.

Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophronisci filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniã ex proprietatibus consistit Vnumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit: Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particularium erunt eædem. eæ verò, quę sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus, magis autem, & in omnibus particularibus hominibus, in eo quod homines sũt. continetur igitur indiuiduum quidẽ sub specie: species autem sub genere. Totum enim quiddam est genus: indiuiduum autem pars: species verò & totum est & pars, sed pars quidem alterius: totum autem non alterius, sed in alijs. in partibus enim totum est. De genere igitur & specie, & quid generalissimum, & quid specialissimum, & quæ genera eadẽ, & species sint, q̃ ẽt indiuidua, & quot modis genus & species dicantur, sufficienter dictum est.

Continuatio textus.

D. Caietanus, circa huius textus continuationem ad præcedentem textum, inquit, ꝙ id quod dicitur de indiuiduo potius est terminus, & finis pręcedentis textus, tamen quia Porphyrius nouã aggreditur materiam de indiuiduo, sic continuetur: postquam supra Porphyrius definiuit spẽm per prędicari de pluribus differentibus numero, quæ differentia numero sunt indiuidua, infima in arbore prædicamentali, infinita in potentia, & prædicantur de uno solo: nunc vult declarare duo reliqua de ipso indiuiduo, primum est, quot modis sit indiuiduum: secundum verò, quare dicatur indiuiduum, videlicet propter septẽ illas materiales proprietates, quæ non per se, sed ꝑ accidens, vt inquit Ant. And. quantùm ad nostram innotescentiam, sunt ipsi substantię causæ indiuiduationis, quę per materiam signatam, ut inqt Gratiadeus, vt has carnes, & hęc ossa indiuiduatur, quod & Albertus Magnus tracta. 4. c. 7. docuit dicens, ꝙ quamuis materia sit indiuiduationis principium, & pars substantialis indiuidui, hæc tamen septem accidentia, quamuis non cõponant substantiam singularem, faciunt tamen hęc accidentia ad notitiam suę discretionis, quo ad nostram innotescentiam, vt dicebat Anton. And. quibus declaratis de indiuiduo, tãdẽ Porphyrius, vt benè dicunt Ant. And. & Caietanus, comparat ordinata in linea prędicamentali secũdùm totalitatem & partialitatem, dicens, ꝙ genus est tantùm totum, indiuiduum est tñ pars, species autem est totum respectu indiuiduorũ, & pars respectu sui generis. Vel ut inquit Anto. And. per modum epilogandi concludit Porphyrius habitudinem earum quę sunt in prædicamẽto, dicens, ꝙ indiuiduum est pars integralis speciei, & species est pars subiectiua generis, genus verò est totum vniuersale respectu specierum, & indiuiduorum, & non pars, & concludit se benè dixisse de duobus prędicabilibus, puta genere, & specie; in probemio quamuis non eodem ordine propositis. Et hęc de continuatione, & diuisione etiam præsentis textus.

[Indiuiduum.] Qualiter isti termini se habeãt, videlicet singulare, indiuiduum, suppositum, persona, & hypostasis, in prædicamentis diximus: Nunc autem quantùm sat erit Isagogico negotio, de indiuiduo tantùm agamus, quod pro faciliori Nouiciorum intelligentia sic diuidatur: Indiuiduum dupliciter potest sumi, uno modo, videlicet pro secunda intentione. i. secundò intentionaliter, seu pro per se significato, ut inquit Burleus: alio modo sumitur primò intentionaliter. i. pro prima intentione, seu pro per se denominato. Si sumitur primo modo, sic indiuiduũ, est species prædicatione denominatiua, cũ prædicetur de hoc, & illo indiuiduo differentib. numero, vt benè dixit Scotus q. 8. & 12. ad tertium argumentum, deinde Burleus. Imò est vniuersale & genus, cùm prædicetur de hoc, & illo indiuiduo differentibus specie, dicendo hæc albedo est indiuiduum hæc nigredo est indiuiduũ; vel hoc album, vt in antepredicamentis dixit Aristoteles, & fortè denominatiua prædicatione posset dici, & prędicari de pluribus differentibus genere, cũ prędicetur de hoc & illo indiuiduo generico, dicendo hoc animal est indiuiduum; hoc corpus est indiuiduũ, hic color est indiuiduum, &c. si verò sumitur indiuiduum pro denominato, vel ꝑ prima intentione, sic duplex est, aut videlicet indiuiduum substantiæ, aut indiuiduum accidentis: si indiuiduum substantię, adhuc duplex est; videlicet genericum, vt hoc animal, & specificum vt hic homo secundùm Albertum, & Auerroem 3. Metaph. commen. 2. & sic utrunque huiusmodi indiuiduum substantiæ est prius indiuiduo accidentium 7. Metaph. commen. 2. si est indiuiduum specificum, sic est quadruplex secundùm Ammonium, videlicet vagum qđ de plurib. ꝑdicatur secundùm Albertum tract. 4 c. 7. vt aliquis homo;

Indiuidui.

Diuisio notabilis de indiuiduo.

homo. Nominatum vt Socrates, signatum ut hic homo, circumloquutum, vt Sophronisci filius: si est indiuiduum accidentis etiam est duplex, videlicet genericum, vt hic color, & specificũ, ut hęc albedo, & hoc duplex, aut videlicet naturale, aut artificiale. 10 Metaph. commen. 1. Amplius secũdùm Auer. in lib. de Diuinatione secundũ quietem, indiuiduum substantię, aut est indiuiduum substantiæ corporeę, aut incorporeę; si incorporeę, est ut intelligentia, quę una numero põt esse sub aliqua specie, secundùm Sco. si indiuiduum substantiæ corporeę, aut corporis simplicis, aut cõpositi; si simplicis, aut est ĩcorruptibile, ut hoc cœlum, aut corruptibile, vt hoc elementũ: si corporeũ, vt compositum ex materia & forma generabile & corruptibile 7. Metaph 23. & 12. Metap. 18. duplex est, videlicet animatum, vt hęc planta, & inanimatum, vt hic lapis, & hoc ferrum, &c. & hæc de indiuiduorum diuisione in quibus est ꝓcessus in Infinitum per accidens 1. Cœli 22 5. Physi. com. 13. 2. de Gen. com. vlt. ut supra huius causam assignauimus ex Alberto.

Verba text⁹.

{ Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, &c.] Declarato quid sit indiuiduum, & quot modis sit, seu quot modis dicatur. Nunc declarat, cur ita dicatur; & huius duplex potest causa assignari: prima, ideo dicitur Indiuiduum, quia non potest diuidi in plura eiusdem speciei, licet possit diuidi in partes materiales quantitatiuas. v. g. Socrates non potest diuidi secundùm rẽ in plures homines, quia non potest communicare suam formam eandem numero alijs à se, nec partes Socratis, ut manus, pes, caput, in quas posset materialiter diuidi, possent anima informari, cùm nõ sint corpora organica 2. de Anima, tex. 6. quãuis ista membra sint organa, uel instrumenta corporis organici: secunda ratio est illa, quã assignat Porphyrius, ꝙ ideo aliquod dicitur indiuiduum, quia constat ex collectione quarundam proprietatũ materialium, inquit Albertus tract. 4. c. 7. quarũ collectio non est in uno & altero eadem, vt proprietates materiales Socratis, nunquam erunt eadem in alio homine, cùm Socrati competant, ut Socrates est, & talis homo particularis. Illæ verò proprietates, quę sunt hominis, uel Socratis, ut homo est, erunt communes alijs etiam hominibus, qui participatione naturę humanæ, cũ Socrate, & alijs hominib⁹, sunt unus homo: sed hic unum occurrit notandum, videlicet, ꝙ in Socrate, & unoquoque particularium hominum, duplices reperiuntur proprietates, quędam .n. sunt quę fluunt à materia, seu à principio materiali ipsius hominis, ut sunt illæ quarum hic meminit Porphyrius. Aliæ sunt proprietates, quæ fluunt à forma, seu formali principio, ut sunt risibilitas, disciplinabilitas, &c. & per has conueniũt potius omnes homines, quàm discrepant, ratione quarum, species dicitur collectiua suorũ Indiuiduorum. Sicuti ẽ cõuerso indiuidua, per proprietates materiales, & materię diuisionem dicuntur diuisiua speciei; vnde quando dicit Porphyrius, ꝙ Socratis proprietates nunquam in alio erunt

Notandum. quod duplices sunt proprietates.

eædem, loquitur de istis materialibus, quę septẽ sunt, his versibus contentæ. secundùm Antoniũ Andream: Forma, Figura, Parẽs, Locus, Tempus, Patria, Nomen: vel secundùm Boetium, Aegidiũ, & Burleum his versibus: Forma, Figura, Locus, Tempus, cùm Nomine sanguis: Patria sunt septem, quę non habet vnus & alter; quę sic intelliguntur. Forma .i. qualitas, vt color, & cõplexio, seu temperies corporis, hæc enim forma est accidentalis, non autem substantialis, quę est altera pars cõpositi. Figura quæ est quarta species qualitatis, vt sunt corporis lineamenta secundũ Boetium, vt caluicies capitis, simitas, statura corporis, nasi, &c. Locus .i. locus adęquatus & proprius Socratis, in quo est solus Socrates, & non alius, cùm locus sit aut communis, aut proprius, quarto Physic. t. 14. Locus verò proprius, de quo nunc loquimur, est vltima superficies corporis continentis, 4. Physi. 41. in quo duo corpora simul esse non possunt: Tempus .i. nunc temporis, ut eẽ natum in tali anno, mense, die, & hora; sub tali climate, taliq; aspectu cœli, &c. Nomen .i. propria nominatio secundùm Albertum, ut Ioannes, Iacobus, Bartolomeus, &c. Patria .i. propria patria, secundùm quòd patria dicitur centrum natiuitatis, in quod respexit periodus circuli cœlestis in natiuitate: sanguis .i. propria parentela secundùm Albertum, secundùm quàm, per hanc, vel illam seminis decisionem à parentibus descẽdit. Istæ sunt septem materiales proprietates, q̃ in vnoquoque indiuiduo reperiuntur, non tamẽ in omnibus indiuiduis eodem modo, quas hoc versu colligit Magister Philippus Mucagata, Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tẽpus: licet alię plures sint ad has reducibiles, ut dicit Ant. Aud. Quòd si dubites, cur dixit quarum collectio, & non dixit quarum singulæ? Respondet Ammonius, quia singulæ possunt alicui conuenire; omnes verò simul, nulli. vult dicere Ammonius ꝙ Socrates non potest conuenire cum vno quoque homine in omnibus his, licet in aliquibus, videlicet in quinque præter figuram, & locum in quibus nunquam Socrates, & Plato, & quis alius homo, possunt conuenire. Hinc Ant. Aud. inquit, ꝙ licet aliquę istarum proprietatũ, puta, parens, tempus, patria, & nomen, possunt pluribus indiuiduis conuenire, in forma tamen & figura nunquam, vt benè ẽt notauit Aegidius Romanus in præsenti.

Explicatio septem proprietatum materialium.

Dubitatio. Responsio Ammo.

[Totum enim quiddam est genus.] Hic oportet aliqua significata totius afferre, ut tandẽ de quo toto loquitur Porphyrius percipias Nouicius, & consequenter appareat, quale totum est genus respectu specierum; & quia memini me alibi de hoc dixisse. Breuiter dico, ꝙ primò sumitur totum, pro toto integrali, quod constat ex partibus ipsum integrantibus, & dicitur congregatio plurium partium, 1. Physi. 17. 4. Physico. 43. & 3. Cœli, com. 18 sic Herueus 1 sen. d. 8. q. 4 dicit, ꝙ totalitas quantitatiua est per partes quantitatiuas, & idem Gabriel 3. sen. d. 33. q. vnica, artic. 2. Secundò dicitur totum in quantitate, ut totum lignum

Verba textus

Totum multipliciter sumitur.

lignum constat ex suis partibus 1. Physicorũ.36. Tertiò dicitur totum in modo, & est terminus communis de pluribus prędicabilis, vt homo, ad differentiam partis in modo, vt homo albus. Quartò dicitur totum in tempore, vt semper, vel nunquam. Quintò dicitur totum in loco, ut ubique, uel nusquam. Sextò dicitur totum pro eo cui nihil abest, quod sit aliquid sui 3. Physic. tex. com. 63. quod totum idem est, ac perfectum, tertio Physi. 64. & 1. Cœli, comm. 3. Septimò dicitur totum potestatiuum, totalitate potestatiua, quæ dicitur virtualis, & potentialis, comprehendens diuersas potentias, inquit Herueus. Octauò dicitur totum totalitate perfectionis & rationis, q̃ non includit partes rei, licet possit habere partes rationis, sic dicimus q totus Deus est vbique, & totus Angelus mouet cœlum. Nonò dicitur totum potestatiuum, sic anima est quoddam totũ, habens partes potestatiuas 3. de Anima, tex. 1. Decimò dr̃ totũ pro vniuerso, sic totum omni quaque est perfectum 1. Cœli, commento 4. Vndecimò dicitur totum successiuum, sic 8. Phy. totus motus est æternus, qui motus nõ est simul, sed successiuus p plures circulationes: sic ęternitas eius non est tota simul, sicut æternitas Dei, q̃ est tota simul, & perfecta possessio ſm Boetium. Duodecimò dicitur totum essentiale, extra qđ nihil est accipere, pertinens ad essentiam 5. Metap. com. 31. vt sic compositum ex materia, & forma dicitur totum essentiale, cuius partes sunt tantũ duæ, videlicet materia, & forma, inquit Herueus. Decimotertiò dicitur totum vniuersale 1. Physic. t. 4. & 5. Metaph. 31. & est conceptus communis pluribus, vt conceptus genericus, uel specificus, & hoc totum vniuersale habet partes subiectiuas, & se habet respectu illarum, vt forma, & partes subiectiuę se habent, ut materia. 2. Physic. 31. 4 Physi. 49 5. Metap. 3. & 7. Met. comm. 35. sicuti forma respectu materiæ se habet vt continens, & materia contenta: Hinc Scotus 1. sen. dist. 3. q. 2. versus finem dicebat, q datur diuisio totius vniuersalis in partes subiectiuas, & totius essentialis in partes essentiales: & hoc vltimo modo sumit totum in pręsenti, quando inquit Porphyrius, q genus est quoddam totum: i. uniuersale, indiuiduum est pars. i. subiectiua, species verò totum vniuersale respectu indiuiduorum, & pars subiectiua sui generis, Vt dicebat Albertus; pro qua re benè Caietanus in fine capitis de specie dixit, de toto vniuersali respectu inferiorum, & toto diffinibili respectu partium diffinientium ex 1. Physi. tex. 4. similiter Ant. And. in præsenti. Et si cupis scire, quid de hoc dicit S. Thom. vide eum 3. p. q. 90. & p. p. q. 76. ar. 8. & q. 77. ar. 1. Sic dicentẽ. Datur quoddam totum quantitatiuum, quod diuidit in partes quantitatiuas, sicut tota linea, uel totũ corpus, est aliud totum diffinibile quod diuidit in partes rationis, & essentiæ, sicut diffinitum in partes diffinitionis, & compositum in materiam & formam, vt ſnt componentia 1. Physicor. 65. 3. Cœli 5. & 3. Metaph. 15. & est totum potentiale, quod diuiditur in partes virtualis, seu potestatiuas, vt anima, quæ distinguitur in suas potẽtias. Et est totum vniuersale, quod distinguitur à toto integrali, & potentiali, quia totum integrale non est in qualibet eius parte, neque secũdùm totam essentiam, neque secundùm totam uirtutem, & ideo de singulis partibus non prędicatur, sed aliquo modo, licet impropriè de omnibus simul, vt si dicamus, q paries, tectum, & fundamẽtum sunt domus. Totum potentiale est in singulis partibus secundùm totam suam essentiã, sed non secundùm totam virtutem, & ideo quodam modo prędicari potest de qualibet eius parte, q̃uis non ita propriè: vt sic dicimus q memoria, intellectus, & voluntas, sunt vna animæ essentia. At totum vniuersale de quo nos modo loquimur, est in qualibet sua parte subiectiua secundùm totam essentiam suam & virtutem, vt animal est in homine, & equo, vt partibus eius subiectiuis, vt inquit Ant. And. & ideo propriè de singulis partibus p̃dicatur, dicendo, homo est animal, equus est animal &c. Hinc Magnus Magister Simplic. 4. Physi. tex. 21. dicebat, q totum vniuersale, à toto integrali in hoc differt, primò, quia si à toto integrali vna tantùm pars auferatur, non remanet totum. At totum vniuersale, vt est genus, ablata vna specie remanet genus, vt animal ablata specie equina, adhuc remanet animal. Et sic genus est in omnibus partibus subiectiuis, ita vt totum possit esse in vna specie. At totum est in omnibus partibus integralibus, & non in una. Secundò genus est pars rationis. i. diffinitionis speciei, totum autem non est pars rationis, & definitionis suæ partis, & hoc quia genus est communitas, quę inest ijs, quæ ex æquo discreta sunt in specie, & propterea collectiuum dicitur specierum, totum autem integrale est comprehẽsio eorum, quę sunt inter se discreta. Et quia genus est totum vniuersale, dicitur totum respectu partium subiectiuarum, quę sunt species. Notet tandem Nouitius Scotista, qui meritò iurauit in verba tanti Magistri, in 2. sen. dist. 3. q. 4. q totum vniuersale, quod diuiditur in partes subiectiuas, prædicat de qualibet suarum partium subiectiuarum, seorsum, vt Socrates est homo, Plato est homo, & homo est animal, equus est animal; ita q qualibet pars subiectiua est ipsum vniuersale fundamentaliter sumptum; partes verò quantitatiuæ, in quas fit diuisio totius continui, nunquam recipiunt prædicationem totius diuisi in ipsas. Quod si dicas, pars aquæ est aqua, & tamen aqua est totum integrale respectu suarum partium. Respondeo, q & si hoc apparentiam habet in toto homogeneo quoad nomen, quia nomen aquę prędicatur de tota aqua, & parte eius, non tamen secundũ rem, quia falsum est dicere, pars aquę est tota aqua diuisa, cùm aqua diuidenda, sit maior sua parte in quam diuiditur; & sic in tali propositione prędicatur potius pars maior, de minori parte, quam totum de parte. Quod magis patet in toto ethe rogeneo, seu de toto, quod habet partes diuersarum rationum, vt est totum corpus, constans ex capite, manu, pede, &c. Vbi falsa est prædicatio,

Margin: D.Th. sentẽ. — Simplicius — Scotus. — Dubitatio. — Respon.

pars capitis est caput, pars manus est manus; & sic totum integrale quantitatiuè diuisum, nō pdicatur de aliqua parte diuidente, sicut nec totum ætherogeneum de suo diuidente: & sic ēt totum vle, vt genus, diuisum in suas spēs, vt partes subiectiuas, & spēs diuisa in sua indiuidua, ēt ut partes eius subiectiuas, non aūt integrales, vt voluit Ant. And. & malè, prædicatur de suis partibus diuisim sumptis, cùm tota rō totius vlis saluetur in qualibet eius parte subiectiua, quod de toto quantitatiuo quantitate molis dici non pōt, respectu partium quantitatiuarū, vt benè dicebat Simplicius. Sic igitur pro Nouicio, qui berbā nō accepit, terminis declaratis, literam nūc construe.

Constructio literæ. [Indiuiduum autem dr̄.].i. indiuiduum appellatur [Socrates].i. vt Socrates qui est indiuiduum substantiæ, & noīstum [& hoc album].i. & hoc albū indiuiduū accidētis [& hic ueniens Sophronisci filius].i. q est indiuiduum signatū [si solus sit ei Socrates filius].i. dummodo solus Socrates sit Sophronisci filius, & non alius, q si plures habet filios ipse Sophroniscus, ly Sophronisci filius, erit indiuiduum vagum cōe Socrati, & alijs fratribus eius [indiuidua aūt].i. singularia, & particularia [dr̄ huiusmodi].i. appellantur indiuidua [qm̄ ex proprietatibus consistit vnumquodq; eorū].i. ratio cur singularia nominantur indiuidua, est, quia vnumquodq; [eorum].i. singularium [consistit].i. constat [ex proprietatibus].i. ex septē materialibus proprietatibus [quarum collectio nunq̄ in alio erit eadem].i. quarum materialium conditionum, seu proprietatum [collectio].i. adunatio & aggregatio [nunq̄ in alio].i. indiuiduo & singulari [erit eadem].i. saltem in duabus proprietatibus, videlicet, loco, & figura, nunq̄ erit conueniētia inter duo singularia [Socratis.n. proprietates].i. septem illæ proprietates, q sunt in Socrate [nūquam in aliquo alio particularium erunt eędē].i. nunquam erunt eædem numero, in aliquo alio particularium boīum [eę verò q sunt boīs ꝓprietates].i. illæ verò proprietates formales, vt risibilitas, disciplinabilitas, &c. quæ sunt boīs [dico autem eius, qui est cōis].i. illius boīs, qui est cōis, & specificè sumptus, non aūt hominis particularis, vt particularis est [erunt eædem].i. specie, uel s̄m spēm [in pluribus].i. omnibus hominibus [magis aūt].i. potius [in omnibus particularibus hoīb⁹].i. singularibus, ut Socrate, & Platone [in eo q homines sunt].i. inquantùm sunt homines, & participatione spēi humanę sunt vnus homo, seu unū in hoīe [continetur igitur indiuiduum quidē sub spē].i. continetur igitur indiuiduum, & singulare sub spē, vt inferius sub suo superiori [species autem sub genere].i. similiter continetur spēs sub genere, vt inferius sub superiori [Totum.n. quiddam est genus] i. genus.n. est quoddam totū vniuersale [indiuiduum autem pars].i. indiuiduum verò est pars subiectiua speciei [species verò totū & pars].i. species verò diuersa habitudine, habet rationem totius, & rationem partis [sed pars qdē alterius].i. sed pars subiectiua alterius, puta gn̄is. [Totum aūt non alterius].i. totum aūt vniuersale [non alterius].i. vnius indiuidui [sed in alijs].i. in multis indiuiduis, partibus subiectiuis eius [in partibus.n. totum est].i. totum.n. vniuersale, est in partibus subiectiuis, ut superius in suis inferioribus. [De genere igitur, & specie].i. de genere, & specie, hucusque dictum est [& quid generalissimum].i. illud esse, supra quod nullum est aliud superueniens genus, vel quod ita est genus. vt nō possit esse spēs [& quid specialissimum].i. quæ ēt sit species specialissima, infra quam non est alia inferior species, & quę ita est species, vt non possit esse genus [& quæ genera eadem, & spēs sint].i. & quę sint species subalternæ, & genera subalterna quę diuersa habitudine sunt simul genera, & species [quæ etiam indiuidua].i. & dictum est etiā, q sunt indiuidua, puta, quę prædicantur tm̄ de vno solo pdicatione inartificiali [& quot modis genus].i. & diximus etiam, q genus tripliciter dr̄, videlicet genus ciuile, ut collectio multorum habētium affinitatem, & parentelam. v.g. gens Neapolitana, dr̄ genus Neapolitanorum, & gens Romana, genus Romanorum; genus naturale, ut Romulus respectu Romanorum; & genus Logicū, cui supponitur species, vel quod prædicat̄ de pluribus differentibus specie in quid [& species dicātur].i. & diximus etiam, quot modis sumitur species, q dupliciter, videlicet pro pulchritudine, & pro illa quę ponitur sub genere, vel prædicatur de pluribus differentibus numero in quid [sufficienter dictum est].i. de oībus his aptè diximus, non abundantes in superfluis, nec deficientes in necessarijs. Sic igitur constructa litera, talis ex ea colligatur.

CONCLVSIO.

Indiuiduum ex septem materialibus, accidentalibus, proprietatibus constat, per quas ab alio differt, & cùm sit tantùm pars, de vno solo prędicatur: genus verò, vt totum vniuersale, de pluribus speciebus prædicatur. At species est pars subiectiua, generi subijcibilis, & totum uniuersale, de indiuiduis prędicabile. Conclusio textualis.

Circa hanc conclusionem arguitur: solius speciei specialissimę est definitio 7. Met. cō. 50. cum qua conuertitur ipsa definitio 8. Phy. cō. 27. ergo indiuiduum non potest definiri, ut inquit etiam Alexander Aphrodiseus in primo libro quęstionum Naturalium cap. 3. & ratio est, vt inquit Scotus in 2. distinct. 3. q. de indiuiduatione, quia non potest esse definitio omnino exprimēs quidditatem eius, quin explicet aliud, quod non pertinet ad eius quidditatem. Arguitur 1.

Respon. Respondetur q indiuiduum dupliciter potest considerari, uno modo, videlicet materialiter, seu fundamentaliter, & pro prima intentione, ut est Socrates, & Plato, & sic non potest definiri, alio modo consideratur indiuiduum pro secunda intentione, idest sub habitudine alicuius prędicati intentionalis, videlicet, ut sit incommunicabile, vt quod.i. vt nō prędicetur de pluribus, uel incōmunicabile, vt quo,

idest vt non sit in subiecto, & sic benè potest definiri: Contra, indiuiduum, vt Socrates, & illa habitudo, seu respectus causatus ab intellectu, faciunt aggregatum per accidens, cuius nō est definitio 7. Met. 16. & 8. Meta. t. 5. Ad hoc Respon. ꝙ ex his duobus non fit aggregatum ꝑ accidens, & ratio est, quia neutrum eorum se habet ut cōpata, sed unum se habet ut cognitum, & alterum vt ratio cognoscendi, uel unum, ut definitum, & alterum vt ratio definiendi, & modus considerādi, ratione cuius attenditur principaliter definitio. Contra, hęc ratio definiendi, seu modus considerandi, est ens rationis diminutum, quod nō potest definiri, cùm definitio non competat nisi enti reali. 5. Met. 14. & 6. Met. t. com. 8. Respon. ꝙ definitio propriè, & principaliter est entis realis, sed secundariò competit enti rationis, ut patet ex definitionibus à Porph. traditis, de quinq; prędicabilibus, quę sunt entia rationis.

Contra. — Responsio. — Contra. — Respon.

Arguitur 2. Secundò arguitur; dicitur in conclu. ꝙ indiuiduum constat ex septem proprietatibus materialibus, accidentalibus. i. à materia fluentibus, per quas ab altero indiuiduo diuiditur: Contra, idē est principium distinguendi, & constituendi, sed per has conditiones nō constituitur indiuiduū, ergo neq; per eas ab alio indiuiduo distinguit. Minor probatur, quia 5. meta. de rōne vnius est, vt sit indiuisum à se, & diuisum ab omni alio, sed id per quod aliquid est unum, est principium essendi, quo ipsum est, ergo per illud ab alio distinguitur: Minor probatur, quia principium est perfectius principiato 12. meta. com. 40. sed istę septem conditiones non sunt perfectiores indiuiduo. Amplius principia substātiæ sunt substātiæ 1. Phys. 52. & 12. metap. com. 22. sed istæ septem conditiones sunt accidentia, & non substantiæ, ergo per istas conditiones indiuiduum non diuiditur ab alio indiuiduo. Ad hoc resp. ꝙ dupliciter vnum potest distingui ab altero; uno modo intrinsecè substantialiter, alio modo uerò extrinsecè accidentaliter, iuxta duplicē drīam, videlicet substantialem, q̄ simplr constituit substantiam, & accidentalē, q̄ aduenit substātię cōstitutę: tūc dico, ꝙ illud dictum, idem est principium distinguendi, & constituendi, valet de distinctiuo substantiali, nō hæ septem proprietates accidentales distinguunt accidentaliter, & sic nō est necesse, ut cōstituant, ad hoc vt possint distinguere: vñ Socrates ꝑ rōnale distinguitur intrinsecè, & substantialr ab equo: per has verò septem, ꝓprietates distinguitur accidentaliter à Platone: huc accedit ēt ꝙ rōne harum proprietatū, indiuiduum ꝓ materiali, seu prima inten. prædicatur tm̄ de vno solo. i. de seipso prędicatione identica, inartificialiter, seu impropria, q̄uis uera, vt dicit Alb. tra. 3. c. 4 & ex 2. Perihe. c. vlt. vbi inquit Arist. ꝙ bonū per se, est bonum, & 5. met. c. 18 ꝙ hō per se est hō: ꝓ responsio. igitur concludo, q̄d istæ dr̄ę septem à Porph. assignatæ, non constituunt intrinsecè indiuiduum: sed à posteriori nobis ostendunt, ꝙ vnum indiuiduum diuiditur ab alio indiuiduo, ita vt conuenienter dicere possimus, duplex esse principium distinctiuū vnius indiuidui ab alio indiuiduo; vnum videlicet extrinsecum à posteriori, alterum verò intrinsecum à priori. Istæ verò materiales proprietates sunt principiū distinctiuum à posteriori, quoad nostrum modū concipiendi ipsum indiuiduum: principium verò intrinsecum distinctiuum a priori quale sit, non facilè est uidere. Et ideo vna dubitatio hic occurrit dissoluenda, videlicet.

Responsio. — Resolutio.

De Principio Indiuiduationis.

Et quia dubitatio ista Metaphysicalis est, breuiter tñ, iuxta tenuem Nouiciorum capacitatem ab illa me expediam: ꝓ qua primò est notandū, ꝙ quęrentes de cā indiuiduationis ipsius indiuidui, non sumimus indiuiduum pro 2. inten. qa tale indiuiduum indiuiduatur ab intellectu effectiuè, materialiter ab indiuiduo ꝓ prima intentione sumpto, in quo fundatur sicut alia accidentia, vt hēt esse cognitum apud intelłm, formaliter verò ab intentione 2. q̄ est indiuiduatio, sic Arist. 2. de Ani. t. 24. formaliter quia dr̄ sciēs ꝑ sciētiam, materialiter per aīam, siĺr sanus formaliter per sanitatem, materialiter verò per corpus, uel partem corporis, sed effectiuè à medico, uel arte medendi, siĺr in pñtis, res dr̄ æquales formaliter ab æqualitate, materialiter verò à quantitate: sic ēt indiuiduum formaliter est indiuiduum indiuiduatione, sed dubitatio intelligitur de radice istius indiuiduationis: vnde emanat, & pullulat tanq̄ā à principio fontali hæc indiuiduatio, sed quærimus de indiuiduo sumpto, ꝓ substrato, seu subiecto indiuidui, ꝓ 2. inten. sumpti, videlicet de Socrate & Platone, q cùm non sint pluribus cōicabiles. i. non de pluribus prædicabiles, q̄ritur quid est illud ꝑ q̄d repugnat eis pluribus cōicari .i. de pluribus prædicari: & de singulari signato, & determinato, non aūt vago, & indeterminato, est intelligenda dubitatio. Prima opin. est S. Th. de ente, & essentia c. 2. & opusc. 70. q. 4. ar. 2. & 1. contra Gen. c. 21. ꝙ primū indiuiduationis principium est materia signata, sed quid intelligendū sit ꝑ materiā signatam, ēt de mente Alb. Magni; S. Thomæ discipuli certant, & adhuc sub iudice lis est; alij. n. dñt, materiā signatā esse principiū, radicem, & causam quantitatis, ꝑ quam diuisibilis est materia: alij uerò dicunt, quòd materia signata est materia prima capax ipsius quantitatis, hanc uř tenere Caietanus de ente & essentia, dicēs, ꝙ materia signata, est materia prima, nō actu habens quantitatem, sed capax huius, & nō illius quantitatis. Alij uerò discipuli dicunt, materiam signatā esse, materiā cū actuali quantitate, & hæc opi. vř mihi magis ꝓbabilis ad mētem S. Th. p. p. q. 76. ar. 2. 2. contra Gen. c. 73. & 3. p. q. 77. ar. 2. vbi inqt, quantitatē esse indiuiduationis principiū, ꝑ quā quantitatem, una materiæ pars diuisa est ab alia, quod esse non potest, nisi per certam, actualem, & determinatam quantitatem.

Prima opin. S. Tho.

Quòd si dicas, hęc est opinio Auer. 1. Phy. c. 63 & in lib. de substantia orbis, c. 1. & 4. quem sequutus

tus est Gregorius Arimin. 2. sen. d. 12. q. 2. art. 1.
ꝙ materia habet actualem quantitatem, puta lō-
gitudinem, latitudinem, & profunditatem, rōne
cuius quantitatis, materia varias recipit formas.
At S. Tho. p. p. q. 76. ar. 6. dicit contra Auer. nihil
Resp. in materia præcedere. Ad hoc resp. ꝙ illam actua-
lem quantitatem, vt disponentem materiam ad
recipiēdas varias formas, Auerroes posuit in ma-
teria prima, & ad hunc sensum, Auerroi refragat
D. Tho. sed cùm dicimus de mente S. Th. ꝙ mate
ria signata est materia prima cum actuali quanti
tate, tunc materia potius debet dici materia secū-
da, & subiectū ex Themistio 1. Phy. in digressio-
ne aurea dicta, & rō est, quia materia prima cum
aptitudine ad quantitatem; non est causa indiui-
duandi, & distinguendi, cùm in fundamento na
turę, vt est materia prima nuda, nihil sic distin-
ctū. 2. Met. 27. & ad hoc adduco experientiā ma-
nifestam, quia principiū indiuiduationis in Pla-
tone ſm S. Th. est materia signata, & materia hęc,
est actualiter diuisa ab alia parte materię q̄ est in
Socrate, ergo per actualem quantitatem, & opin.
S. Th. est Arist. cuius multis auctoritatib⁹ innitit,
in 3. Met. t. 11. 5. Met. t. 12. & 12. Meta. t. 5. & 49.
apud Zimaram in propria quæst. Aliqui verò alij
Thomistę dixerunt, principium indiuiduationis
nec esse quātitatem, nec materiam signatam, seu
materiam quantitate signatam, quamuis respe-
ctu nostri, melius explicetur distinctio unius in-
diuidui ab alio per materiam quantitate signatā,
Socrates. n. cognoscitur distingui à Platone, q̄a
habet materiam cū hac quantitate, Plato verò a-
liam materiam cum alia quantitate; principia tñ
essentialia, & intrinseca indiuiduationis sunt hæc
materia, & hæc forma: vnde hęc forma, est hæc
forma propter hanc materiam, & hęc materia est
hæc materia, propter hanc formam, nec circulus
iste est inconueniens, cū sit in diuerso gñe causę
2. Poster. cap. 3. quia materia indiuiduatur p for-
mam in gñe causę formalis, & forma per materiā
in genere causæ materialis: & hæc de opinione
prima, q̄ est S. Th. ꝙ principiū indiuiduationis est
materia cum actuali quantitate, quam defendit
2. opin. Gratiadeus. Secunda opinio est Petri Aureoli,
Adami in 1. d. 33. q. 8. Ocham 1. d. 2. & quol. 5. q.
12. & multorum aliorum, ꝙ natura seipsa est in-
diuidua; sed quia oportet assignare aliqd̄ princi-
pium p qd̄ natura indiuiduat in supposito mate
3. opin. riali, ideo opinio est insufficiens. Tertia opin. est
Henrici de Gandauo quol. 5. q. 8. & quol. 4. q. 6.
& pōstea Sco. quoad hoc, sed differenter in alio,
puta, quoad fundamentum negationis, quod est
hecceitas, ꝙ indiuiduum indiuiduatur p aliqd̄
negationem, inquantū est indiuisum à se, & diui-
Contra. sum ab oī alio: Contra, nulla priuatio est princi-
pium constitutiuū, ergo nec distinctiuū, ampli⁹
7. Met. t. c. 4. Actus est qui separat, & distinguit,
sed negatio non est actus, imò oppositum ipsius
4. opin. actus, ergo. Quarta opi. est Aegid. Rom. & Got-
fredi quol. 6. q. 16 & quol. 7. q. 5. ꝙ principiū in-
diuiduationis est quantitas. v. g. hic ignis differt
ab alio igne, q̄a hęc forma differt ab illa forma; in
quantū recipitur in hac parte materiæ, sed ista a-
lietas est per quantitatē, ergo iste ignis differt ab
illo p quantitatem: vult. n. Aegid. quantitatē, tā
quoad esse incōicabile, q̄ quoad esse distinctum
& demōstrabile esse principium indiuiduationis
D. Th. verò vult ꝙ quantitas est indiuiduationis
principium, tm̄ quoad esse distinctum, & demō-
strabile, quoad esse incōicabile verò à materia: nā
1. Cœli, dum dico cœlum dico formam, dum ve-
rò dico hoc cœlum dico materiā. Quinta opi. est 5. opin. Turisani.
Turisani plusq̄ Cōmentatoris 2. artis medicina-
lis, c. 44 qd̄ principium indiuiduationis est sola
forma, materia verò p accidens: Sexta opi. est Du 6. opin.
randi. 1. sen. d. 3. q. 2. q. dicit duplex esse indiuidua-
tionis principium, vnum videlicet intrinsecū, &
est essentia propria rei singularis, ut hęc materia,
& hæc forma, alterū verò est principiū extrinse-
cū, ut sunt hi parētes, & nō alij, à qb⁹ genitus est,
& hoc principium extrinsecū posuit ex Porph. ut
supra diximus. Septima opin. est Auer. 7. Met. cō. 7. opin.
34. 2. de Ani. t. cō. 2. 8. & 60. & 1. de Ani. cō. 90. ꝙ
tam materia, q̄ forma est principium indiuidua-
tionis, verum magis p̄r formā, secundariò verò
ipsa materia, qd̄ fortè dicere volebat Turisanus. 8. opin.
Octaua opin. est Nicolai Bonetti 8. lib. suę Metap.
qui circa naturam vniuersalium malè sentit in
Arist. ꝙ indiuiduum est hoc, seu indiuiduatur p
propriam actualem existentiam, & sic actualis e-
xistentia alicuius extra causam, & intellm, est rō
indiuiduandi illud: sed hæc opinio cuiuscunque
sit non pōt stare, quia adhuc de existentia posset
q̄ri: vndenam hēt ut sit hęc. Nona opi. est Sco. in 9. opin.
2. sen. d. 3. q. 6. quam subtilissimè declarat, & defen
dit Illust. ac Reuer. Card. Sarnanus, Scoticæ scho- Illust. Card. Sarnan⁹ Scotista subtilissimus.
læ fauor, & splendor ęternus, in sua aurea q. de
princ. indiuiduationis, q̄ opinio talis est. Natura
specifica contrahitur ad esse indiuiduale, p aliq̄
entitatem positiuam, q̄ dr̄ hecceitas, seu pprie-
tas indiuidualis indiuisibilis, & incōicabilis, hñs
se aliquo modo ad naturam specificam in cōtra-
hendo illam per modum actus, vel quasi actus,
sicut dr̄a in cōtrahendo genus: Hinc tres de mē-
te Scoti colligo conclusiones; prima. Oē indiui- 1. Conclusio
duum est indiuiduum per aliquem gradum enti
tatis positiuum, per se ipsum naturam ad singula
ritatem determinantem, qui gradus cōi nomine
vocatur dr̄a indiuidualis, hecceitas, seu entitas
hypostatica, incōicabilis, contractiua, & determi
natiua naturæ specificæ. Secunda conclusio est, 2. concl.
ꝙ tales dr̄æ indiuiduales sunt primò diuersæ, ne
sit processus in infinitum, & propterea seipsis dif
ferunt. Tertia conclusio est, ꝙ ista dr̄a indiuidua 3. concl.
lis non est de intrinseca rōne spēi, & indiuidui,
quia secus species non diceret totam quiddita-
tem indiuidui, sed est quidam modus intrinse-
cus, à quo natura specifica terminatur, & fit in-
diuidua, licet Petrus Tataretus hic dubio tertio
dicat, hoc positiuum esse intrinsecū indiuiduo,
formaliter tñ ab eo distinctum, & benè est subtilē
tabile, cùm spēs dicat tm̄ pdicata intrinseca cō-
munia cunctis indiuiduis, quę competunt eis, vt
conueniunt in specie, & hanc opinionem vt ma-

gis penetratiuem huius difficultatis, semper sectatus sum, in præsentiarum sector, & in futurũ diuiue ope sectabor. Ad auctoritates verò, q̃ materie sit principium indiuiduationis ex 7. Meta. 28.41.& 49.12.Met.49.& alijs, benè resp.Sco. & D.Trombetta, vt patet rectè intuenti, quicquid dicat ille Dominicus Biñes Hispanus, qui Scoti opinionem truncatam adducit, & suo modo vnico verbo confutat.p.p.q 3. sed hęc pro prime dubitatione cursim pro Nouicio sunt dicta, qui certus sit de mente Sco. ex 2.sen.d.3.q.2. q̃ indiuiduum materiale per aliquid positiuum intrinsecum, est, & cõstituitur in esse indiuidui. v.g. huic hoi repugnat diuidi in plures partes subiectiuas .i. in plures homines per aliquod intrinsecũ positiuum tanq̃ per propriam rationem, quod positiuum dr̃ esse per se causa indiuiduationis, p indiuiduationem intelligendo istam indiuisibilitatẽ, siue repugnantiam ad diuisibilitatem.

Sed hic q̃ret Nouicius, quidnam addit suppositum, seu indiuiduum, vt hic homo, supra naturam.i.supra humanitatem?

Secunda dubitatio, & rõ dubitandi. Ad hoc multę sunt opiniones, inter ques est opinio Scoti, adhuc fortè ab aliquibus non benè intellecta, quam nos declarabimus, & defendemus. Et rõ dubitandi est, quia natura prædicat̃, & est cõis pluribus, indiuiduum verò seu suppositũ minimè. Amplius indiuiduum per se generat̃ 7.Met.c.34.& 35.& per se operatur primo Meta. in prohemio, iuxta illud actiones sunt supposito rum, quod non competit per se primò ipsi naturæ, & totum deferendum est D. Caietano q̃ hoc punctum exactissimè pertractauit.

Prima opinio Henrici. Prime opinio est Henrici de Gandauo quolib.4.q.3. q̃ suppositum, vt Socrates, & hęc natura, puta humanitas, sunt idem secundùm rem, sed tñ ratione, seu modo intelligendi distincta. Nam Socrates se habet vt quod.i. vt habens naturam ab agente, nature verò se habet vt quo.i. qua Socrates est hõ:

Secunda opi. Heruei. Secunda opinio est Heruei quol. 3. q.6. quod sunt idẽ quantùm ad intrinseca, sed differunt quantũ ad extrinseca connotate realiter. v.g. Socrates est ipsa humanitas in concreto, & omnia quę consequuntur humanitatem, vt humanitas est, & alia prędicata extrinseca humanitati, & in supposito, puta, Socrate, particulari hoĩe reperta, v.g. Socrates est coloratus, frigidus, humanitas uerò non.

3. opin. apud Heruеum. Tertia opinio est apud Herueum, & Ioannẽ de Neapoli, q̃ suppositum & natura distinguuntur realiter medio modo inter intrinsecè, & extrinsecè; nam Socrates non est humanitas absolutè sũpta, sed significat humanitatem affectam accidẽtibus, q̃ non connotentur in ipsa humanitate.

Quarta opinio apud eosdem est, q̃ suppositum differt à natura realiter, sicuti totum realiter distinguitur à partibus, quod est contra Auerr. 1. Phy c.17. 4.Physi.c. 43. & 3.Cœli c.8. qđ indiuiduum dicit compositum ex natura, & esse existẽtię, natura verò, puta, humanitas minimè. 4.opin.

Quinta opinio est, q̃ Socrates, & hæc humanitas differunt per connotatum extrinsecum, quod cõnotatum, est actus essendi, qui licet connotetur p suppositum, non tñ est de essentia eius. est Capreoli 3.sen.d.5.q.3. 5.opin.

Sexta opinio est, q̃ suppositũ & natura sunt idem realiter, sed suppositũ addit vnũ negatiuum, videlicet, q̃ natura sustentat̃ in supposito, suppositum verò non sustentatur in alieno supposito, hæc opinio est Ioannis de Neapoli. 6.opin.

Septima opinio est Magistri Philippi Mucagatę viri peritissimi, in q.8. super caput de specie, q̃ indiuiduum nihil addit supra spẽm ſm rem, nisi solam dr̃iam indiuidualem, q̃ nec est substantia, nec accidẽs, sed modus intrinsecus, & dr̃ hecceitas: ad quam naturam heccheizatam, sequuntur proprietates indiuiduales accidentales, q̃ sunt in spẽ per accidens ratione indiuiduorum. 7.opinio.

Octaua opinio est Scoti 3.sen.d.1.q.1. q̃ rõ suppositi cõsistit in duplici negatione, & sic suppositum addit aliquid intrinsecum constitutiuũ indiuidui, sed illud est negatiuum, & hęc est duplex indepẽdentia, vna videlicet actualis, alia verò aptitudinalis, vnde indiuiduum seu suppositum, non dependet actu, nec aptitudine ab alio supposito, actu non dependet, ad dr̃iam huius albedinis in pariete, q̃ actu dependet à pariete substante: aptitudine, ad dr̃iam animæ separatæ, q̃ licet p se existat, non tñ est suppositum, nã ideo Plato est suppositum, quia nec actu, nec aptitudine terminat̃ ad aliud indiuiduum, puta, Socratem, quæ duæ negationes sunt fundatæ in subsistentia, positiue, intrinseca, & constitutiua ipsius indiuidui, quod vt subsistens, est incõicabile, vt quo, & vt quod: ſm Sco. 1.sen.d.2.q.7. ibi, suppositum autẽ est incõicabile duplici incõicabilitate sibi opposite, & hanc opinionem ego sequor. 8.opin. Sco.

Vel dic q̃ suppositum addit supra naturam, subsistentiam, seu personalitatem, ſm alios. Tandem contra textualem conclusionem arguunt Aegidius Romanus, & Ant. And. ad probandum, quod genus nõ prædicatur de specie, sed de hoc in cap. de Genere satis diximus. & hæc de cap. de specie, ad laudem Beatissimæ Mariæ, ante partum, in partu, & post partum Virginis semper speciosæ.

CAPVT

CAPVT DE DIFFERENTIA.

Textus primus.

DIfferentia verò & communiter, & propriè, & proprijssimè dicatur. Nam communiter quidē differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate differt quocunque modo, vel à seipso, vel ab alio. differt enim Socrates à Platone alteritate, & ipse à seipso, & puero existente, & viro facto, & faciente aliquid vel quiescente: & semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Propriè autem differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. Inseparabile verò accidens est, vt cæsitas oculorū, aut nasi curuitas, aut cicatrix cùm ex vulnere occalluerit. Proprijssimè autem differre alterū ab altero dicitur, quando specifica differentia differt: quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt, rationali qualitate.

Continuatio textus.

AMmonius, Albertus Magnus trac. 5 cap. primo. & Caietanus. Caput hoc de differentia, ad priora sic cōtinuant, postquam Porphy. tractauit de genere, & specie, q̄ sunt correlatiua. Nunc vult tractare de differentia diuisiua generis, & constitutiua speciei, inquit Paulus Venetus, quę & si ordine naturę deberet pręcedere speciem, tamen præceptionis consequio, idest ordine doctrinæ ipsi speciei postponitur ipsa differentia, vt inde optimè, & scitè admodū dicat Caietanus, quòd ordo præposterus à Porphyrio hic est obseruatus, dum differentiam post posuit speciei. Nam differētia in prohemio prius erat posita, quàm species, sicut principium prius est principiato, sed huius causa fuit, inquit Albertus, adinuicem corollatio, uel correlatio speciei ad genus, & generis ad speciem, ut completa haberetur vtriusque notitia, & hæc, inquit Caietanus, fuit Porphyrij legitima excusatio: Aegidius verò Romanorum decus, & Antonius Andreas eius in multis imitator, Gratiadeus, & Soncinas sic continuant: postquam in præcedentibus, Porphyrius determinauit de vniuersalibus, vel pręd icabilibus, quę prædicantur in q̄d, hic nunc intendit determinare, & determinat de his quæ prædicantur in quale. Nam omne prędicabile, aut prædicatur in quid, aut prædicatur in quale: si in quid, aut uidelicet, de plurib. differentibus specie, & sic erat genus; aut de pluribus differentibus numero, & sic erat species: si in quale adhuc dupliciter, aut uidelicet in quale essentiale, aut in quale accidentale: si in quale essentiale, sic est differētia, & est præsens caput, quod modo explicandum sumpsimus; si in quale accidentale, adhuc dupliciter, aut videlicet in quale accidentale conuertibiliter, & sic est proprium primo Topicorum cap. quarto. Aut in quale accidentale non conuertibile, & sic est accidens cōmune, quod est vltimum prædicabile, vt infra suo loco dicetur; vnde afferendo de mente Aegidij, & Antonij Andreę, totalem diuisionem triū reliquorum prędicabilium, dicendum; quod primò determinat de differentia, quæ est prędicatum essentiale: secundò verò de prædicabilibus, quę prędicantur in quale accidentale. Diuiditur præsens caput de differentia à Caietano in tres partes: At secundùm Aegidium, Antonium Andream, Ioannem de Magistris, & Petrum Tataretum egregium Scotistam, Paulum Venetum, & Burleū. Melius caput hoc in duas diuiditur partes. In quarum prima, diuisiones aliquas differētiæ affert, quę sunt quinque, partim diuisiones, & partim subdiuisiones, vt inquit Aegidius: In secunda uerò quinque affert differentiæ diffinitiones, quamuis descriptiones illas appellet Petrus Niger. quæstio. 53. conclusione prima, quas ex illis diuisionibus colligit, hinc inquit Anton. Andreas, quod Porphyrius differentiam distinguit ut eligat, & secundò eligit, ut diffiniat, & sic in duas partes principales diuiditur hoc caput, videlicet diuisiuam, in qua apparent quinque diuisiones, & diffinitiuam, in qua apparent totidē diffinitiones. Sed hic dubitabit Nouicius, quot sunt istę, differentiæ diuisiones? Ad hoc respondent Burleus, Gratiadeus, & Sōcinas, q̄ sunt tres; Aegidius verò, & Paulus Venetus, q̄ sunt quinque, sed concordari possunt, quia isti dicunt esse quinque diuisiones, & subdiuisiones: illi verò dicunt esse tres tantùm principales diuisiones. — Diuisio.

Diuisio textus.

Diuiditur præsens textus in tres partes: in prima ponit diuisionem trimembrem ipsius differētiæ dicens, quòd differentiarum: alia est communis, alia propria, alia uerò magis propria, seu proprijssima: In secunda parte assignat tria exempla de differentia propria: In tertia verò parte, comparat hæc tria significata differentiæ, declarando earum conuenientiam, & discrepantiam. In prima parte inquit Porphyrius, quòd differentia communis est illa, qua vna res differt ab altera re, alteritate, idest accidentaliter, vel à se ipsa, verbigratia, Socrates differt à Platone, alteritate, idest aliquo accidente, puta albedine, quæ facit Socratem esse alterum a Platone in accidentalibus, eo quòd accidentia vnius non sunt in altero, iuxta naturam accidentium, quæ numerantur, & multiplicantur ad multiplicationem subiectorum sine quibus nō possunt naturaliter esse, primo Physicorum, textu 39. quarto Metaphysices 25. & septimo Metaphysices, commen. secundo, & hoc si sunt accidentia producta per actionē transeuntem, secundùm Scot. primo Poste. q. 4.

ad secundum argumentum', vel Socrates alteritate differt à seipso, v.g. Socrates sedens differt à se ipso currente, & senex à seipso puero, per accidentia iuuẽtutis, & senectutis, inquit Alb. q̃ sunt augmentatio, & diminutio, & 3. Phys. t. 7. Dña propria est, qua alterum differt ab altero accidente inseparabili, vt Sortes simus .i. habens nasum simum, differt à Platone Aquilino .i. habente nasũ

Verba text°. Aquilinum: [inseparabile verò accidens, &c.] ponit nunc in hac secunda parte textus, tria exẽpla de dña propria, seu accidente inseparabili, & aũt. v.g. nasi curuitas, uel simitas in naso simo, qui simus dicitur, quia naso simiæ comparatur, inqt Alb. fuit. n. inquit Apuleius, Plato latus facie, Socratea autẽ non, sed oblonga: [Cesitas oculorũ,]

Verba text°. secundùm Boetium .i. ceruleus oculorum color, uel glaucus oculorum color, qui cęsius, uel ceruleus appellatur, licet Aegidius. Ant. And. & plerique alij mendosum habeant textum, legentes, cęcitas, & male: [& cicatrix cùm ex uulnere occa-

Verba text°. luerit] i. callo indurata fuerit, & inseparabilia facta, quę indiuiduorum stigmata appellantur, quibus cognoscuntur, licet Aegidius legat, cùm caluerit .i. post vulnus indurata fuerit; Ant. And. uerò legit, concaluerit. Albertus verò, & Gratiade' occaluerit .i. indurata fuerit, & Ioan. de Magistris

Verba textus occalluerit .i. indurauerit. [propriissimè autẽ differre, &c.] In hac tertia parte, differentiam maximè propriam declarat, & omnes tres ad inuicem cõparat dicens q̃ differentia magis propria est, qua alterum differt ab altero per differentiã specificam. v.g. Homo differt ab equo, per rationalitatem, & dicit, q̃ omnis differentia facit alteratum, idest essentialiter, uel accidentaliter differre, faciens rem aliter se habere, cui aduenit, sed communis, & propria faciunt solùm alteratum, idest differre accidentaliter, differentiæ uerò magis propriæ faciunt .i. differre essentialiter, & uocantur specificę, constitutiuę specierum. Nam alterum, est relatiuum diuersitatis in accidentibus', aliud, verò relatiuum diuersitatis in substantia. Ad terminorum declarationem nunc accedamus.

Verba textus . [Differentia.] Iste terminus, differentia, deriuatur à verbo differo, differs, & dupliciter sumitur, uno modo, uidelicet pluraliter & adiectiuè .i. in numero plurali, sic 10. Metap. t. com. 12. differentia sunt alicui eidem entia .i. in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt, & 2. de Anima, tex. 152. differentia in subiecto differunt in esse, & 1. de anima 53. & decimo Metaphysices 25. differentia secundùm speciem, differunt secundùm formas, & decimo Metaphysices 24. differentia in materia, & cõuenientia in forma differunt secundùm accidens: alio modo sumitur, differentia, singulariter, & substantiuè, sic 12. Metaphysi. commen. 39. dicebat Auerroes, quòd magna differentia est inter ea, quę differunt secundùm esse, & intellectum, & ea quæ differunt intellectu tantùm, & quinto Metaphysices, commento 59. differentia substantialis qualitas dicitur, sic in præsenti Porphy. differentiam specificam vocat rationalem qualitatem: & 10. Metaph. 14. differentia non est inter ea, quę sunt extra genus, sed inter ea quę sunt in eodem genere, sic dicit in pręsenti Porphyrius, q̃ homo differt ab equo, per rationale, licet commune eis sit animal vt genus.

Differentia verò substantiuè sumpta, adhuc potest dupliciter sumi, vno modo, videlicet primò intentionaliter. v.g. pro rationalitate, quę aduenient & contrahens animal, constituit speciem, puta hominem: alio modo sumitur secundò intentionaliter, idest pro secunda intentione, prout est quidam respectus causatus per actum collatiuum intellectus, comparantis eam ad naturam genericam, quam diuidit, cùm genus diuidatur per differentias oppositas, & ad naturam specificam quam constituit, & sic sumitur in pręsenti; & secundùm Scotum est vnum de quinque prędicabilibus, & sic potest dupliciter sumi, vno modo videlicet, vt quid, & sic est species vniuersalis, & per suam differentiam, quæ est, prædicari in quale, differt ab alijs prędicabilibus, si pro differentia magis propria sumatur, vel consideratur vt modus, & sic differentia non est species, sed prædicabile distinctum à specie: nullam habens differentiam, nec definitionem quidditatiuam. Differentia tripliciter potest sumi.

Dubitatio. Quòd si dicas, quid de differentia pro prima intentione sumpta? prædicatur ne de sua specie?

Resp. Respondeo differentia hæc pro prima intentione, dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet in abstracto, & sic non prædicatur de specie, ista enim est falsa, homo est rationalitas: alio mõ consideratur in concreto, & sic prædicatꝰ de spẽ, dicendo homo est rationalis.

Dubitatio. Dices, vtrum differentia sic sumpta sit forma, speciei?

Responsio Forma tripliciter potest sumi. Respondeo forma tripliciter potest sumi, vno modo pro quadam entitate educta de potentia materiæ, vel inducta in materiam, quę est altera pars compositi, sic secundo Physicorum, com. 4. 1. de Anima 90. 7. Metaphysices, commento 5. & octauo Metaphysices, commento septimo, dicebat Auerr. quòd forma est principium, & causa substantiæ demonstratæ, seu substantię particularis, quæ dicitur hoc aliquid, & in libro destructionum, disputatione decima, in solutione secondi dubij, dicebat idem Auerroës, q̃ forma illa dicitur per quam primò, & quidditatiuè ens est ens, à qua prouenit operatio in quolibet ente, est enim forma substantialis actus primus, faciens vnum per se cum materia, principium quo, propriarum operationum 3. de anima, tex. 5. & hoc modo sumendo formam, differentia non est forma; secundo modo sumitur forma metaphysicaliter, pro omni quidditate communicabili, vt quod, vel quo, & sic genus, species, & differentia dicuntur formę, genus enim dicitur forma vniuersalis, & differentia forma particularis 2. Phy. 28. 1. Metaph. 17. 7. Metaph. 43. & 8. Metaphysic. com. 6 sic 5. Metap. com. 35. & 37. dicebat Auer. q̃ partium, quædam sunt formales, & quædam materiales, & quia prius genus contrahitur per diffe-

differentiam, deinde causatur species; ideo 1. Physic. com. 29. dicebat Auerroes, quod partes definitionis, vt sunt genus, & differentia, precedunt diffinitum. Tertio modo sumitur forma, pro quidditate communicabili, contrahente alteram quidditatem, ex qua contractione resultat tertia entitas, ex natura rei distincta ab vtraq; illarũ quidditatum, & sic genus dicitur materia speciei, & Differentia dicitur eius forma 10. Metaphysi. com. 24. & tunc sumendo formam tertio modo, differentia est forma: Sed dubitabit Nouicius de origine ipsius differentiæ, seu inuentione eius, quomodo inuenitur? Ad hoc respondeo cum Arist. 1. Topic. c. 14. vt ibidem bene dicunt, Alexander Aphrodiseus, Auerroes, & S. Thomas in summa Logices c. 4 ex opusculo 48. videlicet, quod cùm perspicit intellectus, aliqua duo, vel plura conuenire in aliquo essentiali, & differre in aliquo accidentali, v.g. considerans intellectus Socratem, & Platonem, conuenire in Animalitate, & Rationalitate, & differre in albedine, vel caliditate, abstrahit albedinem illam in qua differunt, vel simitatem, & cicatricem, & imponit eis nomen differẽtię cõmunis, vel differentiæ propriæ. Amplius considerans intellectus, quod aliqua duo conueniunt in aliquo essentiali, & differunt in alio etiam essentiali, v.g. hominem, & equum conuenire in aliquo essentiali, quod est animal, & differre in alio etiã essentiali, puta in Rationalitate, tunc intellectus abstrahit hanc rationalitatem, in qua homo, & equus differunt, & tribuit illi nomen differẽtiæ specificę, si verò reperiet, quod hoc in quo ista differunt, competit multis differentibus specie, tunc tribuit ei nomen speciei subalternæ, vt est ly, corporeum, Animatum, sensibile, quæ sunt differentiæ subalternæ, & genericę, seu constitutiuę generum subalternorum. Sed hic dubitabit Nouicius, an differentia sit substantia, vel accidens? Respondit ad hoc Petrus Niger q. 53. sui clypei dubio secundo, quod abstrahit ab vtroque, quia intentio differentię potest applicari, substantiæ, & accidenti, & sic differentia substantialis substantiarũ est substantia, differentia verò essentialis accidentium est accidens. Sed ista respõsio pace eius dixerim nullo modo potest stare, eo quia differentia pro secunda intentione sumpta siue applicetur substantiæ, siue accidenti, semper est accidens, cùm sit ens rationis. Secunda opinio est cuiusdã in suo quęsito, more solito exponentis bractea vento, qui dicit se lectitasse multos auctores, & nullum vidit, & cum suo soluat Apollo, arguit, decretando ex visceribus Aristotelis, vt ipse inquit, differentiam esse substantiam. Et ad hoc adducit multas rationes. Sed ista opinio ridiculosa est: tum nihil distinguat differentiam. Et ideo scholaribus nihil fructuosa, vt patet lippis, & tonsoribus. Et de hoc suo quæsito, illud mihi dicendum occurrit, quod de quadam muliere dixit quidam iuuenis, quędam enim mulier valde ornata, cuidam iuueni dixit, nõ ne pulchra sum? cui ille dixit, O mulier multa, & pulchra duae tibi appensa. Sit etiam huic quęsito multæ sunt Auerrois auctoritates appensæ, doctrina verò in eo contenta turpia est, friuola, & infructuosa. Sit igitur Tertia nostra opinio nullum relinquens bęsitandi locum, quæ hac distinctione perstringatur. Differentia dupliciter sumi potest, vno modo videlicet pro secunda intentione, alio modo pro prima intentione: si sumitur pro secunda intentione, prout est vna species, vniuersalis, quod est adęquatum subiectum huius libri, sic sit prima conclusio contra primam opinionem; Differentia est accidens, cùm sit ens rationis consequens comparationem passiuam intellectus possibilis comparantis vnum obiectum cognitum ad alterum obiectum cognitum, hæc conclusio verissima est, & in Schola subtiliũ satis comprobata; si verò sumatur differentia pro prima intentione, sit secunda conclusio. Differentia pro prima intentione sumpta, nec est substantia, nec accidens positiuè, vtrumque tamen permissiuè; Dico non positiuè, quia si differentia vt differentia, positiuè, & actu esset substantia, tunc omnia differentia esset substantialis, & sic nulla daretur differentia accidentalis. Si verò differentia vt differentia, esset accidens tunc omnia differentia esset accidentalis, & nulla substantialis, & hęc concl. est cõtra secundam opinionem. Tertia conclusio, permissiuè differentia est substãtialis, & accidentalis, eo quod differentia primò intentionaliter sumpta applicari potest substantiæ, & accidenti. Et sic differentia substãtialis est substantia. Vt verbi gratia Rationalitas, quæ differre facit hominem, & equũ sub Animali, vt inquit Porphyrius cap. de differentia. Differentia verò essentialis accidentibus, est accidens v.g. disgregare visum, est differentia accidentalis, quia est differentia albedinis, quę est accidens; similiter continuũ & discretum sunt differentiæ accidentales, quia sunt differentiæ quãtitatis, quæ est accidens. Vnde sicuti differentia substantialis est intrinseca substantiæ, ita etiam differentia accidentalis est intrinseca accidenti, extrinseca verò substantiæ, quod benè tetigit Auerroes. 7. Metaph. com. 14. vbi inquit quod accidentia habent quidditates. Vbi notabis Nouicie, quod duplex est substantia, quædã enim est substantia secundùm rem, & secundùm modum, & hęc est substantia cõplexa subsistens, seu hoc aliquid, vt Socrates, & hic equus. Alia substantia est secundùm rem, sed non secũdùm modum, quæ dicitur substantia incompleta, & talis substantia est differentia, substantialis, & sic quãdo Aristoteles videtur separare differentiam à substantijs, non simpliciter separat differentiam à numero substantiarum, sed à numero substantiarum perfectarum. Et per hanc doctrinã, paucis verbis, cuilibet interroganti satisfacies, de differentia. Vtrum sit substantia vel accidens, quærenti.

[Et communiter, & propriè, & proprijssimè, dicatur] Hęc est prima diuisio Differentię; Sed dubitabit quis, cur dixit, [communiter?] Respõdeo cum Alberto tract. 5. cap. 1. quod ideo communis dicitur, eo quod talem differentiam attendunt com-

Marginalia (left): Dubitatio. — Responsio. — Dubitatio. — 1. Responsio — Contra. — 2. resp. & confutatio.

Marginalia (right): 3. Propria responsio. — 1. Concl. — 2. Concl. — 3. Concl. — Verba textus — Verba textus

communniter loquentes; seu quia tales differētiæ sunt in vsu apud cōmmuniter loquentes:vt dicit etiam Tiberius Bononiensis. Vulgus enim assignando rerum differentias, per eas res adinuicem differre putat, quæ forinsecus in rebus per sensus communiter apprehendit; idipsum etiam dicit Petrus Tataretus Scotista, notabili primo, & Caietan* dubio primo notabili, tertio talia sunt sensibilia accidentia, quæ communiter differētiæ dicuntur, quia sunt accidentia communia, quę cōmuniter, & leuiter faciunt vnum ab altero differre, licet communiter; idest, largè, exponat Gratiadeus Esculanus. [Et propriè] Dices, cur dicitur propriè? Respondeo cum Alberto, quod ideo propriè dicitur, quia per causam naturalem est appropriata illi in quo est, vt est simitas, vel Aquilinitas in naso, quæ simitas dicitur accidens proprium, quod fluit à materia, sicuti etiam crispitudo capillorum, glaucedo oculorum, &c. non autem dicitur accidens proprium, quod fluit à forma, vt est risibilitas in homine, quę fluit à forma specifica hominis, quæ est rationalitas, & hinnibilitas in equo, quæ fluit ab equinitate, seu differentia specifica equi, quam cùm ignoremus per accidentia circumloquimur 7. Metaph. 41. & 8. Metaph. com. 5. vel magis appropriatè per equinitatem, vt inquit Auicennas, quod equinitas est tantùm equinitas. Vel dicere possumus, quod ista differentia dicitur propriè, quia facit differre propriè per appropriata materialia, vel quia est in vsu propriè loquentium .i. Philosophorum, propter differentiam communem, qua vtitur vulg*: [Magis propriè, seu propriissimè] Dices, cur dixit Porphyrius propriissimè? Respondeo cùm Alberto, quia est forma essentialis, & ratio speciei cuius est differentia, principiū substantiæ vt forma perfectiua materię, & determinatiua confusionis eius, & principium rei, quæ composita est ex materia, & forma; est enim differentia qualitas naturalis generis, perfectiua potentiæ illius, & determinatiua communitatis, & cōfusionis eius vt inquit Auicennas: vel ideo dicitur propriissimè, quia est in vsu magis propriè loquentium, scilicet sapientum, qui cognoscunt differentias magis propriæ rerum differentium: sed iuditio meo melius dixit D. Caietanus, quod magis propriè dicitur, quia causatur ex his, quæ maximè rebus insunt, vt sunt differentiæ essentiales, quæ constituunt res sic differentes. [Dicatur]. Ammonius inquit, quod ideo sic habet Porphyrius, vt indicaret se hoc vocabulum extruxisse, seu inuenisse. Est enim hic loquendi modus apud veteres vsitatus. Hinc Mauritius in q. 1. pędicabiliū, animaduertit, in doctrina subtilis Doctoris esse obseruādū, quod quando inquit, dicitur, de mente aliorum loquitur, quando verò loquitur ad mentem propriam his vtitur verbis, videlicet. Dico, potest dici, vel dicendum; quod obseruat etiam S Tho. in sua aurea summa, quando inquit, Respondeo dicendum. Et Arist. 5. Phy. 18. Sed hic occurrit dubitatio; qualis nam est ista differentię diuisio, in communem, propriam, & magis propriam? Ad hoc respondent Albertus Magnus, Auicennas, Caietanus, & Paulus Venetus, quod diuisio ista est, Analogi in sua analogata, non autem æquiuoci in æquiuocata, sicuti erat diuisio generis, in genus politicum, Naturale, & Logicum: & diuisio speciei in speciem sumptam pro pulchritudine, & pro illa quę ponitur sub genere: & quòd sit Analogi in sua analogata patet, quia differentia prius prędicatur de differentia magis propria, & de propria, & communi; vnde Auicennas in hoc cap. inquit, quod significata speciei, & generis aliter se habent, quàm significata differentiæ, quia ex significatis ipsius generis, solùm tertium, puta, genus cui supponuntur species, deseruit Logico, & ex significatis speciei, sola species quæ ponitur sub genere, & de qua genus prędicatur in quid; sed tria significata differentiæ omnia ad Philosophum, tam realem vt Physicum, quàm rationalē, vt Logicum, pertinent: Aut. And. verò, & Petrus Tataretus Scotistæ, Auer. & Tiberius Bononiensis, Sco. q. 23. ad primum, Anglicus, & Mauritius aliter respondent dicentes, quod diuisio ista, est vocis in suas significata, seu ęquiuoci in sua ęquiuocata, non tamen purè ęquiuocè, sed secūdùm illam ęquiuocationem, secundùm quam vox significat vnum propriè, alterum verò trāsumptiuè, nam differentia prius dicitur de differētia magis propria, deinde per quandam similitudinem, & transumptiuè dicitur de differentia propria, & communi. licet opposito modo loquaē vulgus, & sic hęc secunda opinio non multū distat à prima; sed cùm Ammonio dicere possumus, & Burleo, quod est diuisio puri æquiuoci in sua ęquiuocata, sicuti est diuisio generis, & spēi in sua significata: vnde dicebat Ammonius in c. de genere in principio, quod breuitati studens tria reliqua prędicabilia non nominauit Porphyri*, ad illum sensum ad quē nominauit genus, & speciem, sed genus, & species non dicuntur simplici termino modo seu vniuocè, sed ęquiuocè, ergò & reliqua tria prędicabilia etiam sic se habent, vnum ex quibus est differentia. Sed Scoti opinio est optima, quam infra melius declarabo.

Et nihil obstat dicere, quod differentia principaliter dicitur de magis propria; quia genus dicitē ęquiuocè, & principaliter intenditur de genere Tertio modo sumptu; quod facit primum prędicabile, sicuti diffrētia tertio modo sumpta facit tertium prędicabile. Sed hic dubitabis Nouicius, quot, & quę sunt attributa ipsius differētię magis proprię pro prima intentione sumptę? Respondeo ad hoc cum Ioanne de Magistris dubio tertio, Petro Tatareto notabili tertio, & Tiberio Bononiēsi Auerroista super hoc caput de differentia, quod triplex est officium differentię, videlicet diuidere, cōstituere, & diffinire, idest, tres sunt actus differētię specificę, seu magis proprię pro prima intentione sumptę. Primus est, diuidere genus, à quo differentia nominatur formaliter diuisiua generis. Secundus actus est, constituere speciem, à quo differentia dicitur formaliter constitutiua speciei. Tertius actus est facere differ-

Dubitatio. Responsio. Verba text*. Dubitatio. Responsio. Caietanus. Verba text. Dubitatio qualis sit diuisio differentiæ. 1. Opinio. 2. Opinio. 3. Opinio. Motiuū primæ, & secundæ opinionis. Dubitatio. Resp. Triplex munus differentiæ.

differre ſpeciem, quam conſtituit, à qualibet alia ſpecie, à quo actu differentia dicitur formaliter differentia, & quòd talis differẽtia habeat diſtinguere, apparet ex hoc, ꝙ differentia magis propria, eſt præcipua pars definitionis, quæ definitio dicitur terminus 2. Phyſic. tex. 19. 6. Metaph. tex. 2. & primo Topic. c. 4. eo ꝙ terminat eſſentiam definiti, & diſtinguit ab omni alio ipſum definitum.

Verba text. [Socrates differt à ſeipſo, puero exiſtente, & viro facto] : Contra hoc

Dubitatio. dubitatur, dictum eſt ꝙ differentia inuenitur, quando intellectus conſiderat aliqua duo, quæ in vno conueniunt, & in alio differunt, ſed Socrates ſenex, eſt idem numero cum ſeipſo iuuene, & vnũ non differt à ſeipſo, ergò malè dicitur, ꝙ Socrates ſenex differt à ſeipſo iuuene.

Reſponſio. Ad hoc Reſpõdeo, ꝙ non valet iſta conſequentia, Sortes ſenex differt a ſeipſo puero, ergò Sortes differt à ſeipſo; eſt enim Sic arguere à ſecundùm quid, ad ſimpliciter. Et ideo dico, ꝙ iſta propoſitio dupliciter poteſt ſumi, vno modo propriè, vt dicamus, Sortes eſt ſenex, & Sortes eſt puer, & Sortes ſenex nõ eſt ſortes puer, & hoc modo ſumpta hæc propoſitio, eſt falſa. Alio modo ſumitur impropriè, Sortes alio modo ſe habet .i. cum alijs accidentibus quando eſt ſenex cum accidentibus ſenectutis, & alio modo quando eſt iuuenis cum accidentibus iuuentutis, & ſic eſt vera, Sortes ſenex differt à ſeipſo iuuene, quia idem Sortes eſt modò cum iuuentute in hoc tempore, & poſtea cum ſenectute in alio tempore, ſemper perſeuerans idem numero ſortes, differens à ſeipſo ſolùm accidentaliter, permutatione talium accidentium, in talibus temporibus facta, & ſic idem ſortes indiuiſus à ſe eſſentialiter, hypoſtaticè, & ſuppoſitaliter, poteſt à ſeipſo differre accidentaliter, inquantùm modò eſt ſub vno accidente, modò verò ſub altero.

Verba textus [Inſeparabile verò accidens eſt,] In his verbis completur diuiſio trimembris ipſius differentiæ:

Dubitatio. Sed ſtatim quæret Nouicius, quomodo ſumitur ſufficientia huius diuiſionis?

Reſp. notab. Reſpondeo ſic. Omnis differentia, vel facit differre ſubſtantialiter, vel facit differre accidentaliter. Si accidentaliter, adhuc dupliciter. Aut, videlicet, per accidens ſeparabile, & ſic eſt differentia communis, aut per accidens inſeparabile materiale, vt ſimitas in naſo, & ſic eſt differentia propria: Si verò facit differre ſubſtantialiter, adhuc dupliciter, aut videlicet genere, vt hominem, & colorem, aut ſpecie. Vt hominem, & equũ per rationale, & ſic eſt tertia differentia, quæ dicitur magis propria ſeu ſpecifica .i. conſtitutiua ſpeciei, & hæc ſola differentia eſt, quæ facit tertium prędicabile, & apud Albertum tract. 5. cap. 1. ab Auicenna ſic definitur, differentia eſt vniuerſale, ſimplex prædicatum, de ſpecie in quale quid. Differentia verò cõmunis, & propria, faciunt prędicabile accidentis: his igitur ſic declaratis, & dubitationibus explicatis: literam conſtrue. Si prius à me fueris monitus, ne dicas, ꝙ ſortes differt à Platone alteritate .i. diuerſitate, vt quidam dixit, & ante ipſum Gratiadeus. Sed dicas alteritate .i. accidente, quod facit vnũ, eſſe alterum ab altero .i. accidentaliter differre; & ratio eſt, quia alteritas eſt differentia fundata in accidente, Diuerſitas verò differentia fundata in ſubſtantia, & eſſentia; ſic 5 Metaph. cap. de diuerſo, & ex Auerroe, tract. 1. Metaphyſicali habetur, ꝙ vnum eſt diuerſum ab alio per ſuam eſſentiã, ſed differens eſt per aliquid exiſtens in eſſentia, & 4. Metaph. tex. com. 28. diuerſarum rerum, diuerſæ ſunt etiam definitiones. Vnde Plato ſedens, non eſt diuerſus à Socrate deambulante, ſed illi diſſimilis 10. Metaph. com. 10. Caue etiam ne dicas, vt ille met paulò infra notabiliter dicit, ꝙ differentia communiter dicta, ideo dicitur communiter, quia inſit communiter in omnibus, nam hoc falſum eſt, quia tunc differentia deberet dici potius conuenientia, illud enim in quo omnia conueniunt, non differentia, ſed cõuenientia eſt dicendum; & ꝙ ita ſit; teſtis ſit Albertus Magnus tract. 5. c. 1. Cuius verba ſunt iſta. Nec tales differentię communes, ideo dicũtur, quia rebus inſint communiter, quas faciunt differre, ſi. n. ſic eſſet, non dicerentur differentiæ, ſed conuenientię: ſed cur ita dicuntur, vide ſupra grauiſſimorum Logicorum varias, ac ſapidas interpretationes, gloſulas, & gloſamenta.

Confutatio cuiuſdam.

Qui enim facilia faciliter legit, facile falſitates diſſeminat: literã igitur ſic conſtrue.

Conſtructio literæ. [Differentia verò] .i. & differentia etiam, quæ tertio loco ponitur inter prædicabilia, vt terminus ęquiuocus [communiter, & propriè, & propriſſimè dicatur] .i. dicatur à me [communiter] .i. differentia communis, & largo vocabulo differentia, quo modo ea vulgus, & communiter loquentes vtuntur, inquit Albertus [Et propriè] .i. alio modo dicatur differentia accidens inſeparabile, ſiue à natura vt cęcitas oculorum, ſiue à caſu, & fortuna, & cicatrix cùm ex vulnere occalluerit. [Et propriſſimè] .i. maximè propriè, ſeu ſpecifica; vt rationalitas in homine. [Nam communiter differre alterum ab altero dicitur] .i. dicit, & nominatur aliquid communiter .i. differentia communiter ſumpta, vnum differre ab altero. [Quod alteritate differt quocunq; modo] .i. qđ qualitercunq; etiam leuiſſimè differt ab aliquo, alteritate .i. accidente, quod eſt relatiuum diuerſitatis in accidente. [Vel à ſeipſo,] .i. dum vnum, & idem diuerſo accidentali reſpectu differt à ſeipſo [vel ab alio] .i. vel quòd differat ab alio à ſe diſtincto ſecundùm ſubſtantiam, & eſſentiam. [Differt enim Socrates à Platone alteritate] .i. accidentaliter, [Et ipſe Socrates à ſeipſo] Et puero exiſtẽte] .i. ex eo quòd erat puer, [Et viro facto,] .i. à ſeipſo nunc cùm ſit vir Adultus. [Et faciente aliquid, vel quieſcente] i. Et idem Socrates numero, nunc quieſcens differt à ſeipſo, prius faciente aliquid, ſeu operante aliquid, vel deambulante.] Et ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur] .i. & hęc differentia cõmunis [ſemper ſpectatur] .i. conſideratur [in aliquo modo .i. ſecundùm aliquem modum [habendi ſe] .i. habendi ſe diuerſimodè ad ſeipſum, vel ad aliũ [Alteri-

teritatibus].i. quibuscunque alteratiónibus, vel p accidentia cuiuslibet generis, siue cito, siue tardè separabilia: [propriè autem differre alterum, ab altero dicitur].i. propriè, seu per differentiam propriam, dicitur vnum esse differês ab alio [quando inseparabili accidente].i. per accidens, quod à subiecto separari non potest, vnum differt ab altero. [Inseparabile verò accidens est].i. illud appellatur accidens inseparabile [vt cęcitas oculorum].i. cæsitas, seu cæruleus oculorum color, secundùm Boetium. [Aut nasi curuitas].i. nasi obliquitas, vt est simitas, vel Aquilinitas [Aut cicatrix cùm ex vulnere occalluerit].i. aut cicatrix cùm callo indurata fuerit: [propriissimè autẽ differre alterum, ab altero dicitur].i. tunc denominatur aliquid differens ab aliquo, propriissimè, seu differentia propriissimè dicta [quando specifica differentia differt].i. quando aliquid differt ab aliquo per differentiam, quæ specifica, seu specici constitutiua dicitur. [Quemadmodum homo ab equo, specifica differentia differt].i. Homo differt ab equo per specificam differentiam [Rationalis qualitate].i. rationali qualitate, secundùm Aegidium, Aut. Andream, Ammoniũ, & Io. de Magistris substantialis enim differentia, qualitas dicitur 5. Metaphysi. com. 19. constructa igitur litera, duas ex ea colligamus.

CONCLVSIONES.

1. Conc. tex. *Prima conclusio. Diuisio trimembris differentiæ, in communem, propriam, & propriissimam, est à* 2. Conc. tex. *Porphyrio sufficienter tradita. Secunda conclusio. Ista est vera propositio, Socrates senex differt à seipso puero.*

Arguitur 1. SED contra primam conclusionem. Arguitur primò. Omnis bona diuisio debet esse bimembris, & per mẽbra opposita secundùm Boetium in libro de diuisione, sed ista diuisio est nõ bimembris, sed trimembris, & non per membra opposita, ergo. Minor probatur, quia vnũ membrum sequitur ad aliud; vnde valet hæc consequentia, differunt magis propriè, ergò propriè, differunt magis propriè, ergò cõmuniter, ideſt, aliquo accidente, vel differunt propriè, ergò com-

Responsio. muniter. Ad hoc q. 23. Respondet Scotus, & in cap. de differentia q. 1. Ant. Andreas, ꝙ ista diuisio, & si non actu, aptitudine tamen est bimembris, ad actum autem reducitur hoc modo: Differentiarum, quędam est magis propria, & quædam non magis propria; Non magis propria duplex, quædam est propria, quędam verò communiter, & sic vniuersaliter omnis diuisio non bimembris reducitur ad bimembrem, licet nos supra aliter posuerimus hanc reductionem, & infra de mente Porphyrij aliter dicemus: & ad illud ꝙ vnum membrum diuisionis sequitur ad aliud. Respondeo, ꝙ debet intelligi cum pręcisione .i. cùm ly, tantùm, quia quęlibet differẽtia facit differre suo modo; vnde differentia communis facit pręcisè .i. tantùm, differre communiter .i. aliquo accidente, Differẽtia verò propria facit differre accidente proprio materiali inseparabili, sed non tantùm, similiter differentia specifica facit differre per aliteratem, sed non tantùm, sed etiam per alteritatem: Sed contra, si differentia substã- Contra. tialis specifica facit etiam alteratum .i. differre accidentaliter, arguo sic. Differentia substantialis facit alteratum, sed id quod facit alteratũ, est accidens proprium, vel commune, ergò differentia substantialis est accidens proprium, vel commune. Ad hoc respondeo ꝙ facere alteratum cõtin- Responsio. git dupliciter, videlicet qualitate essentiali, & qualitate accidentali, differentia principaliter facit alteratum .i. differre qualitate essentiali, ex consequenti verò qualitate accidentali, non formaliter, sed virtualiter inquantùm maior differentia includit minorem.

Secundò arguitur principaliter sic. Istæ tres Arguitur 2. differentiæ, aut inter se differunt, aut non, si nõ differunt, ergo sunt vna differentia, & non tres; si differunt, arguo sic, omnia quæ differunt per aliquam differentiam differunt, sed istæ tres differentiæ differunt inter se, ergò per aliquã aliam differentiã differunt, & sic erunt quatuor, & non tres, & vltra quæro de illis quatuor differẽtijs eodem modo, videlicet. Aut non differunt, & sic sunt vna differentia, aut differunt, & sic per aliã differunt, & erunt quinque, & sic deinceps erit processus in infinitum, qui non datur primo Poste. tex. 18. ergò non sunt tres differentiæ. Respon- Responsio. den. ꝙ illæ tres differentiæ inter se non differunt, sed sunt diuersæ, vt inquit S. Tho. q. 7. de potentia Dei art. 3. ad secundum argumentum, & Paulus Soncinas in hoc cap. de differentia in principio vbi inquit, ꝙ differentiæ sunt diuersæ nõ per aliquod eis additum, sed seipsis, quia 10. Metaph. tex. 12. illa differunt, quæ genere, vel specie differunt, & sic differre, & esse diuersa non sunt idẽ. Ad illud, ꝙ omnia quæ differũt per aliquam differentiam differunt. Dico, ꝙ valet in suppositis, nõ autem in principijs .i. valet in indiuiduis, & compositis, quæ conueniunt in conceptu generico, seu in genere, & discrepant in conceptu specifico .i. in specie constituta per differentiã specificam, v. g. Homo, & Equus differunt per rationale, & irrationale, & conueniunt in Animali, sic etiam Socrates, & Plato, qui dicuntur supposita Naturæ humanæ, & naturæ equinæ: Contra, pro- Contra. pter quod vnumquodque, & illud magis, primo Poster. tex. 15. sed supposita seu indiuidua differunt propter differentias, ergò multo magis differunt ipsæ differentiæ, & sic differentiæ inter se differunt, & non sunt diuersæ. Ad hoc respõdeo, Responsio. ꝙ differentiæ non differũt, sed sunt rationes differendi, seu differentiæ sunt illæ per quas res cõpositæ ex genere, & differentia differunt, & se habẽt quod differre, vt quo, ideſt, vt rationes differendi, & non vt quod .i. vt illa quæ differunt, sicut Anima non intelligit, sed est ratio intelligendi de tertio de anima tex. com. 1. & sic anima dicitur intelligere, vt quo, suppositum verò hominis, puta. Socrates, vt quod, cùm actiones sint supposi-

torum;

torum; vnde Anima non irascitur, neq; gaudet, primo de anima com.63. vbi inquit Themistius, quod Anima se habet vt Acies, quæ non incidit, sed per illam incidit gladius, & forma est illa, per quã actio tribuitur primitus ipsi enti, secundo de anima tex.com.24. Ad propositionem illã, propter quod vnumquodque tale, &c. Respondeo, quod valet quando id in quo fit comparatio, competit vtriq; extremo, vnde non valet, hic est ebrius propter vinum, ergò vinum est magis ebrium, quia vino non competit ebrietas, licet sit ratio, & causa inebriandi, ipsi homini: sic etiam à simili, quia differre non competit suppositis, & principijs. n. differentijs, quæ sunt principia differendi seu faciendi differre, ideo authoritas ista nihil obstat, hinc apparet verissima illa Aristotelis, & Scoti sententia, quod omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuersa. Sed de hac te, quia alibi diximus, hæc satis s...

Arguitur 3. Tertiò arguitur. Illa diuisio nõ est bona, quæ sub nulla specie diuisionis sufficienter assignatæ, continetur, sed hæc diuisio hic à Porphyrio tradita est huiusmodi, ergò ista diuisio non est bona. Minor probatur, quia omnis diuisio, aut est per se, aut est per accidens; si per se, aut est generis in species, vt animalium aliud rationale aliud irrationale, & consequenter, aut homo, aut equus, &c. Aut totius in partes, vt ipsius domus aliud fundamentum, aliud paries, aliud tectum; Aut vocis in significationes, vt canis alius Marinus, alius terrestris, alius cœlestis. Si per accidẽs, aut est subiecti in accidentia, vt pannorum alius albus, alius niger, alius viridis; aut è conuerso accidentis in subiecta, vt alborum, aliud est paries, aliud lac, &c. Aut accidentis in accidentia, vt alborum, aliud dulce, aliud amarum; sed nulla harum diuisionum est prædicta diuisio à Porphyrio tradita, ergò non bona. Ad hoc communiter

Resp. Respondẽt Ammonius, Albertus, Auerroes, Boetius, Ant. And. & D. Caietanus, hanc diuisionem sufficientem esse, ac scitè à Porphyrio traditam; Sed de qualitate, qualis ex prædictis diuisionibus sit ista, supra tangebamus quod secundùm Albertũ, Auicẽnam, & Caietanum, est diuisio Analogi in sua analogata, sed est Scoti opinio q.23. Ant. Andreæ, Auerrois, & Tiberij Bononiensis, quod est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata, non secũdùm primum modum æquiuocationis, sed penes secundum modum. Primo enim libro Elenchorũ,

Tres modi æquiuocationum. cap.2. tres sunt modi æquiuocationis, quorum primus est, cùm est æquiuocum à casu, vt canis respectu canis marini, cœlestis, & terrestris, de quibus æqualiter prædicatur. Secundus modus æquiuocationis est, cùm est æquiuocum à consilio, vt risus respectu hominis, & pratorum, dicimus enim quod prata rident, & homines rident, sed homines verè, & propriè, prata verò metaphoricè, & transumptiuè, seu translatiuè, similiter sanũ de Animali prædicatur per se, de vrina verò vt signo sanitatis, de medicina, vt effectiua sanitatis, & de dieta vt conseruatiua sanitatis, metaphoricè, & transumptiuè. Tertius modus æquiuocationis est, cùm terminus simplex significat tantùm vnum, cõpositus verò significat duo, vt immortale significat duo, cùm sit concretum, & immortalitas vnum, cùm sit abstractum: Hinc cùm suis discipulis respondet Scotus, quod diuisio differentiæ in communem, propriam, & magis propriam, vel maximè propriã, est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata, & nulla aliarum diuisionum, quæ sunt in argumento enarratæ, eo quod hoc nomen, differentia, propriè significat differentiã specificam, transumptiuè verò, seu secundùm metaphoram, significat differentiam communem, & propriam, iuxta secundum modum æquiuocationis; neque hoc multùm discrepat à sententia Aliorum, sed modus loquendi est diuersus, quia auctores primæ opinionis ponunt analogũ, seu analogum purum medium inter æquiuocum, & vniuocum, Scotistæ verò dicunt, analogum reduci ad æquiuocum, vel vniuocum, vnde secundùm eos. Aut est æquiuocum analogum, aut vniuocum analogum; Sed hic statim quis dubitaret. Videtur, quod differentia prædicatur non analogicè, nec æquiuocè, de differentia communi, propria, & magis propria, eo quod illa ratio, videlicet, quia differentia prædicatur prius de differentia specifica, quàm cõmuni, & propria, nulla est, quia animal prædicatur vniuocè de homine, & equo, & tamen per prius nobiliori modo prædicatur de homine, qui est nobilior equo; quod si dicat quis, nego quod animal sit genus, ad hominem, & equum; quia 7. Metaphy. com.28. dicebat Auerrões, quod est quoddam commune genus equo, & asino, quod non est nominatum, ergò Animal non est genus hominis, & equi. Ad hoc dico cùm Petro Tatareto cap. de specie, quod tale genus proximum asino, & equo, est brutum, seu significatũ nomine Bruti, cuius adæquata differentia est, irrationalitas. Sed cum hoc, animal erit genus ad hominem, & brutum, sub quo bruto, continẽtur vt partes subiectiuæ eius, asinus, & equus. Et sic animal saltem erit genus mediatum, & remotum ad asinum, & equum, propinquum verò ad hominem, & brutum, & sic vniuocè prædicatur animal de homine, & equo, & nobiliori modo de homine, quàm de equo. Et sic impugnatio stat in suo robore.

Dubitatio. Respõsio.

Contra.

Responsio. Ad quam respondeo, quod animal æqualiter prædicatur de homine, & equo, quoad conceptum genericum. i. in quantùm animal, seu in quantùm homo, & equus communicant, & conueniunt in animalitate; prædicatur verò inæqualiter secundùm prius, & posterius quoad differentias specificas: Cõtra, sensitiuum, vel sensibilitas, quæ est differentia animalis, à qua sensibilitate sumitur Animalitas, in homine est nobiliori modo, quàm in equo: Respondeo quod hoc prouenit nõ ab animalitate, quæ æqualiter est in vtroque, sed à rationalitate, quia contrahitur animal ad hominem nobiliori modo per rationale, quàm ad equum per irrationale. Hinc secundo de anima tex com.30. tertio de anima com.4. 4. Metaph.2. 5. Metaph. com.41. 12 Metaph. com.2. & primo de aia com.7.

Contra.

Resp.

dice-

dicebat Magnus commentator Auerroes, ꝙ ge-
nus quandoq; de suis speciebus prędicatur vni-
uocè, vt animal de equo, boue, &c. quandoq; ve-
rò secundùm prius, & posterius, & hoc propter
meliorem differentiam, per quam contrahitur,
Animal: & sic remanet indubitata opinio Scoti-
starũ, ꝙ ista diuisio differentię in communẽ, pro-
priam, & magis propriam, est diuisio æquiuoci
in sua æquiuocata videlicet, iuxta secundum mo
dum æquiuocationis, ab Aristo. 1. Elenchorum
capite secũdo positum. Licet probabiliter etiam,
non multùm à subtili schola recedendo dici pos-
sit cum Ammonio, ꝙ est diuisio ęquiuoci in æ-
quiuocata, iuxta primum modum ęquiuocatio-
Dubitatio. nis, quod nos supra cum Ammonio nihil proter
niendo dicebamus: quòd si dicat Scotista, quid
respondes ad rationem nostri Doctoris; qua ꝓ-
bat non esse diuisionem vocis in sua significata,
quoad primum modum æquiuocationis, eo ꝙ
non sequeretur ad diuidentia, nec diffiniretur ip
Resp. sa differentia? Respondeo ꝙ sequitur ad diuiden
tia, dicẽdo, differentia communis est differentia,
differentia propria est differentia, &c. nec neces-
se est, vt sequatur ad istam, animal latrabile cur-
rit, ergò canis currit, sed sequitur sic, canis mari-
nus est canis, canis cœlestis est canis, &c. Ad il-
lud, ꝙ tunc differentia non esset diffinibilis. Re-
spondeo, ꝙ hic non diffinitur differentia illa quę
Dubitatio. diuiditur in differẽtiam communem propriam,
& magis propriam, sed definiuntur membra diui
dentia; ꝙ si dicas, infra à Porphyrio definitur dif
Responsio. ferentia communis ad has tres. Respondeo illa
est descriptio, quę nec puris ęquiuocis denegat.
Et sic possemus dicere, ꝙ ista est diuisio ęquiuo-
ci primi ordinis, & ꝙ sicuti homo prędicatur ęq-
uocè primo modo de homine picto, & homine
vero, seu rationali, & lapideo, vt inquit Auerroes
in prologo primi libri Physicorum, & tamen no-
men hominis prius verificatur de homine vero,
quàm picto. Ita etiam hoc nomen, Differentia;
est commune, differentię communi, propriæ, &
magis proprię, per prius tamen prędicatur, & ve-
rificatur pro nobiliori significato, puta, pro dif-
ferentia magis propria.

2. Cõcl. tex. Erat secunda conclusio circa exemplum à Por
phyrio datum; ꝙ ista propositio erat vera; Socra
tes senex, differt à seipso puero. Quam conclu-
sionem prius quoad terminos; secundò quoad
sensum, explicabo, tertiò potissimis argumentis
impugnabo. Primus terminus est ly, Socrates,
Socrates. Fuit enim primus Philosophorum, cuius sequa-
ces, Socratici deinde sunt appellati, ob cuius fa-
mositatem; & primitatem, auctores, eius nomine
in exemplificando vtuntur, fuit enim Socrates
moralis Philosophus, in moralibus Aristotelis
Magister, in speculatiua Philosophia parum ver
satus, vt in prologo primi Physicorum, & primo
Metaph. tex. com. 5. dixit Auerroes: Alius termi-
Differt. nus est ly; differt; qui dupliciter potest sumi, vt
dixit Scotus in q. 24. & clarius ibidem Ioãnes An
glicus, vno modo, videlicet pro differentia in cõ-
muni, quę diuisa est in tria significata, seu in tres
modos differentiarum; alio modo sumitur in cõ
muni, pro differentia communi communiter di-
cta, quę est primum significatum differentiæ, &
dicitur accidens separabile. hic verò sumitur ly,
differt, secundo modo, quia primo modo, cũ sit
tantùm vox, nec facit differre, nec non differre.
Alius terminus est, senex, seu senectus, & puer, Senex.
seu pueritia. Hinc à Mauritio monitus, nihil ta-
men quoad hoc, ab eo edoctus, Dico cum Fer-
nelio ambiano tertio libro de subtilitate rerum,
quòd octo sunt ætates ipsius hominis .s. prima.
Infantia à principio natiuitatis vsq; ad quartum
annum. Secunda est pueritia, à quarto anno vs-
que ad decimum. Tertia est pubertas vsq; ad 18.
Quarta est adolescentia vsque ad 25. Quinta est
iuuentus vsque ad 35. aut 40. Sexta est virilis æ-
tas vsque ad quinquagesimum. Septima dicitur
senectus, vsq; ad sexagesimum quintum. Octa-
ua dicitur decrepitudo, quæ frigidissima est, &
siccissima, ad quam Deus Optimus Maximus, in
vtilitatem proximi, nostrorumq; discipulorum,
& ad laudem, & gloriam nominis sui, me perduce
re dignetur. hęc pro terminis sint aduotata. Mo
dò verò conclusionem istam, quoad verum sen-
sum explico, dicens, ꝙ ly, differt, sumitur hic se-
cundo modò, vt benè in corpore quęstionis 24.
limitauit Scotus. Nunc verò quoad tertium pol-
licitum, contra talem conclusionem, arguo.

Et primò, Differentia est relatio, quæ requirit Arguitur 1.
duo extrema in actu, sed Socrates senex, & Socra-
tes puer, non sunt simul natura in actu, ergò So-
crates senex nõ differt à seipso puero; Minor pro
batur, quia fundamenta distinctionis sortis pue
ri, à seipso sene, sunt pueritia, & senectus, quę nõ
sunt simul, cùm pueritia incipiat à quarto anno
vsque ad decimum, senectus verò à quinquagesi-
mo, vsque ad sexagesimum quintum; nam distin-
ctio Socratis senis à seipso puero fundatur in se-
nectute, & terminatur ad pueritiam, Distinctio
verò sortis pueri à seipso sene, fundatur in pueri-
tia, & terminatur ad senectutẽ, sed sic est, ꝙ pue-
ritia Socratis, & senectus eius, quę sunt termini,
& fundamenta istius relationis, puta differentię,
non sunt simul in eodem tempore, ergò Socrates
senex non differt à seipso puero. Ad hoc respon- Resp. Scoti.
dent Scotus, q. 24. & Ant. Andreas in cap. de dif-
ferentia dubio secundo, ꝙ extrema relationis es-
se in actu, dupliciter potest intelligi; vno modo,
videlicet quoad existentiam .i. ꝙ actu simul am-
bo pręsentialiter existant; Alio modo quoad ra-
tionem referendi; tunc dico, ꝙ & si pueritia, &
senectus Socratis non sunt simul quoad existen-
tiam, sunt tamen simul quoad rationem referen
di: quia actualiter referuntur, & ratio est, quia
prius, & posterius, quæ sunt accidentia tempo-
ris, vt 4. Physic. tex. 115. dixit Themistius, & non
possunt esse sine tempore 8. Physi. tex. com. 10. &
12. Metaph. tex. com. 29. licet non simul existãt,
sunt tamen simul secundùm rationem qua refe-
runtur, nam quando prius est sub ratione prio-
ris, tunc etiam posterius est sub ratione posterio
ris, quoad rationem referendi, quamuis nõ quo-

ad

Contra. ad actualem existentiam: sed contra hanc Scoti responsionem replico sic, 4. Physic. com.7.& 5. Metaph. cap. de priori; prius naturaliter illud est, quod potest esse sine alio, & aliud nō sine eo, ergò prius potest esse sine posteriori, & sic non sunt simul, nec quoad existentiam, nec quoad

Responsio. rationem referendi: Ad hoc respondeo quòd prius, & posterius dupliciter possunt sumi; vno modo formaliter pro ipsis relationibus prioritatis, & posterioritatis, alio verò modo fundamentaliter, idest, pro fundamentis talium relationum prioritatis, & posterioritatis: tunc dico, quòd & si fundamentaliter prius potest esse sine posteriori, non tamen formaliter, quia vt sic sunt correlatiua, vel correlationes: quę sunt simul natura, idest, vnum nō potest esse sine alio, vt benè dicebat Scotus 1. sen. distin. 28. quæst. 3. & sic impossibile est prius esse sine posteriori, sic Franciscus de Maironia super prędicamenta dicit, q̄d causa prior est natura suo effectu fundamentaliter, simul verò formaliter, sub habitudine causalitatis, & effectiuitatis, hinc dicimus, q̄ pater fundamentaliter, idest, vt homo, est prior filio, formaliter verò, sub habitudine paternitatis, & filiationis, sunt simul natura, sic etiā à simili, senectus, & pueritia, & si fundamentaliter nō sunt simul, quia existente Socrate puero, tunc temporis non est senex, & quādo est senex, nō est puer; formaliter tamen, idest, quoad rationem referendi sunt simul:

Contra. Contra hanc responsionem iterū replico. Si prius, & posterius, idest, senectus, & pueritia formaliter essent simul, tunc coexisterēt cùm coexistentia sit relatio, sed ista non possunt coexistere, quia illud quod non est, alteri nō coexistit, vt arguatur sic. Quando aliqua sic se habent, quòd vnum simpliciter non est, & alterum se habet per modum fluxus, ita vt partim sit, & partim non sit, non sunt simul, sed senectus, & iuuentus sic se habent, ergò non possunt esse simul. Maior est Scoti in primo distin. 39. quęst. vnica in principio. Minor probatur, quia quando Socrates est senex, tunc pueritia eius simpliciter non est, nec naturaliter potest regredi, in post prędicamētis cap. de oppositis; & senectus est in fluxu, transiens ad decrepitatē, ergò nō possunt coexistere, & sic nullam habent habitudinē; nec pueritia, & senectus Socratis secundùm rationē referendi possunt esse simul; nec consequenter differentia fundata, & terminata ad illas.

Resp. Ad hoc possem multa dicere, sed breuiter dico, q̄ hoc valet de coexistentia reali, quę est relatio requirens extrema in actu, sed ista coexistentia, seu relatio, quæ est inter senectutem existentem, vel partim existentem, & partim fluentem, & pueritiam nihil existentem, est relatio rationis, quæ est entis ad non ens; & sic pueritia, & senectus sunt simul quoad actum referendi, quamuis non quoad actualem existentiam, & cōsequenter, vera est ista propositio Socrates senex, differt à se puero; de qua supra erat dubitatum, & dubium sic remanet solutum, videlicet, quòd sortes senex, differt à se puero, licet senectute actu existente iuuentus pertransierit.

Arguitur 2. Secundò principaliter arguo sic. Sortes senex differt à seipso puero, ergò non est idem sibi puero, ergò nec est idem sibi.

Resp. Scoti. Ad hoc respondit Scotus, & post ipsum, Ioannes Anglicus, & Dominus Mauritius, negando hanc consequentiam; sortes non est idem sibi puero, ergò nō est idem sibi, quia ad diuersitatem accidentalem, nō sequitur diuersitas substantialis, verbi gratia, cū dico, sortes senex differt à se puero; differentia attenditur penes senectutem, & pueritiam, quæ sunt accidentia, quando verò subinfers, ergò sortes non est idem sibi; tunc differentia attenditur penes substantialem terminum, qui importatur per ly, sibi; quod est relatiuum reciprocum, & sic est dicere, idem differt à seipso, quod est falsum; Mauritius verò scitè, vnico verbo dicit, quòd ista consequentia non tenet, sortes senex differt à seipso puero, seu non est idem sibi puero, ergo nō est idem sibi, quia mutatur quale in quid, idest, sit transitus à distinctione fundata in qualitate, vt est senectus, ad distinctionem fundatam in quidditate, idest, in substantia. Idipsum dicit etiam Ant. Andreas, addens, quòd ad diuersitatem, seu distinctionem accidentalem non sequitur diuersitas essentialis, benè tamen è conuerso, ad distinctionem essentialem sequitur distinctio accidentalis, cùm maior distinctio qualis est essentialis, inferat minorem qualis est accidentalis:

Contra. Sed contra hanc Scoti responsionem arguo sic, A coniunctis ad diuisa in terminis accidentalibus, valet consequentia; sequitur enim, sortes est homo albus, ergo sortes est homo, ergò à simili sequitur in bona consequentia, sortes senex differt à seipso puero, ergo sortes differt à seipso.

Resp. Respondeo q̄ illa regula arguendi à coniunctis ad diuisa, valet in terminis accidentalibus non distrahentibus; nec diminuentibus, modò senectus, & pueritia sunt termini diminuentes.

Contra. Contra; senectus, & pueritia non sunt determinationes diminuentes, cùm sint accidentia naturalia ipsius hominis, cum quibus verè saluatur natura humana in ipso sorte.

Resp. Respondeo quòd licet pueritia non diminuat à ratione Socratis absolutè sumpti, inquantùm nec addit ad essentiam Socratis, nec diminuit ab illa, diminuit tamen in ordine ad multitudinem terminorū, quia plures sunt in antecedente, quàm in consequente; & sic arguere à multitudine accidentali, ad multitudinem essentialem, est arguere à secundùm quid ad simpliciter, verbi gratia. Si quis diceret, Socrates senex differt à seipso puero, ergò sortes senex differt à seipso, in antecedente importatur multitudo causata ab accidente, videlicet Socrates, vt senex, & Socrates vt puer, est vnus homo secundùm substantiam, duo verò homines accidentaliter, idest, duo concreta accidentalia; sed quando infertur postea, ergò Socrates senex differt à seipso, infertur multitudo essentialis duorum hominum realiter distinctorum; quod est falsum; & ita dici etiam iterum potest, vt supra dicebatur,

quòd mutatur quale in quid, vt benè dicebat Mauritius Scotista.

Arguitur 3. Tertiò principaliter arguo sic. Sortes senex differt à se puero, ergò sortes senex, & sortes puer differunt, & sic sortes senex, & sortes puer sunt multa, ergo sortes, & sortes sunt multa; probatur consequentia, quia differentia est species multitudinis, sequitur enim, differunt, ergò sunt multa, cùm differentia sint alicui eidem entia 10. Metaph. com. 12. & 5. Metaph. cap. de eodem, & diuerso.

Respon. Ad hoc respondent Ioannes Anglicus, & Mauritius ex sentētia Scoti q. 24. negando istam consequentiam; sortes senex, & sortes puer sunt multa, ergò sortes, & sortes sunt multa, est enim in arguendo fallacia à secundùm quid, ad simpliciter: quia sortes senex est ens secundū quid, vt est aggregatum ex sorte, & senectute quæ est accidens, sortes verò absolutè sumptus, est ens simpliciter, seu sola substantia, & sic quia modus arguendi est sophisticus, negatur consequentia; quando arguitur, sortes senex, & sortes puer sunt multa, ergò sortes, & sortes sunt multa, Arguitur enim à secundùm quid, idest, à sorte sene, ad simpliciter, idest, ad sortem simpliciter sumptum. Remanet igitur firma conclusio quòd ista propositio est vera, Socrates senex differt à seipso puero, sumendo differentiam primo modo, idest pro accidente separabili, non autem pro differentia propria, vel magis propria.

Text. secūd. Vniuersaliter ergo omnis differentia addita alicui alteratum facit. sed eæ quidem, quæ & cōmuniter & propriæ sunt, alteratum faciunt, quæ verò proprijssimè aliud. Quæ quidem igitur aliud faciunt, specificæ vocantur: illæ verò quæ alteratum, simpliciter differentiæ. animali enim adueniens rationalis differentia, aliud fecit: eius autem quod est moueri, alteratum solùm à quiescente fecit. quare illa quidem aliud, hæc verò alteratum solùm fecit. Secundùm igitur aliud facientes differentias, diuisiones generū fiunt in species, & definitiones assignantur, quę sunt ex genere & huiusmodi differentijs: secundùm autem eas, quæ solùm alteratum faciunt, alteritates solùm consistunt, & aliquo modo se habentis permutationes.

Continuatio textus. Dominus Caietanus, textum hunc ad priorē textum, sic continuat; postquàm in prima parte huius capitis, enumerauit tria significata differentiæ, nunc primam differentiæ diuisionem affert, ex conuenientia, & disconuenientia talium significationum ipsius differentiæ; conueniētia est, quòd commune est omni differentiæ facere alteritatem, idest, rem aliter se habere; discrepantia verò est, quòd differentia communis, & propria, faciunt solùm alteratum, idest, differre accidentaliter; magis propria verò facit aliud, idest, differre substantialiter; disconuenientia verò cōsistit in tribus. Primum est, quòd differentia cōmunis, & propria, quæ faciunt alteratum simpliciter, idest, lato vocabulo dicuntur differentię, facientes verò aliud specificæ appellantur. Secundum, quòd facientes aliud, diuidūt genera in species, non autem facientes alterum. Tertium, differentiæ facientes aliud ingrediuntur definitionē, facientes verò alteratum, minimè: Aegidius Romanus verò, & Petrus Tataretus, à quibus in vno discrepat Ant. Andreas, sic textum continuant; postquàm supra posuit Porphyrius primam diuisionem differentiæ, & membra diuidentia declarauit, nunc infert vnum correlarium, deinde ponit secundam diuisionem differētię, & duplex discrimen assignat inter membra diuidentia: Dices quæ discrepantia est inter hos grauissimos viros in hoc? Respondeo quòd Caietanus, ad quē quoad vnum accedere videtur Ant. Andreas, & Mucagata, dicit, hanc esse primam diuisionem differentiæ, & supra esse enumerata solùm significata differentiæ. Et sui met oblitus, supradixerat quòd ista diuisio differentiæ in communem, propriā, & magis propriam, erat diuisio Analogi in analogata cum Alberto: Aegidius verò, & Petrus Tataretus dicunt, hanc esse secundam diuisionē, cuius opinionis fuerunt Scotus quęst. 23. Ioannes Anglicus, Mauritius, Ioānes de Magistr. concl. 5. Sotus Hispanus, Albertus tract. 5. cap. 1. Ammonius, & clarissimè Boetius. quàm opinionē probabiliorem existimantes dicimus, hanc esse secūdam, & non primam differentię diuisionem: Dices est ne aliud discrimen inter istos? Respondeo quòd sic, nam Caietanus ponit triplex discrimen inter differentiam facientem aliud, & facientem alteratum; Aegidius verò, Ant. And. Petrus Tataretus, & Ioannes de Magistris dicunt, duplex esse hoc discrimen, & melius dicunt: & hæc quoad continuationem. Quoad diuisionem verò; diuiditur præsens textus in tres partes principales, secundùm Aegidium, & Petrum Tataretū, à quibus nō multùm dissidet Ant. Andreas. In prima, ex prædictis infert vnum correlarium, quod potius deberet esse finis pręcedentis textus. In secūda ponit secundam differentię diuisionem. In tertia verò, ponit duplex discrimen inter differētias facientes aliud, & facientes alteratum: quoad primam partem igitur spectat, correlarium est, in quo comparat quoad conuenientiam, & discrepantiam membra dictæ diuisionis, dicens, quòd vniuersaliter omnia differentia facit alteratum, idest, facit rem aliter se habere, sed differentia cōmunis, & propria faciunt alteratum, idest, differre accidentaliter solùm, sed differentię magis propriæ faciunt aliud, idest, differre substantialiter, & essentialiter, & propterea appellantur specificæ, idest, constitutiuæ specierum; Deinde infert secundam diuisionē inquit, quòd Differentiarū, aliæ sunt quæ faciunt aliud.i. differre essentiali-

Dubitatio.

Responsio.

Dubitatio.

Responsio.

Diuisio text.

tialiter, aliæ verò faciunt alteratum, idest, differre accidentaliter, & cum hoc ponit duplex discrimen inter mẽbra huius secundæ diuisionis, quorum primum est, quòd differentiæ quæ faciunt tantùm alteratum, vt sunt differentia communis, & differentia propria, dicuntur differentiæ simpliciter, hoc est, sine addito, idest, gaudẽt nomine differentiæ, lato vocabulo sumendo differentiam, sine aliqua conditione determinante, & augente eam dignitatem; sed differentię facientes aliud, vt sunt differentiæ proprijssimæ, dicuntur differẽtiæ specificę, idest, cum hoc addito, importante dignitatem constituẽdi intrinsecè ipsas species: quòd si vis scire, quod est hoc additum, & hęc dignitas? Dico, quòd est ratio constituendi, vel intrinsecè principiandi speciẽ, quia principiũ, vt principium, idest, sub ratione principiandi, est dignius, & perfectius principiato, vt 12. Metaphysices commento 40. dicebat Auerroes, & maximè quia differentia specifica est substantia .i. de essentia speciei, & principium substantiæ est substantia, primo Physic. commento 52. & 12. Metaphysices commento 23. Vnde de hac differentia faciente aliud, quæ specifica dicitur, exemplum dat Porphyrius dicens, vt rationale adueniens animali, & contrahens animal, facit aliud, idest, speciem Animalis, quæ dicitur homo, qui secundùm suam definitionem; est animal rationale; illa verò differentia, quæ est moueri motu locali, de vno loco in alium locum, & moueri motu alterationis, vt cùm mouetur paries de albedine in nigredinem; solùm alteratum facit, idest, accidentaliter differre, id quod mouetur à quiescente, idest, illum qui deambulat, ab illo quisedet, & illum, qui dealbatur, ab illo pariete, qui non dealbatur, vel denigratur. [secundùm aliud igitur &c.] Nunc ponens secũdum discrimen inquit, quòd secundum differentias quæ faciunt aliud, fiunt diuisiones generis in species, & etiam assignantur definitiones, quæ constituuntur ex genere, & differentia, secundùm alias verò differentias, fiunt solùm accidentales permutationes. Hinc aduertas, quòd Dominus Caietanus hoc discrimen diuidebat in duo, & sic inter has differentias, triplex discrimen ponebat, & benè; quia magis distinctè processit, quàm Aegidius, Antonius Andreas, & alij; quamuis isti, primum discrimen ponant esse secundam diuisionẽ cum Ammonio, & alijs, quàm Dominus Caietanus diecbat esse primam. Et hæc quoad continuationem, diuisionem, & expositionem præsentis textus. Ad terminorum declarationem modò accedamus.

Verba text. [Vniuersaliter omnis differentia addita alicui alteratum facit, quæ proprijssimè, aliud.] Hic notabit Nouicius ex Domino Caietano in secunda digressione istius capitis, quid per alterum, & aliud; & quid per facere alteratum, & facere aliud, intelligat Porphyrius, & ex Alberto Magno, Antonio Andrea, & Ioanne de Magistris: quia alterum, & aliud, differunt, Nam, aliud, est relatiuum diuersitatis in substantia, vnde in suo conceptu quidditatiuo, importat diuersitatem substantialem, seu quidditatiuam, & essentialem; hinc facere aliud, est effectua differentiæ specificæ, seu magis propriæ; & quia maior differentia infert minorem, ly aliud, importat diuersitatem substantialem, & ratione, ly diuersitatem, facit alteritatem, seu alterum, ratione verò ly; substantialem; facit non solùm alterum, sed etiam facit aliud. Alteratum verò seu alterũ, tripliciter potest sumi. Primo modo communiter, inquantùm importat quamcunque diuersitatem, siue substantialem, siue accidentalem 1. Physi.c.t.5. Physi.c.t5. & 6. Physic.com.32. sic Albertus tract. 5. cap. 1. versus finem dicebat hæc verba, Dico autem alteratum, vel qualitate accidentali, vel essentiali, sed differentia magis propria non tantùm alteratum, sed etiã facit aliud, quia alteratum qualitate essentiali, aliud factum est & similiter Ant. Andreas inquit, quòd quando Porphyrius dicit. Omnis differentia alteratum facit, accipit ly. alteratum, largo modo, & communiter, vt se extendit ad alteritatem, & alietatem. idipsum dicit Petrus Tataretus profundus Scotista, nec ab hio recedit Aegidius Romanus. Secundò modo sumitur alteratum, propriè, vt facit distingui accidente separabili, vel inseparabili, & sic est relatiuum diuersitatis in accidente, & opponitur ad ly, aliud; quod est relatiuum diuersitatis in substantia, & sic sumitur, ly alterum, in secunda diuisione differentiæ, quando inquit Porphyrius, quòd differentiarum quædam faciunt alteratum, quędam verò faciunt aliud. Tertio modo sumitur ly alterũ pro alteratione Physica, & naturali, quæ fit per Physicam, & realem transmutationem, & hoc modo sola differentia communis, sumpta ab aliqua qualitate reali, de tertia specie qualitatis, facit alteratum, vt sic alteratio est motus secundùm qualitatem, primo cœli tex.com.21. de contraria qualitate in contrariam qualitatem primo de generatione textu 23. 5. Physic. tex. 19. & 8. Physic. textu 23. & in post prædicamentis cap. de motu: Sed hic dubitabit Nouicius, qualis est illa alteratio, de qua hic loquitur Porphyrius? Ad hoc respondeo cum Auerroe 7. Physic. commento 11. Secundo de anima tex.com 57. & 3. de anima tex.commẽto 28. quòd duplex est alteratio; vna videlicet corporalis, altera verò spiritualis, & vtraque duplex, videlicet perfectiua, & corruptiua, tertio de anima commento 28. & secundo de anima 37. & 57. vbi Auerroes alterationem spiritualem appellat motum æstimatum; de alteratione perfectiua loquitur Philosophus secundo de anima textu commento 121. & 138. de alteratione verò destructiua primo de generatione textu 46. Est enim passio corruptiua, motua alicuius subiecti in actu, de vna qualitate, quæ corrumpit, in aliam qualitatem, quę acquiritur passio verò perfectiua est cum acquisitione vnius qualitatis, sine deperditione alterius qualitatis præexistentis, Tunc dico quod differentia cõmunis, & propria, quæ

Alteratum tripliciter põt sumi.

Dubitatio.

Pro respõsione notãdum cũ Auerroe.

Responsio.

Verba text.

Aliud, & alterum quomodo differunt.

quæ primò faciunt ulteratum, seu alteritatem, & alterationem, causant alterationem corpoream, quoad accidentia corporalia, perfectiuam, vel corruptiuam, & hoc sumendo alterationem verè, & propriè: Iterum, & 2. quæret Nouicius; qualis est illa alteratio, quę cōuenit differētię magis propriæ? Dico, ꝙ & si differentia specifica nō facit alterationem, sed potius generationē substantialem, de qua habetur 3 Physi. tex. 6 7. Physi. tex. com. 10. primo de anima 38. & 12. Metaph. tex. com. 7. tamen si sumere volumus alterationē impropriè, quatenus subiectum recipiens differentiam specificam, aliter se habet postea, quàm ante, sic dici posset, ꝙ differentia addita generi facit alterationem spiritualem perfectiuam, quamuis verè faciat potius aliud, vt bene inquit ipsemet Porphyrius in textu, quòd animali adueniens rationalis differentia, aliud fecit. Tertiò quæret Nouicius Thomista; potest ne differentia communis, vel propria facere aliud, seu differre essentialiter? Ad hoc respondit ei Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Caietanus, ꝙ non, notabiliter docens, quòd multùm differt dicere, facit aliud, & dicere, Infert aliud, sicuti differunt etiam facere, & inferre: Nam & si differentia propria, vt differentia secundùm rudibile, & risibile, infert differentiam secundùm rationale, & irrationale à posteriori, seu ab effectu, non tamen facit aliud, idest non facit asinum esse alium ab homine, sed sunt signum, quòd irrationale, & rationale, faciunt esse aliud, idest, essentialiter differre asinū, & hominem. benè tamen è conuerso differentia magis propriè facit, & infert alteritatem, idest, diuersitatem accidentalem, inquātùm à priori causat, & concludit illam: Hinc patet quòd differentia addita generi non facit negationem, vt inquit Aegidius 7. Metaph. quæst. 11. eo ꝙ est actus distinguens, & habet rationem complementi, vt idem Aegidius dicebat quæst. 10.

Dubitatio. Resp. Dubitatio. Responsio. Verba textus

[Secundùm igitur aliud facientes differētias, diuisiones generum fiunt in species, & definitio nes assignantur] ponit nūc secundum discrimen inter differentias facientes aliud, & facientes alteratum, quod consistit in hoc, quòd quādo genus diuiditur in species, non diuiditur per differentias facientes alteratum, sed per differentias facientes aliud, non enim dicimus, quòd Animal, aut est album, aut est nigrum; vel Animal, aut habet pilos, & capillos crispos, aut non habet capillos crispos: Sed benè dicimus, ꝙ animal, aut est rationale, aut irrationale: similiter quando definitur aliquid, puta homo, non dicimus, quòd homo est animal album, aut habens cicatricem, nasum simum, vel capillos crispos. Sed benè dicimus quòd homo est animal rationale; in qua definitione, animal, est gen⁹ propinquū, & rationale est differentia specifica, seu faciens aliud, quæ contrahens ipsum animal, facit aliud idest, hominem. Sed de hoc in prohemio diximus multa, plurima verò in nostro discursu de triplici intellectu; Animal enim, & rationale, sunt partes essentiales ipsius hominis, per quas definitur homo, illæ enim sunt definitionis partes, quæ definitum per talem definitionem intrinsecè constituunt, vt primo Physic. com. 28. primo de anima com. 5. & 7. Metaph. commento 4. benè dixit commentator Auerroes: quamuis Isidorus libro primo Ethimologiarum cap. 26. aliter hominem definiendum existimauerit, videlicet, quòd est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risus capax; sed hęc non definitio est, nec descriptio, sed quid ex definitione, & descriptione commixtum. hoc igitur est discrimen inter has differentias, licet Auicennas in cap. 10. suæ Logicæ, aliud assignet discrimen, videlicet, quòd differentia communis, & propria, non constituunt rem cuius sunt differentiæ, sed accidunt rei iam in suo esse constitutæ, differentia verò specifica, rem cuius est differentia de nouo constituit; idipsum dicit etiam Ammonius, quando inquit, quòd poterat Socrates non esse simus, & esse Socrates. Et Tiberius Bononiensis Auerroista in hoc cap. ex Auerroe, qui inquit, quòd differentiarum quędam est renouans inuentum aliqd, & quędam renouans ab alteratione, differentiæ quæ renouant inuentum sunt, quibus diuiduntur genera in species, & per eas complentur diffinitiones. Vnde per has differentias facientes aliud complentur diffinitiones, & diuiduntur genera in species. Circa quam diuisionem generis in species, per differentias oppositas v.g. per rationale, & irrationale; notandum est ex Francisco de Mairouia in suo conflatu libro primo distin. 44. quæstione 8. articulo 1. ꝙ irrationale non est vna differentia diuisibilis in alias duas, quia vt sic esset deueniendum ad aliquam speciem per multas differentias constitutam. Vnde inquit, quando diuidimus genua per positiuum, & priuatiuum, non est imaginandum, quòd irrationale, sit vnica differentia, quæ vlterius diuidatur in alias duas, quia cùm sint plus quàm mille species animalium irrationalium, esset deuenire ad illam speciē, quæ constitueretur per quingentas differentias, sed potius est imaginandum, quòd per irrationale circumloquimur omnes differentias, quæ non sunt constitutiuæ speciei rationalis. Hęc Francisci doctrina optima est, sed in vno mihi non probatur, videlicet inquantùm dicit, quòd irrationale est quid priuatiuum, nam nullum priuatiuum est intrinsecum constitutiuum entis positiui, modò irrationalia animalia sunt entia positiua, ergò irrationale non est quid priuatiuum, cùm sit intrinsecum constitutiuum animalium irrationalium, & ideo videtur mihi peripateticè dicendum, quòd irrationale quoad substratum, seu quoad differentiam connotatā, est quid positiuum, formaliter verò idest, quoad nomen, est quid priuatiuum, tenens locum nominis positiui. & sic ly, irrationale, supplet nobis tot differentias, quot sunt animalia irrationalia, quibus differentijs nō sunt nomina imposita; & ita me Deus adiuuet, vt si hoc voluit dicere Franciscus, vt benè dixit: ꝙ si q̄rat Nouicius, quid

Isidorus. Franciscus de Maironis.

Dubitatio. quid est illud positiuum commune quod impor tatur per illud nomen priuatiuum, irrationale? Resp. Respondeo cum S. Thoma 1. par. q. 50. art. 4. ad primum, quod est natura sensitiua, vnde inquit conformiter ad Auerroem primo de anima com. 52. quod animalia irrationalia non sunt eiusdem speciei, sed specie differunt secundùm diuersos gradus determinatos naturæ sensitiuæ. Et sic patet discrimen inter has differentias quoad diuisionem, & definitionem.

Notandum ex Alberto. Vbi cum Alberto Magno tract. 5. cap. 1. aduertas, hic verificari, id quod in prohemio dicebat Porphyrius, quòd scilicet, notitia quinque vniuersalium valet, & vtilis est ad diuisiones, & definitiones, quia secundùm easdem differentias specificas, per quas diuiditur genus, puta, animal, postea constituuntur, & definiuntur Animalis species, non autem secundùm eas quæ faciunt solùm alteratum. Et hæc de diuisione, & definitione, præter ea, quæ in prohemio contra Angelum Thium diximus.

Dubitatio. Sed dubitabit hic Nouicius Thomista, cùm differentia dupliciter possit sumi, vno modo videlicet pro intentione, alio modo verò pro re subiecta intentioni, seu substrato, quomodo hic à Porphyrio, in communem, propriam, & magis propriam est diuisa, formaliter ne, & pro secùda intentione, an pro substrato, & prima intentione?

Responsio. Ad hoc respondet D. Caietanus dubio 3. quod differentia dupliciter potest sumi, vno modo materialiter, idest pro prima intètione, alio modo formaliter pro secunda intentione, tunc inquit, quod hæc diuisio duplicem sensum potest facere, primus est, vt alia realis sit, quæ dicitur differentia communis, alia quæ est differentia propria, & alia quæ est differentia proprijssima; sed hic sensus erroneus est inquit D. Caietanus, quia vna, & eadem res, diuerso respectu esse potest differentia communis, propria, & magis propria, verbi gratia, congregatiuum visus, est differentia communis respectu parietis, qui modò potest esse albus, modo verò niger, est differentia propria respectu corui, & carbonis, & maximè propria respectu nigredinis, quod si quæras, cuius est iste sensus erroneus?

Petitio. Responsio. Respondeo quod est Aegidij Rumani, qui à simili in cap. de genere dixit, quod definitur genus pro re subiecta intentioni; non autem pro ipsa intentione, & similiter omnia quinque prædicabilia, diuiduntur, & definiuntur pro substrato, & prima intentione. Alius sensus est inquit D. Caietanus, vt sit diuisio intentionis, seu differentiæ formaliter sumptæ, & non materialiter, iuxta primum sensum, & sic quando Porphyrius dicit, quod differentia diuiditur in communem, propriam, & proprijssimam; vult dicere, quod tres sunt modi differendi, quorum vnus est cõmunis, alius proprius, alter verò maximè proprius, qui modi tres differendi, vni, & eidem respectu diuersorum possunt cõpetere, & hic sensus à Porphyrio est intentus, à quo non recedit Auer. quando inquit, quod differentia diuiditur in tres intentiones &c. Et nec quia tales modi sunt tres, quoniã res aut differunt per essentialia, aut per proprietates, aut per accidentalia, & vna met res, huic est essentialis, illi est proprietas, alteri verò accidès, ideo primò differentia distincta est in tres intentiones, scilicet cõmuniter, propriè, & magis propriè, Hæc D. Caietanus. Ad hanc opinionem D. Caietani, accedit opinio Scot. q. 14. Ioannis Anglici, & Mauritij, quod definitur, & diuiditur differentia formaliter, idest, pro intentione, ineouere to sub habitudine ad differẽtiã materialiter sumptam, Logicus enim definit, & diuidit quinque prædicabilia in concreto, idest, vt connotant, connotant, & supponunt pro fundamento, nõ autem in abstracto seu abstractiuè, & quidditatiuè, præscindendo à concernentia subiecti, & fundamenti, quia vt sic consideratur à Metaphysico. Sed quid de hoc senserim, in cap. de genere supradixi. Vnum nunc dico, quod acutè satis de hac re in præsenti loquutus est D. Caietanus, profundæ Metaphysicæ limites, non egressus.

Dubitatio. Dubitabit, & iterum Nouicius Thomista, circa illa verba textus, [differentia faciens alterũ, dicitur differentia simpliciter, differentia verò faciens aliud, dicitur differentia specifica]. Si differentia communis, & propria debent dici differẽtiæ simpliciter, ergo differentia specifica, dicitus differentia secũdùm quid, sed ens simpliciter est nobilius ente secundùm quid 12. Metaph. tex. cõmen. 3 quia ens simpliciter est substantia, & ens secundùm quid est accidens. Ergò non benè hoc dixit Porphyrius.

Respon. Ad hoc acutè satis more solito respondit D. Caietanus, quod differentia aliqua dicitur specifica, quia speciem constituit, & vt Albertus inquit, ad speciẽ pertinet, & illã in specie, seu esse specifico constituit, differentia tamen faciens alteratum, dicitur differentia simpliciter, sed facit differre secundùm quid. Vnde ly, Differẽtia simpliciter, dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, in sensu composito, alio modo in sensu diuiso, in sensu composito, est totum hoc, differentia simpliciter, in sensu diuiso verò est ly, differentia, & ly simpliciter idem est, ac sine persectina additione, & sic differentia faciens aliud specialenomen habet, & vocatur differentia specifica, differentia verò faciens alteratum absque additione, cõmune nomen retinet, vt inquit etiam Ant. And. Doctrina illa D. Caietani cõprobatur ex Alberto tract. 5. c. 1. propriè in medio capitis, dicente, quod nomen, differentiæ simpliciter, non prædicatur de differentia faciente alteratum ratione absoluta, & perfecta, quia super nomen differentiæ, nihil addit, quod ponat eam in formam veræ, & propriæ differentiæ: neque ab hoc recedit Petrus Tataretus Scotista, Magister Philippus Mocagata, Dominicus de Soto, & tandem Aegidius Romanus, dicens, quòd illæ differentiæ, quæ solùm faciunt alteratum, non vocantur specificæ, sed dicũtur differentiæ simpliciter, idest, simplici nomine dicũtur differentiæ, vt est communis, & propria. Et sic concludo cum D. Caietano, quòd differentia faciens alterũ, differentia simpliciter appellatur, quasi nihil aliud dignitatis in se retineat, quàm facere leuiter differre,

differentia verò faciens aliud, specifica dicitur, quia perfectissimo modo .s. specificè facit vnum ab altero differre. Vbi animaduertas, quod aliquem terminum communem non recipere additionē, quandoque prouenit ex imperfectione eius, vnde Animal simpliciter sumptum, sine addito perfectionali .i. sine rationalitate, importat nudam naturam sensitiuam, & sic est quid imperfectionis in eo, ita quod si alicui homini inter loquendum ab aliquo dicatur, quod est Animal, iniuriam se recepisse existimabit, ac si bestia esset vocatus, mente captus, ac rationis expers. Si verò sumatur Animal cum aliquo addito perfectionali, puta cum differentia specifica .i. rationalitate, tunc non iniuriam, sed propriam eius, ac quidditatiuam definitionem recepisse, gaudebit, quod à simili dicendum est de differentia simpliciter sumpta sine addito, & de differentia specifica, cui additur dignitas, quæ est ratio actuandi, specificandi, ac speciem aliquam absolutè constituēdi à simili in prædicamento substantiæ in tertia proprietate, quod substantia secunda non dicitur simpliciter qualitas, sed substantialis qualitas. Licet quandoque additio ista, imperfectionem addat ei cui addit, & tunc est, quando illud additum diminuit, vel est conditio distrahens, vnde sortes viuus dicitur homo sine addito, sortes verò pictus, vel mortuus non dicitur homo, sed dicitur homo pictus, vel homo mortuus; similiter substantia absolutè dicitur ens, accidens verò cum addito diminuēte, dicitur ens in subiecto. Hæc pro dubitatione à D.Caietano mota doctrinaliter explicatiuè, dixisse volui, argumentum Caietani relinquens illi paupercnlo logiculo, quem nolo nunc turbare, quia in expositione præsentis textus, aliud nō habet, nisi hoc argumentum, & continuationē oblongam, oblectamentis repletam.

Verba txt.
Dubitatio.

[Secundum aliud facientes, & cet.] Hic dubitabit Nouicius, an differentia magis propria facit aliud? & quod non, tali pacto, quia differentia magis propria aduenit generi, sed genus non est aliud a specie per talem differentiam constituta, cùm homo, Animal, & rationale, sint vnum, & idem, quia secus Animal non prædicaretur de homine vniuocè, ergò differentia magis propria nō facit aliud.

Responsio.

Ad hoc respondetur quod differentia faciens aliud quadrupliciter potest considerari. Primò secundùm se, & sic est quędam substantia vel natura: vt si v.g. Rationalitas consideretur secundùm seipsam .i. secundùm quòd rationalitas est. Secundò considerari potest differentia faciēs aliud, per comparationem seu in ordine ad subiectum, quod est genus, v.g. si rationale comparetur ad animal quod contrahit, & sic est actus perficiens potentiam, vt loquitur Aegidius Romanus 7. Metaph. q. 10. Tertiò, considerari potest per cōparationem ad speciem quàm intrinsecè constituit: & sic est forma denominans essentiā, quia tribuit nomen, & diffinitionem speciei constitutæ per ipsam. Vt verbi gratia, si rationalitas consideretur in ordine ad hominē cuius est pars essentialis. Quartò considerari potest differentia faciens aliud, per comparationem ad ea quę distinguuntur à specie per ipsam differentiam constituta, & sic dicitur specifica quia speciem constituit, & illam differre facit à quolibet alio.

Responsio.

Ad hoc respondetur de mente Auicēnę in sua Metaphysica, quod differentia, genus, & species, dupliciter possunt considerari. Vno modo secundùm rē, alio modo secundùm rationem diffinitiuam, primo modo sunt idem, secundo modo verò non sunt idem: eo quod de illis, intellectus format tres conceptus ex natura rei distinctos, qui cōstituunt tria prædicabilia, nam alius est conceptus rationalitatis, alius animalitatis, alius verò hominis:

Contra.

Cōtra, Materia, forma, & compositum, secundo de anima commento 2 realiter distinguuntur, sed genus sumitur à materia, differentia à forma, & species à composito 10. Metaph. ergò genus, differētia, & species realiter differunt.

Responsio.

Ad hoc respondetur negando consequentiam, quia genus sumitur à materia, differentia à forma, & species à cōposito secundùm quandam similitudinem, quia sicuti materia prima per suam potentiam passiuam naturalem, est in potentia ad omnes formas naturales, ita etiā genus est in potentia ad omnes differentias specificas, per quas contrahitur ad esse specificum, ita etiā differentia specifica perficit genus, trahens illud ad determinatā speciem, & sicuti compositum conficitur ex materia, & forma, ita species ex genere, & differentia. Et sic differentia comparari potest ad duo, videlicet, ad genus cui aduenit, & tunc non facit aliud, & ad speciem quam cōstituit, & tunc facit aliud, cùm oppositæ differentię oppositas constituant species, habentes essentias differentes:

Contra.

Sed contra hāc responsionem replicat Gratiadeus Esculanus, quia tunc nullum discrimen esset inter differentiā essentialem, & accidentalem, & consequentia probatur: quia etiam differentia accidentalis ad duo comparari potest, videlicet, ad subiectum cui aduenit, & ad illud quod cum subiecto constituit v. g. Albedo ad duo cōparari potest, videlicet, ad corpus cui aduenit, & ad esse albū quod cū corpore suo modo constituit, primo modo facit solùm alteratum, secundo modo facit aliud, puta album à nigro, cùm esse album sit aliud ab esse nigri, & sic inquit quod differentia substantialis facit aliud, etiam illud cui aduenit, sed differentia accidentalis facit solùm alteratum, & non aliud, & sic differentia specifica, diuisiua, & constitutiua generis cui aduenit, facit esse aliud, & diuersificat essentialiter. Sed hanc opinionem istius Gratiadei nunquàm ferre potui, cùm differentia contrahens genus sit extrinseca rationi generis, & intrinseca rationi speciei. Sed ad dissoluendum eius motiuum. Dico, quòd differentia quæ solùm facit alteratum, sicut & differentia faciens aliud, quadrupliciter potest considerari. Primò secundùm se, & sic est accidens, verbi gratia. Albedo secundùm se est tantùm albedo. Secundò per comparationem ad subiectum eius, puta, ad parietem, & sic si correspondet ei subiectum determinatum est accidens propriū,

vt

vt hæc albedo quę est in hoc pariete. Si verò non correspondet ei subiectum determinatum, tunc dē accidens commune, vt albedo. Tertiò considerari potest per comparationem ad constitutum per ipsam: & sic est dispositio dans nomen & definitionem secundùm quid, non autem simpliciter, cùm det ei nomen accidentale, & definitionem accidentalem. v.g. si consideratur albedo in ordine ad album. Quartò considerari potest in ordine ad ea quæ à suo subiecto distinguuntur, & sic est differentia propria, vel communis: tunc dico, ꝙ differentia accidentalis facit aliud secundùm q.d, differentia verò substantialis facit aliud simpliciter, quod est species constituta, & nō genus per differentiam contractum. Contra. Contra, & ꝓbo ꝙ differentiæ communes faciunt aliud sic, cōgregatiuum & disgregatiuum visus, sunt accidentia separabilia à subiecto in quo sunt, sed ista faciunt differre specie albedinem, & nigredinem, ergo faciunt aliud. Respon. Respondeo, ꝙ congregatiuum & disgregatiuum, dupliciter possunt considerari, vno modo in ordine ad subiectum cui inhærēt, puta parieti, & sic sunt separabilia, alio modo in ordine ad albedinem & nigredinem, & sic sunt differentię essentiales, & magis propriæ, Albedo .n. est aliud à nigredine nō solū per subiectū suū, sed per differentiam specificam, sed à Porphyrio consideratur primo modo, & ideo non faciunt aliud. Contra. Contra, & probo ꝙ differentia communis, & propria non differunt à differentia magis ꝓpria, quia omnes faciunt alteratum, sic. sicut dr̄ia communiter & propriè dicta, aduenit suo subiecto, quod est ens in actu, ita etiam differentia ꝓprijssimè sumpta accidit suo subiecto in actu qđ est genus, sed differentia propria & communis facit alteratum solùm, ergo & differentia proprijssimè accepta facit alteratum solùm. Resp. Ad hoc resp. cum Paulo Veneto, ꝙ differentia magis propria aduenit subiecto, puta generi, sed diuerso modo: nam differentia communis & propria aduenıūt subiecto actu existenti habenti ultimatum eē specificum, vt albedo & cicatrix aduenit enti in actu completo, vt est homo, & non faciunt istæ differentię subiectum suum esse partem alicuius compositi essentialis, sed tantùm accidentalis. At differentia specifica aduenit enti in potentia ad esse specificum, vt rationalitas animali, & facit gen⁹, puta animal, esse partem compositi essentialis qđ est species, vnde dicimus ꝙ homo est aliud ab equo, per rationale, & alterum à Socrate, per albedinem, vnde compositum accidentale magis hēt esse per materiam, quàm per formam, vt albū magis hēt esse à subiecto, quam ab albedine, sed species magis habet esse per differentiam, quàm per genus, quod est subiectum eius, sicuti à simili cōpositum naturale magis habet esse per formam, q̄ per materiam, quamuis secus se habeat compositum artificiale, quod magis habet esse à materia, q̄ à forma, vt benè inquit Aegidius Romanus t. Phyū. vt domus magis habet esse per materiam, puta, per lapides, quam per formam eius quę est accidēs, & sic remanet vna firma cōclusio, ꝙ differentia communis, & propria faciunt alterum, differentia verò magis propria facit aliud.

Aliud arg. Amplius rationale, & irrationale sunt differentię separabiles cùm possint subiectum relinquere, ergo nullū est inter has tres differentias discrimen. Antecedens probatur, quia sicut se hēt forma ad materiam, ita se habet differētia ad genus secundùm Auicennam, sed forma potest relinquere materiam, ergo differentia specifica potest relinquere genus subiectum. Resp. Ad hoc respondeť, ꝙ differentiæ specificę duplex est subiectum, videlicet inhæsionis, quod est genus, & denominationis, quod est species: tunc dico, ꝙ rationale & irrationale possunt relinquere animal, cùm animal possit esse, sine rōnalitate, & sine irrōnalitate, non tamen possunt relinquere subiectum denominationis, quod est species, potest enim aliquid esse animal, & non rationale, non autem pōt esse homo quin sit rationalis, vel equus quin sit irrationalis: sic etiam duplex est subiectum formæ, videlicet inhæsionis, quod est materia à qua potest separari, & denominationis, quod est cōpositum à quo non potest separari, quia forma non potest compositum relinquere pręter eius corruptionem, & sic subiectum simitatis, vel aquilinitatis, rationalitatis, & irrationalitatis, non potest esse sine sua differentia.

Constructio literæ. [Vniuersaliter ergo] i. communiter igitur, seu in vniuersum loquendo [omnis differentia addita alicui] i. qualiscunque differentia contrahens, & determinans aliquid [alteratum facit] i. differre facit essentialiter, vel accidentaliter, ut inquit Albertus, Aegidius, & Ant. And. vel rem aliter se habere, vt Petrus Tataretus. [Sed eæ quidem] i. sed illæ quidem differentię [quę & communiter, & propriæ sunt] i. quę dicuntur differentię communes, & differentię proprię [alteratum faciunt] i. accidentaliter solùm differre faciunt [quæ verò proprijssimæ aliud] i. illę verò differentię, quæ differentiæ proprijssimę, uel magis proprię sunt dictæ, faciunt differre essentialiter [quæ quidē igit̄ aliud faciunt] i. illæ uerò differentiæ quę faciunt differre substantialiter [specificè uocantur] i. specierum constitutiuæ dicuntur, vt inquit Albertus, & Caietanus, [illę uerò quę alteratum] i. illæ verò differentię, quę faciunt differre accidentaliter [simpliciter differentię] i. appellantur differentię sine addito, ut inquit Albertus, & Caietanus, vel communi nomine dicuntūr differentiæ, ut inquit Aegidius, & Antonius Andreas [animali enim aduenıens rationalis differentia] i. rationale vt differentia contrahens, & determinans ipsum animal [aliud fecit] i. constituit humanam speciem, seu hominem, qui est animal rationale, essentialiter distinctum ab equo irrationali [eius autem quod est moueri] i. illa verò differentia, q̄ est mouere, ut Ant. And. & Petrus Tataretus, vel motus differentia, ut Ammonius, vel illa differentia, quę est causa mouendi, ut Albertus, Aegidi⁹, & Caietanus [alteratum solùm à quiescente facit] i. differre facit solùm accidentaliter à quiescente [quare illa quidem aliud] i. illa quidē dr̄ia,

scilicet

ſcilicet rationale adueniens animali, aliud fecit.i. ſpeciem hominis [hęc verò alteratum ſolùm fecit].i.hæc autem differentia, videlicet quieſcere, & moueri, facit ſolùm accidentaliter differre [ſecundùm igitur aliud facientes differentias].i.ſecundùm illas differentias, quę conſtituunt ſpẽs [diuiſiones generum fiunt in ſpecies].i.gña deſcẽdunt in ſuas ſpecies, vt ſunt rationale, & irrationale, per quæ animal deſcendit in hominem, & alias animalis ſpecies. [& diffinitiones aſſignãtur] .i. ex his differentijs facientibus aliud, componũtur definitiones quidditatiuę [quę ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs] .i.quæ definitiones conſtant ex genere propinquo, & talibus differẽtijs ſpecificis, nuncupatis[ſecundùm autem eas] .i.ſecundùm eas verò differentias [quę ſolùm alteratum faciunt] ,i. ſolùm accidentaliter differre faciunt[alteritates ſolùm conſiſtunt].i.ſolùm p eas alterationes, uel accidentales permutationes fiunt [& aliquo modo habentis permutationes] .i.in eo quòd aliquo modo ſe habet aliquid, ſm permutationes quaſcunque, largè, & uniuerſaliter dictas. Sic igitur conſtructa litera, talis ex ea colligitur.

CONCLVSIO.

Concluſio textualis. *Differentiarũ aliquæ ſunt facientes aliud, ſeu ſpecificæ, ex quibus diuiſiones fiunt generis in ſpecies, & definitiones componuntur, aliæ verò facientes alteratum, vt communis, & propria, quæ communi, latoque nomine ob earum imperfectionẽ, dicuntur ſimpliciter differentiæ.*

ET quoniam circa hanc concluſionem: ſupra eſt ſatis dubitatum, ita vt omnia dubia contra eam fieri poſſibilia, ſint euacuata, pro Nouicijs tamen, leues quaſdã dubitationes afferre non ceſſabo: Et primò arguatur ſic. Illa diuiſio modorum differentię, vel differendi, eſt inſufficiens, ſub qua non comprehendũtur omnes modi differendi, ſed iſta diuiſio differendi in hac concluſione poſita, eſt huiuſmodi, ergo eſt inſufficiens. Maior probatur à ſimili, de definitione, q̃ quandoque dicitur imperfecta, cùm non euacuat totam naturam rei definitæ. Minor probatur, qa Socrates, & Plato differunt inter ſe eſſentialiter, & non per has differentias facientes aliud., cùm non differant per rationale, vt p differentiam ſpecificam, nec ſolùm per differentiam communẽ, videlicet albedinem, aut propriam, vt ſimitatem, ergo datur alius modus differendi, ab his diſtinctus. (Arguitur 1.)

Reſpon. Ad hoc reſpondeo, ꝙ duplex eſt principium differendi, unum uidelicet materiale, qđ eſt materia ſignata, vel hecceitas ſm Scotiſtas; aliud eſt principium formale, quod eſt aliqua dña; modò Socrates, & Plato diſtinguunt realiter, ſuppoſitaliter, per differentiam materialem, non autẽ formalem, vel eſſentialem. Sententia hæc eſt Ariſtotelis 7. Metaph. tex. com. 28. Auerrois in libro deſtructio deſtructionum diſp. prima in ſolutione ſeptimi dubij, & Themiſtij 1. de Anima, cap. 24. & 8. Metaph. tex. com. 6.

Contra. Contra, idem eſt principium eſſendi, & diſtinguendi, ſed principium eſſendi ipſius Socratis, eſt eius differentia ſpecifica, puta rationalitas, ergo per illã debet ab alio diſtingui.

Reſponſio. Reſpondeo ꝙ Socrates dupliciter poteſt diſtingui, & ab alio differre, uno modo ab aliquo diuerſæ ſpeciei, vt ab equo, & ſic differt ab illo p differentiam rationalitatis: alio modo ab aliquo eiuſdem ſpeciei, cum quo conuenit in forma, & ſic differt ab eo per materiam: ſic primo de Anima, commen 53. & 10 Metaph. com. 25. dicebat Auerroes, ꝙ illa quæ differunt ſecundùm ſpẽm, non differunt tantùm ſecundùm materiam, ſed propter formas in quibus eſt contrarietas:

Contra. Contra, vnum indiuiduũ, eſt aliud ab indiuiduo eiuſdem ſpeciei, vt Socrates eſt aliud à Platone, ſed aliud, eſt relatiuum diuerſitatis in ſubſtantia, ergo illi differunt ſecundùm ſubſtantiam.

Reſpon. Ad hoc reſpondeo, ꝙ Socrates non eſt aliud à Platone, ſed benè eſt alius homo, nam alius hõ, dicit aliũ numero, ſed ly, aliud, ſubſtãtiuè, dicit aliud in ſpecie, hinc uerum eſt dicere, ꝙ Socrates eſt aliud indiuiduum, ideſt ſuppoſitum a Platone, ſumendo ly, aliud adiectiuè.

Arguitur 2. Secundò principaliter arguo ſic: Differentia hic diuiſa, eſt differentia communis, ergo poſtea cùm ponitur vt membrum diuiſionis, malè ponitur, quia vt ſic, idem eſt diuidens, & diuiſum; quod eſt abſurdum.

Reſponſio. Ad hoc reſpondeo, quòd dupliciter eſt differentia communis, uno modo cõmunitate prædicationis, ſeu ſecundùm prædicationem, alio modo communitate vſus, inquantũ primò cadit in vſum communem eloquentium: Tunc dico, ꝙ differẽtia communis hic diuiſa, eſt differentia communis primo modo, & ſe habet vt ſuperius, ęquiuocè ſecundùm Scotum, vel analogicè ſecundùm Albertum, & Caietanũ, ad tres modos differentiæ; differentia verò communis q̃ eſt primum membrum diuiſionis, eſt differentia communis ſecundo modo conueniens cum illa, ſicuti æquiuoca æquiuocata conueniunt in nomine cum æquiuoco ęquiuocante.

Notandum ex Alb. Vnde hic cũ Alberto notabiliter aduertas, ꝙ accidentia communia, & accidentia propria, a quibus ſumũtur differentia communis, & differentia propria, tripliciter poſſunt conſiderari: uno modo ſecundũ ſe, & ſic accidens, & proprium ſunt duo prædicabilia, quæ ex oppoſito ad differentiam, diuidunt vniuerſale, quod eſt genus ad quinque prædicabilia, vniuocum ſecundùm Scotum q 8. & Anto. And. vel analogum ſecundùm Albertum trac. 2. cap. 9. ſecundo modo conſiderantur in ordine ad ſua ſingularia, vt ad partes ſubiectiuas eorũ, vt v.g ad hoc, & illud propriũ, & ad hoc, & illud accidẽs, & ſic habent rationem ſpeciei: tertiò conſiderantur ſecundum ꝙ per ea eſt conuenientia, vel diſcrepantia ad illa comparata, & ſic ab ipſis ſumuntur duo modi differentię, qui ſunt differẽtia communis, & differentia propria.

Contra. Cõtra, illud quod facit conuenire, non facit differre, ſed accidens ſeparabile facit conuenire, cum ſit quoddã commune, in quo multa conueniunt:

Reſponſio. Ad hoc reſpon-

spondeo, ꝙ idem diuerso respectu, est ratio cõuenientię, & ratio discrepantiæ. v. g. causa conuenientiæ suorum subiectorum quibus communicatur, ratio verò differendi ab alijs subiectis, in quibus est forma opposita, vt sic ratio disgregandi, facit conuenire omnia alba, quorum est visum disgregare, facit etiam differre alba à nigris, quorum est ex opposito visum congregare; sic in capit. de substantia, in prima proprietate ly. nõ esse in subiecto, est ratio conuenientię, per quã omnes substantiæ conueniunt, quarum nulla est in subiecto, est etiam ratio discrepantię, seu differẽtiæ, per quod, non esse in subiecto, substantiæ differunt ab accidentibus, quę sine subiecto naturaliter esse non possunt 1. Physi. t. com. 14. & 39. 4. Meta. com. 25. & 7. Met. com. 2. ipsæ substantię verò nunquam in tali subiecto inhęsionis reperiuntur.

Arguitur 3.

Tertiò arguitur principaliter: sensibile est differentia magis propria, & tamen non est differẽtia specifica, sed generica, ergo malè dicit, quòd differentia magis propria, dicitur differentia specifica.

Respon.

Ad hoc respondeo, ꝙ omnis differẽtia magis propria constituit aliquam speciem, & consequenter dicitur specifica; Vbi nota, ꝙ sicuti duplex est species, videlicet specialissima, & subalterna, specialissima, vt homo, equus; subalterna, vt corpus, corpus animatum, &c. ita etiam duplex datur differentia, quędam enim est differẽtia specialissima, seu vltimata speciei specialissimę, quędam verò non ultimata, sed intermedia, uel subalterna, speciei subalternæ: Tunc dico, ꝙ sensibile, & si non est differentia specialissima speciei specialissimę, est tamen differentia subalterna speciei subalternę, quę etiam dicitur magis propria. Et sic quando inquit Porphyrius, quòd dr̃ia magis propria faciens aliud, dicitur specifica, intelligitur, quòd sit vel specifica specialissima ultimata, vel specifica intermedia, qualis est ipsa sensibilitas, seu ipsum sensibile:

Dubitatio.

Sed hic quæret Nouicius, quę erit definitio differentiæ, prout est vnum de quinque prædicabilibus?

Responsio.

Triplex esse potest differẽtiæ definitio.

Respondeo, de differentia duplex potest assignari definitio, vna videlicet de differentia in communi, diuisa in tres illos modos differentiæ, & illa sic definitur, differentia est quę alteratum, seu accidentaliter, vel essentialiter differre facit; vel differentia est, qua singula inter se differunt quocunque modo. Alia definitio dari potest de differentia communi ad differentiam communem & propriam, & est talis; dr̃ia est quæ alteratum solùm .i. accidentaliter differre facit: alia & tertia definitio dari potest de differentia magis propria, quæ talis est. Differentia est quod aptum natum est prædicari de pluribus in quale essentiale; quæ definitio competit tam differẽtiæ genericæ, quæ constituit genus cum quo conuertitur, & vt sic sensibile respectu animalis dr̃ differentia generica, quàm etiam differentiæ specificę, quę constituit speciem specialissimam, cũ qua conuertitur, & vt sic rationale est differentia specifica constituens hominem, & est conuertibilis cum hoĩe: & hæc tertia definitio competit differentię, quę est tertiũ prędicabile, & de qua erat dubitatio:

Dubitatio.

Quòd si iterum quæratur, quomodo hęc differentia communis ad genericam, & specificam, de illis prędicatur?

Respon.

Respondeo ex sententia D. Alberti Magni, ꝙ prædicatur analogicè, per prius quidem de differentia specifica, quàm generica, vt patet ex definitionibus peculiaribus earum: nam differentia generica prędicatur de pluribus differentibus specie, vt est ipsum sensibile, quod prædicatur de homine & equo, specie differentibus: differentia verò specifica prædicatur de pluribus differentibus numero, vt rationale de Socrate, & Platone, qui numero tantùm, seu materialiter sunt differentes:

Dubitatio.

Dices, ergo differentia generica, vt sensibile, erit genus, cùm prædicetur de pluribus differentibus specie.

Responsio.

Differentia generica tripliciter põt considerari.

Respondeo, ꝙ est differentia vt quid, sed species, & genus, ut modus: quia differentia generica tripliciter considerari potest, uno modo secundùm se, & sic est differentia, alio modo in ordine ad uniuersale, & sic est species, alio modo in ordine ad sua inferiora .i. ad suas partes subiectiuas, quæ sunt, hæc & illa differentia generica, & sic est genus:

Contra.

Sed contra hoc instabit Nouicius Scotista, quia vt sic prędicabilia non essent impermixta, & tria prædicabilia essent vnũ prędicabile, quod falsum, quia 1. Top. cap. 4. genus, species, & differentia quam ibi non nominat Aristoteles, cùm ad definitionem reducatur, sunt distincta prędicabilia:

Respo.

Differentia dupliciter potest sumi.

Ad hunc Scotisticè, & Caietanisticè etiam responden notans primò, ꝙ differentia dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet formaliter, pro per se significato, seu pro secunda intentione, & sic adhuc dupl'r, vel scilicet in ordine ad vniuersale, & sic est species, vel in ordine ad suum fundamentum, & sic est accidens intentionale potens facere prędicabile accidentis. Alio modo sumi potest differentia materialiter, pro per se denominato, scilicet pro aliqua realitate diuidente genus, & constituente speciem, sicuti est rationale respectu hominis: secundò noto, ꝙ duplex est species, quędam enim est species subijcibilis, quædã verò est species prędicabilis, & similẽ distinctionem dat de genere subijcibili, & prędicabili, Aegidius Romanus 1. Physi. tex. 56. species subijcibilis est, quæ formal'r immediatè, & directè ponitũ sub aliquo genere prędicabili, vt homo sub animali; species prędicabilis est, quę prædicatur de pluribus differentibus numero in quid, & hoc modo materia dicitur species prędicabilis, in quantùm de hac, & illa materia prędicatur; similiter & forma, vt anima quę de hac & illa anima prędicatur, non tamen sunt species subijcibiles, cũ materia & forma non formal'r, licet reductiuè, ponantur sub aliquo genere: his igitur sic notatis.

Duplex est species.

Ad dubitationem vnico verbo respondeo, quòd differentia prò per se denominato, seu pro prima intentione sumpta, non est species subijcibilis, benè tamen potest dici species prædicabilis, sicuti est rationale, quod modò de hoc, modò verò de illo rationali prędicatur. Et ad argumentum respondeo, ꝙ sufficit vt sint distincta formaliter,

sicuti

ficuti patet de prædicamento actionis, & passionis, vbi actio & passio sunt idem motus realiter, distincta tamen formaliter 3. Phy. 21. sic igitur pro Tyronibus constructa litera, vt clara habeatur Porphyrij sententia, aliquot colligamus.

CONCLVSIONES.

1. concl. 1. *Concl. Planta est substantia animata insensitiua.*

Planta dicitur, substantia, inquantum non est accidens, animata, ad differentiā lapidis inanimati, insensitiua, ad differentiam animalis, quod est sensitiuum; & sic plāta deficit ab animali, per sensitiuum, & superat lapidem, per ly animatum, animatum enim nobilius est inanimato 2. Cœli comm 61. nam animatum, & inanimatum sunt differentiæ, per quas diuiditur corpus, hinc & si planta, & lapis, cōueniunt in corporeitate, differunt tamen in animatiuitate.

2. concl. 2. *Concl. Animal est substantia animata sensitiua.*

Animal est substantia sicuti lapis, & planta, animata, ad differentiam lapidis inanimati, & sensitiua, ad differentiam plantæ, quæ est animata per animam vegetatiuam, non tamen est sensitiua, cùm careat omni sensu: sensibile enim, & insensibile diuidunt ipsum viuens, seu corpus animatū commune, plantæ, & animali.

3. concl. 3. *Concl. Brutum, vel equus, est substantia animata sensibilis, irrationalis, mortalis.*

Et in hoc equus superat animal, per irrationale, quod est nomen priuatiuum connotans, & circumscribens differentiam positiuam equi, per quam equus superat ipsum animal, quod nullā habet differentiam in actu, cùm secūdùm se, nec

Dubitatio. sit homo, nec leo, &c. Dices, vtrum horum est perfect.ᵃ, animal, an musca? Ad hoc 4. sen. d. 45. q. 1.

Responsio. Respondet Scotus, quòd animal est perfectius musca permissiuè, inquantùm ratio animalis permittit, ut animal saluetur in homine, si cōtrahitur per rationale, & in equo si contrahitur per differentiam equi. Musca uerò est quid perfectius positiuè, quia addit supra animal suam differentiam, sicuti quælibet species aliquam perfectionē ponit ultra genus, anima enim muscæ cum eius differentia, & corpus eius, sunt propter hoc animatum, quod est musca 2. de anima, tex. com. 37.

Dubit. Quòd si uerum quæras, quid de cœlo? Respon-

Resp. detur, quòd quælibet animalis species, est nobilior cœlo, cū, si cœlum sit inanimatum, quoad animā informantem. Hinc ly, animato, æquiuocè dicitur de his sublunaribus, & superioribus 2. Cœli, t. com. 60. & 71. differt enim animatum ab inanimato, sensu, primo de Anima 19. & 2. de Anima, commen. 16.

4. concl. 4. *Concl. Angelus est substantia animata, sensibilis, rationalis, immortalis.*

Secundùm quòd de Dijs. i. Angelis loquuti sunt Stoici, inquit Albertus, quòd sunt natura animales, mente rationales, tempore æterni: sed hoc est Platonicè dictum, & in doctrina peripatetica non tenetur, de qua re in secunda parte discursus de triplici Intellectu plura diximus: Sed hic

dubitabit Nouicius: Quomodo inquit Porphyrius, quòd differentiarum inseparabilium per se, aliæ sunt diuisiuæ generum, aliæ verò sunt constitutiuæ specierum, & paulò post inquit, quòd eædem differentiæ sunt diuisiuæ generum & constitutiuæ specierum? Ad hoc resp. supponendo primò, id quod habet Porph. videlicet, quòd differentiæ per se inseparabiles sunt istæ, animatum, inanimatū: sensibile, insensibile, quæ diuidunt corpus: rationale, & irrationale, quæ diuidūt animal: mortale & immortale, quæ diuidunt animal rationale: Tunc dico, quòd genus generalissimum habet differentias diuisiuas, & non constitutiuas, cùm nullum habeat superueniens genus, quod cum una differētia constituat illud: species verò specialissima habet tantùm dr̄as constitutiuas, nō aūt diuisiuas, cùm non habeat alias spēs infra se, in quas possit diuidi: genera verò subalterna habent differentias tantū constitutiuas, ut animatum, & sensibile, sunt differentiæ animalis, & hæ sunt differentiæ diuisiuæ generum superiorum, & cōstitutiuæ generis inferioris, puta animalis: aliæ uerò sunt differentiæ, quæ eædem sunt diuisiuæ, & constitutiuæ, diuisiuæ generis, & constitutiuæ specierū. v. g. rationale, & irrationale, sunt differentiæ simul diuisiuæ animalis, & constitutiuæ specierum, ut rationale constituit hominem, & irrationale alias species animalis, vt equum, leonem, &c. Mortale verò & immortale relinquo, quia teneo secundū peripateticos, quòd animal rationale, non est genus, ad hominem & angelum, sed est definitio hominis. Et sic dico, quòd & si eadem differentia est diuisiua, & constitutiua, prius tamen dicitur diuisiua, cùm prius diuidat genus quoad eius potestatem, quàm aduenieus generi, constituat speciem.

Dubitatio.

Respon.

DIGRESSIO.

De Simplicitate Dei, videlicet, quòd substantia Dei gloriosi non sit formata, vel constituta: nec Deus sit animal rationale immortale. Aduersus quendam, de re ista tutè loquentem, & malè sentientem.



ET quoniam in Concilio Lateranensi tertio, cōgregato sub Leone decimo, anno 1513. sessione octaua, impositum est Lectoribus Philosophiæ, ut quoties in erroneas Philosophorum, uel eorum qui se Philosophos esse prætendunt, sententias contra fidē, aut bonos mores, impingunt, veram, ac christianam philosophiam proponant; hoc ego diuina ope, Logicam, Philosophiam, ac Sacram Theologiam legens, præstare cupiens, & debens, iuxta illud Iacobi 1. Estote factores uerbi, & non auditores tantùm: cùm exponendo hunc Porphyrij textum,

textum, vnam expositionem valde scandalosam inuenerim, cuiusdam logici in sua expositione super hunc locum, vt veritas, cuius non est infusa do iacere, elucescat, primò afferam illius uerba formalia fideliter, ut inde colligam eius sententiam. Secundò illam esse falsam probabo. Tertiò veritatem ipsam, diuina fauente bonitate, luce clariorem manifestabo. Verba autem eius sunt ista.

" Nota q aial diuiditur in rōnale & irratio-
" nale, sed iungas rationale simul cū mortali, quæ
" sunt drīæ diuisiuę aīalis, statim fient constitutiuæ
" hominis, faciunt & constituunt hominē. di-
" cendo sic, homo est animal rationale mortale, si-
" militer si iungas, atque copules irrationale cum
" mortale, statim istæ duę differentiæ constituunt
" Bruta, vt Equum, Bouem, & Leonem, dicēdo sic,
" Leo est animal irrationale mortale. Ac etiam si
" copules & simul iungas, rationale immortale sta-
" tim hæ duæ differentiæ formant Dei gloriosi sub-
" stantiam, dicendo Deus gloriosus est rationalis
" immortalis, ex quibus omnibus sumuntur istæ
" coniugationes quę constant, quarum prima est,
" hæc scilicet; animatum sensibile quę constituit a-
" nimal. Secunda est hęc, animatū insensibile, quę
" constituit plantam. Tertia est hęc, rationale mor-
" tale, quę constituit hominem. Quarta est hęc, ra-
" tionale immortale, quę constituit Deum benedi-
" ctum, &c. hęc sunt uerba eius. Ex quibus talis col

Conclusio. ligitur conclusio. Deus gloriosus & benedictus, est animal rationale immortale, cuius substantia formatur & constituitur per animal, & rationale immortale. Ista conclusio quę ex his uerbis colligitur, ut patet illam intuēti, duas habet partes. Prima est, q Deus gloriosus & benedictus est animal rationale immortale. Secunda, q substantia Dei formatur & constituitur: vnde vtrunq; mēbrum esse falsum demonstrabo. Et quoad primā partem dimittendo illam particulam (immortale) quę si sumitur priuatiuè, non competit Deo, Quia ab aliquo dici posset, q loquitur recitatiue: Contra, ille non loquitur recitatiuè, quia nō alterius refert opinionem, cùm ista opinio nullius sit, & probo primò per omnes Porphyrij expositores super hunc textum, q per ly, Deum, nō debet intelligi Deus gloriosus.

Primo probatur ex D. Th. Et primò ex sententia S. Tho. p. p. q. 50. ar. 5. ad secundum, qui refert uerba Platonis ex Timeo, quę sunt ista, o Dij Deorum quorum opifex pater; ego &c. vbi D. Tho. exponit per Deos corpora cœlestia, quod Auer. ēt 8. Physi. comm. 64. dicebat, hunc loquendi modum famosum esse apud antiquos. Et q per Deos debeamus intelligere Angelos, quos cognouit Auer. 1. Cœli com. 22. clara est eiusdem Auerr. sententia 3. Metaph. com. 15. & 12. Met. com. 52. vbi inquit, q ponentes duos Deos, quorum vnus agit malum, & alter agit bonum, sunt vilipendendi, & quòd per Deū hic debeamus intelligere Angelū, testis sit ipsemet Porphyrius, quando infra inquit, quod rationales sumus nos & Dij; cùm non poluerit Porphyrius, duos Deos, sed unum tantùm Deum uerum, ut posuit Arist. 8. Phy. & 12. Metap. signum ergo est euidens, q quando dixit Dei, in numero singulari, per Deum intellexit Angelum, qui Angelus non potest dici Deus benedictus, & gloriosus.

Secundò probatur ex sentētia Alberti Magni tract. 5. c. 3. in expositione istius loci; cuius uerba sunt ista, videlicet; est enim homo secundū diffinitionem, quæ dicit esse substantiale, animal rationale mortale, opposita autem differentia, quę est immortale, coniuncta cum animali rationali, cōstitutiua est Dei, secundùm quòd de Dijs Stoici loquuti sunt, quos etiam diffiniunt, q dij sunt naturæ optimi sicut dicit Socrates, natura animales, mente rationales, tempore autem æterni, &c. ecce quid clarius? 2. Ex D. Alb.

Tertiò probatur ex authoritate D. Aegidij Romani, cuius verba super hunc textum sunt ista: similiter vt vult iste Porphyrius, rationale & immortale constituunt Angelum, sed non propriè nisi ualdè æquiuocè, rationales Angeli non debent dici, si sint rationales, erunt animalia, & corpora, quod non est uerum, sed ille Porphyrius loquitur secundùm opinionem Platonis, hæc D. Aegidius, ubi collige intentum, quòd per Deum debemus intelligere Angelum in numero singulari, & q si hoc esset tunc Angelus esset corporeus, ergo si quis per Deum intelligit Deum gloriosū & benedictum, tunc esset corporeus, quod est in fine abominationis. 3. Ex D. Aegidij Rom.

Quartò probatur auctoritate Anton. Andreę discipuli ipsius Scoti, super hunc locum, cuius verba sunt ista, videlicet rationale autem cū mortali constituit speciem hominis, sed rationale & immortale constituit speciem Dei & intelligentiarum, &c. vbi ly, &, sumitur non copulatiuè, sed expositiuè, pro, idest, intelligentiarum, & quia iste fuit optimus Theologus, aliter de eo non est opinandum, vel si sumitur copulatiuè per Deum intellexit corpus cœleste, &c. 4. Ex D. Ant. And.

Quintò probatur ex Platone, apud D. Augustinum lib. 9. de ciu. Dei. cap. 1. & lib. 8. cap. 14. q Plato per Deos intelligebat Angelos, dicebat n. q alij Dij, qui circumeunt cœlos prouideant singularibus generabilium & corruptibilium: alij verò sunt qui dicuntur dæmones, medij inter homines & Deos prouident rebus humanis, & est etiam sententia S. Tho. q Plato ita senserit, in q. de Diuina Prouidentia. 5. ex D. Aug.

Sextò probatur auctoritate Diui Boetij, qui inquit q hic per Deum intelligere debemus Deum corporeum. i. solem & cœlum, quæ cum animata & rationalia posuerit Plato, Deorum vocabulo antiquitatis veneratione sunt decorata, idem dixit Magister Philippus Mucagata super hunc tex. qui cum Alberto Magno idem sentit. 6. Ex D. Boetio.

Septimò probatur, ex Mauritio Scotista q. 26. cuius verba sunt ista, videlicet: eam ratio animalis ab ipso posita conuenit intelligentijs, quæ est q mouent se motu voluntariò, &c. diffinit etiam Augustinus 8. de ciu. Dei, imitando in hoc Platonicos, & maximè Apuleium Mandarensem, dæmones 7. Ex Mauritio, & Burleo

dęmones dicens, ꝙ ſunt genere animalia, mente rationalia, animo pſſiua, corpore aerea, duratione ęterna, ibi etiam diuidit animal rationale, in Deos, dęmones, & homines, &c. Idipſum dicit Burleus etiam in pręſenti.

8. Probatur. Ex 8. textu. 1. de Anima. Octauò probatur auctoritate, & cõmuni cõſenſu omnium expoſitorum Ariſtot. ſuper tex. 8. primi libri de Anima, circa illa uerba, an ſecundũ vnumquodq; altera, vt equi, canis, hoïs, Dei, &c. Vbi omnes per ly, Deum, non intelligunt Deum glorioſum, ſed corpus cœleſte, iuxta illud Platonis in Timeo, o Dij Deorum, &c. Iſti autem ſunt Simplicius, qui per Deum gloſat cœleſte animal .i. cœlum. S. Thomas, cuius uerba ſunt iſta. Et dicit, Dei; quia credebãt corpora cœleſtia eẽ Deos, & dicebant ea eſſe animata. Aegidius Romanus, cuius uerba ſunt iſta, videlicet, Dei, ideſt corporis ſupercœleſtis, &c. Paulus Venetus, cuius uerba ſunt iſta, videlicet, Driq;.i. corporis cœleſtis, dato ꝙ corpus cœleſte ſit animatum: Auguſtinus Sueſſanus, ꝙ Deus ſumitur pro cœlo, imò quandoq; pro ſtella, ſic Hermea, Enoch, & Mercurius Aegyptius dixerunt, quòd cuilibet grano arenæ maris correſpondet proprium ſydus, in quorum perſona Ariſtoteles in libro de mundo dixit, quoſdam antiquorum opinatos eſſe, omnia eſſe plena Dijs, idem Thales mileſius, vt primo de Anima, tex. com. 86. dicit Auerroes; Apollinaris Cremonenſis, cuius verba ſunt iſta, videlicet, notandum ſecundò, quòd quidam antiquorum voluerunt corpora cœleſtia eſſe animata, & conſequenter de numero animalium, propter hãc opinionẽ dicit philoſophus in textu, hoïs, Dei, &c. per hanc dictionem, Dei, intelligens corpus cœleſte: vide quæſo ne librorum catalogum facere videar in re tam clara, vide inquam, quis iſtorum, dixit, hunc Deum, eſſe Deum glorioſum, qui definiri non poteſt, ut inquit D. Tho. p. p. q. t. ar. 7. eo quòd Deus eſt quo maius excogitari non poteſt, & tandem 2. Cœli, tex. 17. vbi habetur, quòd motus ſempiternus ineſt Deo .i. concesso, qđ ab antiquis Deus dicebatur, non quia ſit ipſe ſummus Deus: ut vbi inquit D. Tho. Ecce ergo quomodo tot Illuſtres Philoſophi ſic Porphyrium, & Ariſtotelem gloſant, quomodo iſte hic loquẽs de Deo vult ſe excuſare, dicendo ſe recitatiuè loqui, nam quęro cuius opinionem recitat? ſi omnes iſti ſic Porphyrium capiunt? reliquum eſt vt dicat ſe aſſertiuè eſſe loquutum, etiam ſi Ammonij verba referens, ſe ſolum dixiſſe videatur recitatiuè. Et quare non docuit veritatem chriſtianam, cùm hoc à Concilio Lateranenſi cunctis ſit demandatum? ſed ad veritatem manifeſtandum modò accedamus: vbi duo volumus improbare, primum videlicet, ꝙ Deus non eſt formatus, & conſtitutus, quia Deus eſt principium omnium, ex prohemio Met. & diſputatione tertia in fol. 48. dubij, & to cauſatus .i. independens ſecundũ omne genus cauſę, primo ſen. d. 2. & 8. inquit Scot°, & eſt omnium Philoſophorum, & Theologorũ communis animi conceptio.

Rō optima. Amplius quia Deus eſſet eiuſdem ſpeciei cum Angelo, probatur quia 7 Met. 18. commen. conſtituta per eandem differẽtiam omnia ſunt eiuſdem ſpeciei, modò cùm rationale, & immortale, ſint differentiæ, quę competunt Deo glorioſo, & Angelis, ſequeretur quòd Deus & Angelus eſſẽt eiuſdem ſpeciei, & haberent genus commune, qui Angelus non eſt Deus glorioſus & benedictus, & nota hanc rationem & ſolue ſi potes, & quòd peius eſt fundata eſt in Auerror, qui in hoc benè ſe geſſit miſer, quando audiẽs Porphyrium ſic de Angelis loquentem, dixit, ꝙ in ſuo ſermone eſt debilitas: ſecundò à nobis eſt probandum, ꝙ Deus benedictus non eſt compoſitus ex rationali & immortali, rem igitur aggrediamur, ut noſtri diſcipuli de hac re ſint benè inſtructi: primò igitur probemus ꝙ Dei ſubſtantia nõ ſit formata, nec conſtituta, ſed ꝙ Deus ſit ſummę ſimplex vt habetur de ſumma Trinitate & fide catholica, in cap. firmiter, ibi, Deus omninò ſimplex incorporeus, & incomprehenſibilis eſt à nobis.

De ſimplicitate. Et quia vocabulorum ambiguitas, errorẽ parit, & obſcuritatem intellectui veritatem intendenti, teſte Ammonio in cap. de Gen. propterea iuxta Ariſtotelis ſententiam 1. Cœli t 10. & Auerrois 1. Phyſi. commen. 73. de Simplicitate, & Simplici, compoſitione, & cõpoſito, pro Diuinæ ſimplicitatis defenſione, occaſione ſuſcepta, curſim aliquid dicamus, aliqua eorum ſignificata afferẽtes: Et primò dico, ꝙ ſimplex illud dicitur, quod ſimplicitate gaudet, ac decoratur, a qua ſimplex formaliter denominatur, quæ vt denominans, & denominatum, ſeu abſtractum & concretum ſe habent: concretum enim ab abſtracto ſuam accipit denominationem ex Ariſtotele in antepredicamentis, & ſic prius de ſimplicitate, tanquã principaliori, & primò in conceptionem intellectus cadenti, deinde de ſimplici in ratione eſſendi minus principali, eſt dicendum: Dico abſtractũ eſſe principale in ratione eſſendi, ſed in ratione principiandi, quia concretum, & abſtractum, ſumptũ & principale nominari ſolent ab Auer. 12. Mets. com. 39. Hinc et ordinatè vocabulorum originẽ contractemus, cum Nicolao de Orbellis Scotiſta dico, quod ſi vocabulorum potius, quàm rei naturam ſpectamus, ſimplicitas vt abſtractũ à ſimplici, ut concreto deriuatur, cui, addita, tas, fit ſimplicitas, ſicut ſi addito, ter, fit ſimpliciter: vnde relictis ſignificatis ſimplicitatis, ſeu quot modis dicitur ſimplex apud Galenum in prognoſticis Hypocratis lib. 3. prognoſtico 2. Dico ꝙ ſimpliciter quoad noſtrum propoſitum ſpectat, multipliciter ſumi poteſt: Et primò prout opponitur ad multipliciter, & hic idẽ eſt, ac uno modo, apud Porphyrium in cap. de Genere, & 2. de Anima, tex. comm. 6 r. Secundò ſumitur ly, ſimpliciter, ut idem eſt ac leuiter, ſic Porphyrius in cap. de differentia, differentię quę faciunt alteratum dicũtur ſimpliciter differentię .i. leuiter differentes. Tertiò ſumitur ſimpliciter .i. perfectiſſimo modo, ſic 1. Poſter. tex. 7. ſcire opinamur vnumquodq; ſimpliciter, & 1. Poſter. & tex. 28. Quoniam autẽ impoſſibile eſt aliter ſe habere id cuius eſt ſcientia, ſimpli-

Simpliciter multis modis ſumitur & 13

simpliciter, licet ibi exponat Auer. ly simpliciter .i. per demõstrationem simpliciter, quę absoluit esse, & causam 1. Phy. cõ. 2. Quartò sumitur ly simpliciter .i. quoad naturam 1. Phy. t. cõ. 2. non eadē sunt nota nobis, & simpliciter .i. naturæ. Quintò sumitur ly simpliciter .i. uniuersaliter 1. Phy. tex. 61. & 63. sic in antepredicamentis, simpliciter autem q̃ sunt indiuidua, & unum numero .i. vlr. Sextò sumitur simplr, vt opponitur ad ꝯm quid, sic generatio substantialis dr̄ generatio simplr, & generatio accidentalis ꝯm quid 1. Phy. t. com 63. Septimò sumitur simpliciter .i. pariè, ut sic generatio simpliciter tribuitur hoi, qui q̃n generatur dr̄ generari simpliciter. Octauò sumitur simplr .i. non per accidens 1. Phy. t. com. 75. Nonò simpliciter .i. necessariò 2. Phy. 57. casus & fortuna non sunt in his quę fiunt simpliciter .i. necessariò. Decimò sumitur ly simpliciter .i. manifestè, sic 1. de Anima, t. com. 23. Democritus simpliciter dicit animam & intellectum idem esse .i. manifestè. Vndecimò sumitur simpliciter .i. principaliter 2. de Anima, t. comm. 41. contra antiquos dicentes, nutritionem, & augmentationem simpliciter .i. principaliter, uel totalr esse ab igne. Duodecimò sumitur simpliciter .i. sine distin. 2. de Anima, tex. com. 55. Nunc enim vtimur potentia & actu simpliciter .i. sine distinctione, & eodem 2. de Anima t. com. 142. sed illi simpliciter dicebant de dictia non simpliciter. Decimotertiò simpliciter .i. rudi ter 3. de Gener. animalium cap. 6. Anaxagoras, & alij simpliciter sunt loquuti .i. rudiler & inconsiderate: isti sunt, quos hucusque in Arist. cognouimus, quibus ly simpliciter sumitur, magis vsitati modi. Dico preterea ꝙ simplicitas prout ad nostrum propositũ facit, tripliciter potest sumi. Et primò, prout opponitur dolositati, & fraudulentię, de qua illud habetur, estote simplices sicut columbę, & hæc simplicitas bona est, idest melior est quàm suum oppositum, quod est duplicitas, quæ secundùm communē loquendi modum, deceptionem significat, vt cùm vulgò de aliquo, eius dolositatē intimando dicimus, quomodo est duplex ille amicus .i. dolosus. Secundo modo sumitur simplicitas, prout idem est, ac nescientia, iuxta illud primi Poster. t. 109. de duplici ignorantia, videlicet simplici, & prauæ dispositionis, & hęc simplicitas pro nescientia sumpta, dicit puram negationem, & carentiam alicuius habitus scientifici, & sic aliquis homo dicit simplex .i. illiteratus, seu idiota, & hæc simplicitas est mala negatiuè, non autem positiuè, dico quòd est mala negatiuè, quia dicit carentiam scientiæ, quæ est quoddam bonum, & pfectio intellectus 2 de Ani. t. 1. Dico ꝙ non est mala positiuè, Ioannis Gerlonis dicto commotus dicentis, quòd simplices sine literis rapiūt cęlū, vbi literati Deo nõ cohærentes inanes remanent, aut opprimuntur à gloria. Tertiò sumitur simplicitas prout opponitur compositioni, & tunc idem est simplicitas, ac non compositio, & hoc modo sumitur simplicitas in præsenti, de qua Gulielmus Occham 1. sen. dist. 8. dicebat, ꝙ simplicitas & simplex idem

Simplicitas tripliciter potest sumi.

est, ac sine plica; & simplex dr̄ à sine, & plexu, seu sine amplexu, & vnione partium, sine essentialiū, vt sunt materia & forma, siue integraliū respectu alicuius compositi, quod est totum integrale, & simplicitas sic sumpta opponitur cõpositioni, q̃ cõpositio nil aliud est, q̃ aliquorum simul positio, illa .n. quę vniuntur simul ponuntur, ut inqt Franciscus de Maironis in suo conflatu lib. 1. d. 8 q 7. & sic rō simplicitatis ꝯm eundem Franciscū, non est ratio positiua, sed priuatiua, uel negatiua eùm definiatur per irresolubilitatem quę est priuatio, & sic simplicitas est quid respectiuum, eú sit negatio & carentia compositionis, quæ est rō respectiua; compositio enim est duorum coniūctio, vel duorum simul positio, quorum vnū est in potentia respectu alterius, licet alij dicant, ꝙ simplicitas est quid absolutum connotans respectiuum. His igitur sic præmissis, tres termini sūt notandi, videlicet, simplex, simpliciter simplex, & summè simplex; qui secundùm magis commune, & minus commune se habēt: simplex dici potest omne illud, quod prima intellectus operatione percipi potest, sine sit obiectum motiuum, & terminatiuum simul, idest, per propriam speciem intelligibilem intellectui representatum, siue terminatiuum tantùm & non motiuum, fienti se habet intelligibile aliena specie, uirtualiter intellectui repręsentatum. Quę prima intellectus operatio, simplicium, seu indiuisibilium intelligentia dicitur 3. de Anima tex. com. 21. & apud Scot. in prædicabilibus q. 3. & sic bene dixit Franciscus de Maironis in conflatu distinct. tertia, quest. 2. Illud dici simplex, quod licet uno simplici actu ab intellectu concipiatur, est tamē in plures partiales conceptus resolubile. Secundus terminus est, (simpliciter simplex) & est illud quod non est resolubile in sua componentia, tanquā illius constitutiua, imò ad ipsum stat resolutio vltimata, quod conformatur Francisci de Maironis doctrinæ in libro primo sui conflatus dist. 8. quæst. 7. q̃ñ inquit illud esse simpliciter simplex, quod nõ est amplius resolubile in sua componentia, sed ad ipsum stat resolutio ultimata; quinimò prius in eodem 1. lib. sui conflatus d. 3. q. 2. addiderat, quod secus esset processus in infinitum in essentialiter ordinatis; & ideo ego vlterius dico, ꝙ simpliciter simplex, est duplex, videlicet Physicum, & Metaphysicum: simpliciter simplex Physicum est ipsa materia prima, rerum naturalium fundamē tum, in quo nihil est distinctū, ex ipsa enim omnia entitatiuè transmutabilia componuntur, & in ipsam vltimatè resoluuntur, ipsa verò neque ex alia materia fit, neq; in aliam materiam resoluitur, sed ad ipsam, omnia ex ea producta resoluuntur, primo Physicorum tex. 82. Simpliciter verò simplex Metaphysicum est duplex, aut videlicet quidditatiuum, & sic est conceptus entis in vlteriores priores cõceptus irresolubilis, aut qualitatiuū, & sic est conceptus vltimę dfiæ, dr̄ .n. vltima dr̄ia habere conceptum qualitatiuum, quia de subiecto non prędicatur in quid, nisi denominatiuè denoiatione intrinseca essentiali ꝑ modū

Quid sit simplex, simpliciter simplex, & summè simplex.

Simpliciter simplex.

Simpliciter simplex Physicum, & Metaphysicū.

Q qua-

qualificantis, vt se habet rationalitas respectu hominis, de quo prędicatur in quale quid, vt dicit Porphyrius, eo quod qualitas dicitur 5.Meta.t.com. 19.& sic conceptus vltimæ differentię; quod est cōceptus simpliciter quidditatiuus, rationalitas enim quę est differentia specifica hominis, prędicatur de suo constituto, seu de homine quem cōstituit, in quale quid; in quale inquantùm est forma, & in quid inquantùm est de essentia hoīs, ad esse conducens ipsum hominem, vt infra in textu Porphyrij dicam adinuāte Deo: Summè simplex verò, seu omnimodè simplex, dupliciter solet definiri, & totum deferendum est Francisco de Mainnis in locis supra allegatis, quod summè simplex omni potentia passiua caret, hinc 8. Phy. cō. 78. dicebat Auerroes, quod omne carens potētia est simplex; & omne simplex caret potentia; & sic definitor; Summè simplex est, quod non est in se aliquo modo compositum, nec aliquid est sibi cōponibile, nec ipsum alicui, & istud est actus purus. Secunda verò definitio talis est; summè vel omnimodè simplex est, quod non est resolubile actu, nec potentia, nec cum aliquo alio est componibile, sicut est Diuina essentia; & hęc secūda definitio explicatiua est primæ, quoad quatuor particulas in ea contentas, & quia prima est communior, illam ex hac, & aliunde verbotenus elucidemus: prima ergo particula primæ definitionis est [quòd non est in se aliquo modo compositum] quod declaratur in secunda definitione per illam particulā, [quòd non est resolubile] ad differētiam rerum corporearum, quarum nulla est summè simplex, cum quęlibet illarum actu sit cōposita, & in suas partes, siue essentiales, si est totum essentiatiuum, siue integrales sit est totum integrale, resolubilia: secunda particula est [nec aliquid sibi componibile] quod in secunda definitione correspōdet illi particulę [nec potentia] nomina enim in, bile, terminata, ut plurimùm potentiam important & aptitudinem; & sic illud dicitur, summè simplex, cui nihil potest vniri ad constituendum tertium: tertia particula est, [nec ipsum alicui] quod in secunda correspondebat illi particulę [nec cum aliquo alio componibile] per hoc enim differt summè simplex ab anima intellectiua, quæ licet in sua essentia sit simplex substantia, secundo de Anima, tex. secundo, non tamen est summè simplex, cùm sit corpori organico componibilis, secundo de Anima tex. com. 6. similiter nec alicui est cōponibile summè simplici, ad differentiam Angeli, qui cum intellectione, & volitione, accidentalem facit compositionem, licet aliter cum Aristotel. 12. Metaphysices, commento 51. senserit Commentator Auerroes. quarta particula est [& illud est actus purus] quē purum actum in secunda definitione dicebat esse, diuinam essentiam, seu ipsum Deum, qui solus est actus purus, & sic solus Deus gloriosus & benedictus, nullo modo est compositus, uel cōponibilis, nec formatus, nec constitutus.

Summè simplex.

Hinc ad maiorem prędictorum dilucidationem: Dico quòd simplex quatuor modis potest sumi; vno modo, uidelicet, pro eo quod non est compositum, nec componibile, & sic est solus Deus gloriosus: Secundo modo dicitur simplex, illud quod non habet cōceptum quidditatiuum & qualitatiuum, & sic idem est quod simpliciter simplex, sicuti est ens, passiones entis, modi intrinseci, & ultimæ differentiæ, ille enim est cōceptus simpliciter simplex, qui in alios simplices conceptus irresolubilis est, & uel totaliter scitur, uel totaliter ignoratur, nono Metaphysices, tex. cōmento 22. quod est etiam à D. Thoma receptum p.p. quæstione 58. articulo quinto. Tertio modo dicitur simplex, omne non compositum ex re, & re, idest ex materia & forma, & sic materia prima, forma substantialis, & anima intellectiua, dicuntur simplicia. Quarto modo dicitur simplex, id quod non est mixtum, & sic quatuor elementa dicuntur corpora simplicia, secundo Physicorum, tex. primo, t. Cœli, tex. 7. & ex Auerr. primo Metaphysices, commento quinto, Quòd si fortè quatuor elementa 2. de Gener. tex. 20. ab Arist. appellantur mixta, ibi, per mixta intelligit, idest impura: similiter etiam Cœli dicuntur simplices, quia ex materia & forma non sunt compositi, secundùm Auerroem. His igitur sic præmissis quatuor pono.

Simplex quatuor modis potest sumi.

CONCLVSIONES.

Prima conclusio. Solus Deus gloriosus, & benedictus, est summè, omninò, & omnimodè simplex, & cōsequenter nec est animal rationale immortale. 1. concl.

Probatur hæc conclusio, & primò Ioannis 14 spiritus est Deus, & ex D. Augustino sexto de Trinitate cap. sexto, & septimo dicente, quod Deus verè & summè simplex est, ex Auer. tertio de Anima, commento quinto, & 14. Aristotele 9. Metaphysices, textu 17. & 12. Metaphysices, tex. 37. Deo igitur summa debetur simplicitas, in qua nulla est perfectionalis paucitas, uel modicitas, sed est omnis entitatis fontalis plenitudo, summa cum opulentia, & sine omni carentis: summè simplex ergo est Deus.

Sed contra hanc conc. dubitatur, & primò sic: Nulla imperfectio tribuenda est Deo, cùm Dei perfectio maxima sit, primo Physicorum, commento 82. secundo Cœli 64. & 2. de Anima 34. sed summa simplicitas est imperfectio, cùm dicat priuationem compositionis, quæ est quoddam bonum, vt patet secundo de Anima, tex. secundo, vbi habetur, quòd substantia composita est perfectior quàm materia, & forma, quę sunt substantię simplices: secundò, simplicitas dicit priuationem, sed priuatio dicit negationem in subiecto apto natum ex post prędicamentis, quę non est in Deo, ergo nec summa simplicitas est in Deo. Contra. Arguitur. j ij

Tertiò, illud non est ponendum in Deo, quod æquè conuenit Deo perfectissimo, & materiæ primę imperfectissimæ, iuxta illud D. Augustini 12. libro confessionum, capit. 7. duo fecisti domine, vnum propè te, i. Angelum, & aliud propè nihil, i. materiam iij

materiam primam. Et Auer. 1. Physicorum 66. ꝙ est medium inter ens, & nihil: sed materia prima est simplicissima, ergo summa simplicitas non est ponenda in Deo: Pro solutione horum argumẽtorum est notandum, & præcipuè pro solutione primi & secundi argumenti. Quòd priuatio dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet ꝓpriè, alio modo impropriè, si propriè adhuc triplici-ter. Primò sumitur priuatio pro ente positiuo imperfecto, pro qua re vide Aegidium Romanum 2. libro Phy. tex. 15. & sic apud eos qui sustinent incboationem formarum, forma illa diminuta quæ præerat in materia prima, secundùm esse incompletum, licet in se sit ens positiuum, dicitur tamen priuatio respectu sui ipsius, quando erit completa & perfecta: simile dici posset de mente eorum qui ponunt possibilitates formarum, ex quibus producuntur formę naturales, vt 2. sen. dist. 18. refert Durandus. Secundò sumi solet priuatio, pro altero extremo contrarietatis, prout dicit minorem perfectionem, sic nigrum dr̃ priuatio, albi, & vnitas est priuatio multitudinis: licet vnitas sit quid positiuum. Tertiò sumitur priuatio pro aliqua forma tendente ad non esse, sic sumebat Auerroes 1. Phy. com. 60. dicens, formam spermatis opponi, seu priuationem esse formæ hominis, secundùm falsam Alexandri Aphrodisei sentẽtiam, & idem in com. ãt 62. Alio & quarto modo sumitur priuatio propriè pro quadam carentia, & sic tenebra dicitur esse priuatio luminis in medio deferente ex 2. de Anima, cap. de visu; de qua priuatione in post prædicamentis, inq̃t Aristoteles, quòd priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato; & hoc modo sumendo priuationem adhuc triplex est. Prima dicitur priuatio quę priuat perfectione, ut ignorantia, nescientia, &c. Secunda est quę dicit negationem imperfectionis, ut est incorruptibilitas, immortalitas. Infinitas, quę negat finitatem: sed aliter q̃ Scotistæ, loquitur D. Caietanus p. p. q. 7. commento 1. quòd ly, infinitum, nomen est compositum ex, in, & finitum; quod finitum dicit terminos quantitatiuos, vnde quando dicimus, ꝙ Deus est infinitus, intelligitur negatiuè .i. Deus nec actu est finitus, nec aptus natus finiri. Tertio modo sumitur priuatio, prout nec priuat perfectione, nec imperfectione, vt ly, esse ingenitum, in diuinis, secundùm Capreolum, & Caietanum; licet oppositum sentiat Gabriel 1. sen. dist. 7. & Melchior Cano Hispanus.

Pro respon. Notandum quòd priuatio dupliciter potest sumi, & multa alia.

Notãdum de priuatione.

Resp. ad prima duo argumenta.

His igitur sic p̃missis, ad argumenta duo prius facta respondetur, & primò dico, quòd in Deo non est ponenda priuatio, uel negatio, quæ priuat & negat aliqua perfectione simpliciter, vel secundùm quid, sed nulla est absurditas si aliqua negatio imperfectionem negans in Deo ponatur, & hoc tam secundùm Thomistas, quàm secundùm Scotistas.

Ad tertiũ falsa resp.

Ad Tertium est vna falsa responsio, Deum esse animam mundi, & sic componibilem, & non summè simplicem, vt refert D. Augustinus septimo de Ciuitate Dei, cap. 6. vel Deum esse animã primi Cœli, vel esse omnium formale principiũ, quę omnia manifestam continent falsitatem.

Ad hoc etiam non minus falsè respondet Dauid de Diuando, Deum esse materiam primam, & ideo componibilem, & sic cùm materia prima veniat in compositionem omnium rerum materialium, Deus non esset summè simplex: qui error fuit etiam Epicuri, apud Achillinum primo Physic. tex. 82. quorum rationes sunt istę: Quęcunque sunt in rerum natura, & nullo modo differunt, sunt vnum & idem, sed Deus & materia prima sunt in rerum natura, & nullo modo differunt, ergo Deus, & materia prima sunt vnum, & idem: Maior patet quinto Metaphysices commento vigesimo, vbi dicitur, quòd illa sunt eadẽ quorum substantia est vna: Minor verò probatur, quia omnia quæ differunt, per aliquas differentias differunt, & ista sunt composita, sed Deus & materia prima sunt omninò simplices, ergo nullo modo inter se differunt. Secundò, materia prima est omne, quod est in se, cùm materia sit sua potentia, sicuti & Deus est sua potentia, & omnia quę sunt in ipso Deo. Tertiò, quod est ante omne fieri, vt post omne corrumpi, est De⁹; sed materia prima est ante omne fieri, quia ex ipsa omnia composita fiunt, & est post omne corrumpi, cùm ipsa incorruptibilis sit, terminatiuè 1. Phy. 82. ergo materia prima est Deus. Quartò id à quo omnia procedunt est Deus, sed talis est materia prima, ergo materia prima est Deus.

Prima ratio, quòd Deus sit materia prima.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Ad hæc argumenta respondetur. Et ad primũ respondet D. Thomas p. p. quęstione tertia, ar. 8. negans Deum & materiam primam differre, & si subinfertur, ergo sunt idem, negat consequentiam dicendo, quòd sunt seipsis diuersa; & illud, omnia quę differunt per aliquam differentiam differunt, valet in compositis, homo enim & equus per rationale, & irrationale differunt, cùm conueniant in natura generica, seu in animalitate, & differant per proprias differentias specificas sui constitutiuas, sed rationalitas & irrationalitas seipsis differunt, & sunt rationes differendi alijs. 10. Metaphysi. tex. com. 24. & 25. omnis enim differentia differentium ad aliqua primò diuersa est reducenda.

Ad primam resp. Tho.

Ad Secundum respondetur negando antecedens, videlicet quod materia est omne quod est in se, & quando dicitur ꝙ est sua potentia. Dico hoc esse valde dubium, de hoc enim variè est loquutus Auerroes, primo enim cap. de substantia orbis dixit, ꝙ sic, à quo non dissentiunt Thomistę. At in primo Phy. commento vltimo, dixit ꝙ non, & ideo dico, quòd materia non est omne id quod est in ea, prędicatione identica, benè tamẽ prędicatione causali, cùm in ea sit forma quæ nõ est materia, nec transiens in materiam ex Auerroe tertio de Anima commento quinto, iuxta Scoti, & discipulorum glosam in vniuersalibus quæst. 9 ad tertium, sed benè formæ naturales ex ea educuntur. 6. Metap. t. com. 1. & 7. Metaph 39. vbi, inquit Auerroes, ꝙ formæ naturales, aut oẽs, aut plures nõ possunt esse sine materia. Rũdetur

Ad 2. Resp.

& tertiò, quòd solus Deus intrinsecè est sua potentia actiua, seu nis productiua, non tamen materia prima est sua potētia subiectiua, qua potest formam recipere, sed benè intrinsecè est suus actus existentiæ, seu entitatiuus ſm Sco. 2. senté. dist. 12. q. 2.

Ad 3. resp. Ad Tertium verò argumentum, quod erat tale, omne quod est ante omne fieri, & post omne corrumpi, &c. Respondeo, q̃ Deus est ante omne fieri, & post omne corrumpi, actiuè immutatabiliter; materia prima verò & si respectu oīum naturalium, est ante omne fieri. i. antequam fiant omnia composita, & post eorum corruptionem, est tamen cum mutatione sui.

Ad 4. respon. Ad Quartum respondetur verum esse, q̃d omnia à Deo, & materia prima dependent, sed in diuerso gñe causæ, quia Deus est primū principiū extrinsecū actiuum corporalium & spūalium; materia prima verò est principium intrinsecū passiuum tm̃ ipsorum corporaliū; materia prima est componibilis, Deus verò summè simplex, & incō ponibilis, & sic patet ad principale argumentum quid ſm veritatem sit respondendum. Et q̃ dictum est, q̃ simplicitas est negatio, seu connotat negationem compositionis: dico q̃ triplex negationis modus conuenire potest alicui, seu tripliciter conuenire potest negatio alicui: Primò per accidens, vt cùm dicimus. Homo non est albus, ista negatio per accidens competit homini, quia albedo negata accidens est, adesse potens, & abesse præter hominis corruptionem, primo Topicorum, c. 4. Secundò alicui competit negatio per se, non tamen conuertibiliter, vt sic Angelus dicitur incorporeus, non tamen conuertibiliter valet dicere, est incorporeum ergo Angelus, quandoquidem anima nostra intellectiua incorporea est, secundo de Anima tex. com. 26. ab Angelo tamen specie distincta, secundùm Scotum 2. senté. distinct. 1. quęst. 6. & S. Thomam. p. p. quæst. 75. artic. septimo. Tertio modo, alicui negatio competit per se conuertibiliter, vt sic incorporeitas per se conuertibiliter conuenit spiritui, seu substantię spirituali, vt sic dicimus, quòd omnis spiritus est incorporeus, & omne incorporeum est spiritus, loquendo de incorporeo subsistenti, vel per se existenti; & hoc modo summa simplicitas, quę negationem connotat omnis compositionis, per se conuertibiliter conuenit Deo; ita vt dicamus, Deus est summè simplex, summè simplex est Deus.

Tripliciter alicui conuenire potest negatio.

Aliud argu. Tandem vt omnis euacuetur dubitandi modus, contra diuinam simplicitatem. Sic arguatur: Filius in Diuinis est Deus, & tamen persona Filij est composita cum humana natura, propterea q̃ persona Christi composita est ex diuinitate, & humanitate, ergo Deus non est summè simplex.

Resp. Scoti. Respondeo, quòd hic est difficilis nodus: Scotus enim tertio senten. dist. 6. quęstione tertia improprium existimauit hanc propositionem, videlicet persona Christi est composita, nisi de compositione largè sumpta (inquit ipse) nos loquamur, quatenus persona Christi in duabus naturis subsistit, inquit enim opinionem illam quæ dicit, quòd persona Christi est composita, communiter non teneri, propriè loquendo de compositione, scilicet ex actu & potentia, sicut ex materia & forma, & Doctorum auctoritates, quæ oppositum sonare videntur, sic sunt intelligendę; Christi persona est composita, idest ita verè in Christo est tam diuina, quàm humana natura, ac si Christi personam componerent, sed cum hoc nō componunt, nec ex eis fit aliquod tertium, sed distinctę & inconfusè manent in persona Christi, diuina, & humana natura, in quibus persona Christi subsistit: Et in hoc Scotus videtur sequutus, id quod D. Thomas dixerat tertio senten. dist. 6. quæstione prima, qui dicebat compositionem hanc esse secundùm quid, non autem simpliciter: & D. Caietanus sequutus videtur vtrunq; 3 p. q. 2. com. 4. dicens; quia in naturalibus compositio absque componentium imperfectione intelligi non potest, ideo nec simpliciter, nec formaliter admittēda vř in persona Christi compositio, sed cum adiectiuo, & aliqua determinatione, omnē imperfectionem tollente, talis cōpositio in Christo est admissa ab antiquis, puta à Dionysio, Augustino, & Damasceno, quod Scotus etiam dicebat: Vnde cùm multiplex sit compositionis modus, ut ex D. Thom. p. p. quæst. 3. artic. octauo, potest colligi, compositio hęc (si compositio dici potest) est ex natura, & supposito, à qua omni imperfectione ex parte suppositi remota, in Christo reperitur. non tamen competit personę Christi, secundùm quòd est in se, quia vt sic est simplex, sicuti & natura verbi est simplex: sed benè secundùm quòd ad Christi personam pertinet in aliqua creata natura subsistere: hinc si loquimur de subsistere simpliciter, una est in Christo personæ ratio subsistendi, si verò loquimur de subsistere in tali natura, duę sunt in persona Christi rationes subsistendi, una uidelicet, subsistendi in natura diuina, altera verò subsistendi in natura humana, ratio subsistendi in natura diuina in fieri est generatio ęterna, in facto esse verò est esse Deum; ratio subsistendi in natura humana in fieri, est ipsius humanæ naturæ assumptio, in facto esse verò, est esse hominem: nec propterea, eo quòd Deus in natura humana subsistit, aliquam realem entitatem perfectionalem acquisiuit, qua carebat non dum factus homo, sed ipsi humanitati, propriam & eandem numero, cōmunicauit subsistentiam & personalitatē: hinc factum est, ut duæ in Christo essent subsistendi rationes, quicquid aliter sentiens dicat Dionysius Carthusianus tertio sententiarum, distinctione sexta, quęstione octaua. Et sic dicit Scot', Christi personam in duabus naturis subsistere, una videlicet à qua habet primum esse, & est natura diuina, in alia quasi ipsi aduentitia, qua habet secundum esse, & dicit quòd Christus duo habet esse, sicuti si Socrates in duobus, videlicet in humanitate, & albedine subsisteret, duo haberet esse, unum primum substantiale, alterum verò aduentitium. Et addit Dominus Caietanus

quòd

quòd persona Christi est composita compositione ex his, prout in duobus esse, diuino.s.& humano, seu duabus subsistit naturis; & cõpositione cum his, inquantùm persona verbi, facta est hic homo, hanc assumendo humanitatem, & ideo cõpositio hęc ineffabilis est dicenda, nouus, & inauditus philosophia compositionis modus, supra omnem naturę ordinem, omni imperfectione carens. Ad argumentum igitur respondetur, quòd Christi persona est quodammodo composita, alio compositionis modo ab ijs de quibus in naturalibus communiter solemus loqui, ut inquit Scotus: Hoc tamen nõ obstante, Deus in sua essentia & quidditate, dicitur summè simplex, quia Deus quoad esse Deificum, nullam in se qualitercunque sumptam, admittit compositionem. Secundò dico, φ etiam si humanam naturam sibi vniuit Deus, ei propriam subsistentiam communicando, adhuc Deus dicitur summè simplex, cùm nulla ei facta sit additio, sicuti in natura humana, quę diuinam (qua prius carebat) recepit subsistentiam, ad quam erat in potentia obedientiali, & cum Caietano iterum repeto, quòd ineffabilis est hęc compositio. Sed quęret hic aliquis Philosophus mediocriter sacra Theologia tinctus; est ne de rigore sermonis bona hæc propositio: Christus est humanitas, & diuinitas?

Resp.

Dubit.

Responsio. Respondet ei Gregorius de Arimino 1.sen.d.28. q.2. Diuum Aug.13.de Trin.c.17.& in Enchiridio.c.26. sequutus, φ sic, sed talis loquendi modus in Concilio Constantiensi sess.15. reputatur non bonus, quamuis ad bonum sensum reduci posset, si hęc propositio sensum faciat coniunctũ, & causalem, ut Christus est humanitas, & diuinitas.i.ex humanitate, & diuinitate constat, uel melius, in humanitate, & diuinitate subsistit, sed hęc alterius sunt negotij; ideo secunda ponatur in ordine conclusio, quæ talis est.

2.concl. *Secunda conclusio. Illud dicitur simplex, & simpliciter simplex, quod non habet conceptum quidditatiuum, & qualitatiuum, & tale est ens; passiones eius, modi intrinseci, & vltimæ differentię: eo quòd talium conceptus in nullum alium priorem conceptũ resolui potest, & tales simplices conceptus, aut totaliter sciuntur, aut totaliter ignorantur, cùm in partem conceptam, & partem non conceptam sint indiuisibiles 9.Met.t.com.22.*

Quæ conclusio intelligenda est, quoad conceptus reales à priori intrinsecos, non autẽ quoad aliquos conceptus fundatos super entia rationis, seu fundatos in terminis secundę intentionis: Hinc vtrunque horum dicere possumus, puta, quòd Deus est simplicior ente, & quòd ens est simplicius Deo: & hoc quia simplicitas dupliciter potest sumi, uno modo, videlicet, ut opponitur compositioni, & componibilitati.i.actuali, & virtuali compositioni, alio modo, vt opponitur pluralitati, seu multiplicitati rationum formalium, seu conceptuum de re intellecta formabilium, & sic si primo modo sumatur simplicitas, Deus omni simplicitatis modo est simplicior ente, seu conceptu entis, & per consequens simpliciter summè simplex, respectu cuiuscunque intra latitudinem entis, contenti; quia nec compositus, nec alteri componibilis, nec alterum est cõponibile sibi, propria, & physica compositione, eo modo quo in nobis communiter reperitur cõpositio, vt ens est alteri componibile, cùm esse vniatur essentiæ tanquam actus potentię, ut loquunt Thomistę: si uerò secundo modo sumatur simplex, sic ens dicitur Simplicius Deo, cùm in Deo plures sint rationes formales, ex natura rei mente conceptibiles, quarum una non est altera: de Deo enim plures formantur conceptus, quã de ente: nec propterea ob plures huiusmodi rationes formales in Deo repertas, aliqua ponitur in Deo compositio: quia compositio in se intrinsecè includit actuale, & potentiale 8. Meta. tex. com.15. sed formalitates istæ summa cum actualitate sunt in Deo, nulla in eis habitudine perficientis, & perfectibilis existente, qualis habitudo reperitur inter materiam & formam, in cõstitutione compositi.

Tertia conclusio sit ista. Accidentia, materia prima, forma substantialis, intelligentia, & anima, dicuntur entia simplicia, quatenus ex re, & re, idest cõpositione physicali propriè dicta non componuntur. 3.concl.

Quarta & vltima conclusio sit. Aliqua composita ex materia, & forma, possunt dici simplicia in quã tùm non sunt mixta. 4.concl.

Quæ simplicitas est respectiua, non autem absoluta, vt sic corpora cœlestia sunt simplicia, similiter & quatuor elementa 2.Phy.tex.com.1. Remanet ergo firma conclusio per omnia prædicta roborata, ac stabilita, secundùm Logicam, Philosophiam, ac Sacram Theologiam, φ Deus est simplex & summè simplex, cuius substantia nullo modo dicitur constituta, uel formata; quod in prima parte huius digressionis, contra quẽdam, veritati innitentes intendebamus. Modò uerò ad secundam partem reliquum est properemus, in qua aliam eius concl. eradicabimus, probantes φ ista propositio est falsissima, Deus gloriosus est animal rationale immortale.

SECVNDA PARS digressionis.

Quòd Deus gloriosus, & benedictus, non sit animal rationale immortale.



De compositione. DE Simplicitate iam diximus: Nunc verò de cõpositione dicamus, vt deinde ad principale intentum deueniamus, ad ostendendum, φ Deus nõ est compositus, ex animali rõnali immortali: & dico φ cõpositio à componendo est dicta, quasi à plura simul ponendo, & sic compositio est vnius cũ alio positio, hinc cõpositio consistit in positione partiũ adinuicem, vt 5.Meta.com.25. dicebat Auer. Illa

.n.quę vniuntur simul ponuntur, vt dixit Franciscus de Maironis 1.sen.d.8.q.7.& compositũ habere naturam additam naturę componẽtis 3. de Anima com.5.& 5.Meta.com.6. dixit Auerroes.

Compositio & constitutio differunt.

Sed nota ꝙ compositio differt à constitutione secundùm Gabrielem 1.sen.d.26.q.1.quia compositio opponitur simplicitati, non autem constitutio, nam & si persona Filij, quæ procedit à patre, est summè simplex, dicitur tamen constituta, relatio enim personam constituere dicitur, non autem componere, quia componentia realiter distinguuntur inter se, & à composito, licet aliter 1.Physi.com.17.sentiat Auerroes; sed relatio diuina, realis, subsistens, personalis, quę diuinam constituit personam, non distinguitur realiter ab essentia diuina, ut falsò existimauit Gilbertus Porretanus, nec à persona constituta: quia relatio originis est persona constituta subsistens, ut paternitas est persona Patris, &c. Hinc tres colligere poteris.

CONCLVSIONES.

1 concl. *Prima est ista: Deus non est compositus, constitutus, vel formatus.* 2 concl. *Secunda; persona Patris, Filij, & Spiritus sancti non sunt composita, sed per relationes constituta.* 3. concl. *Tertia; substantiæ materiales sunt composita, & constituta.*

ET de hoc discrimine reperto inter componere, & constituere, dicebat Franciscus de Maironis in suo conflatu lib.1. d.8.q.7 ꝙ pluralitas transcendens abstrahit à numero propriè dicto, & ideo ipsa non componitur ex vnitatibus, sicut numerus, licet constet ex eis, sicut nec persona cõponitur ex essentia & relatione, licet constet ex eis: Hinc idem Franciscus lib.1.sui conflatus dist. 27.q.2.in principio, verissimam illam regulã ponit, declarat, & probat; ꝙ omne constitutum diffinitur per principia constituentia, quod est etiã Auerrois 1.Physic.com.5.2.Physi.28 & 1.de Anima, com.5. quam quadrupliciter probari posse confirmat.

Regula cõis quod quadrupliciter probatur.

j Primò in Grammatica, ubi oratio diffinitur per nomen & verbum ex quibus componitur.

ij Secundò in Logica, vbi species diffinitur ꝑ genus & differentiam ex quibus componitur.

iij Tertiò in naturali Philosophia, ubi compositum definitur per materiam & formam 1.Physico.65.

iiij Quartò in Sacra Theologia, vbi Christus diffinitur uel describitur per deitatem, & humanitatẽ; Deus enim & homo vnus est Christus secundũ Athanasium: Vnde termini isti compositio, & constitutio, differunt, sicut origo, & dependentia secundùm Franciscum de Maironis primo senten. dist. 4.q.1.ad quartum, vbi inquit, quòd sicut origo dicit distinctionem realem, sic dependentia importat diuersitatem essentialem.

Notandum in Arist.

Vbi notandum quòd apud Aristotelem distinctio realis necessariò infert distinctionem essentialem, quia si Socrates & Plato distinguuntur realiter, habent etiam distinctas essentias, secus autem secũdùm Theologos, apud quos tres personæ Diuinę realiter distinguuntur, seu hypostaticè, suppositaliter, & personaliter, in eis tamen vna eademq; numero est deitas, & sic apud Theologum non valet ista consequentia, A, & B, distinguuntur realiter, ergo distinguuntur essentialiter, cùm de facto secus se habeat in diuinis personis: & sic in diuinis est origo, & non dependentia, constitutio, & non compositio. Et quia Deus est purissimus actus, nullo modo debet dici formatus uel constitutus, cùm illud dicatur compositum cui est admixta passiua potentia octauo Physicorum 39 & 12. Metaphysices, commento 37.& in sua componentia resoluatur primo Physicorum 65. tertio Cœli, commen. 15.& tertio Metaph.com.15. quod in diuinis locum non habet, cùm abstractis relationibus personalibus à diuinis personis nihil remaneat per modum resolutionis secundùm Sanctum Thomam.p p.q.40.ar.3. & tertia parte, quęstione tertia, artic.tertio, ad tertium, & quia omne compositum est diuisibile primo Metaphysices, commento septimo, & 7. Metaphysic. nullo modo compositus est Deus, nec constitutus, nec formatus: Hinc dico, quòd duplex est cõpositio, vna quidem intentionalis, ut sic syllogismus componi dicitur ex tribus terminis, & duabus propositionibus primo Priorum, ca.primo, alia est cõpositio realis, & hæc est multiplex.

Duplex compositio.

Prima est elementorum ex materia & forma 3. Cœli 67. secunda est partium similarium ex elementis, vt compositio carnium, & ossium ex ipsis elementis: tertia est partium organicarum ex partibus similaribus, ut compositio manus, & pedis ex carne, neruis, &c. alia verò diuisio cõpositionis est ista.

Compositio quadruplex.

Compositio quadruplex est. Prima est totius ex partibus quantitatiuis, qua continuum est diuisibile in semper diuisibilia, primo Cœli tex. 2. Secunda compositio est ex partibus gradualib⁹, vt est compositio albedinis ut octo, ex suis gradibus. Tertia compositio est ex partibus essentialibus, qua fit compositum ex materia & forma. Quarta est compositio mixti ex quatuor elementis, siue in eo sint elementa formaliter ẜm Auer. 3.Cœli, com.67. siue virtualiter.i.tm̃ secundùm materiam secundùm Sco.& D.Th. Vnde 1.Cœli, tex.1. dicebat Caietanus Thienensis, ꝙ triplex est compositio: vna elementorum ex materia & forma. Secunda partium similarium, & homogenearum. Tertia est mixtorum ex partibus homogeneis & ethterogeneis, & quia compositioni opponitur resolutio, triplex etiam est resolutio tali compositioni opposita.

Compositio triplex.

Hinc D.Thom.p.p.q.3. ar.7. plures ponit compositionis modos, ut omnes tandem à Deo excludat. Quarum prima inq̃t est partium quantitatiuarũ, qua componitur totũ integrale. Secunda est cõpositio ex materia & forma, q̃ reperitur in rebus materialib. in q̃bus suppositũ addit supra naturã intrinsecum constitutiuum suppositi, puta subsistentiam, vbi Sco. in 3.sen.d.5.q.3.à D.Tho. discrepat, quia D. Th. vult illud additum, esse positiuum, Scotus uerò vult esse negatiuũ, vt supra diximus. Tertia cõpositio est

Multiplex cõpositio secundum S.Th.

est ex esse, & essentia, quo est, & quod est 1. parte quaest. 75 art. 5. Seu ex actuali existentia tamquàm actu, & natura tamquàm potentia. Quarta compositio est ex genere, & differentia, & sic si genus, & differentia sumuntur pro secunda intentione, est cõpositio logica, si verò pro prima intentione est compositio Metaphysica. Quinta compositio est ex subiecto, & accidente, vt ex pariete, & eius albedine, vnde infert D. Thom. D. Caietan*, & tota Thomistica Schola, nullam ex his compositionibus in Deo reperiri, ob summam eius simplicitatem; & tunc manifestè apparet esse falsum quòd Deus est constitutus, & formatus ex Animali, & rationali immortali; qđ sacrilegum est etiam in Aristotele, qui Deum gloriosum purissimum actum semper, & vbique acclamauit, à quo non recessit Auerroes; qui in disputatione quinta in solutione vltimi dubij dicebat, quòd Deus vnus, & simplex est secundùm peripateticos, in quo attributorum multiplicitas est tantùm secundùm rationem 12. Metaph. com. 39. & disputatione 6. in solutione sexti dubij, dicebat etiam, ꝙ Deus est quidditas absoluta, &c.

Resp.

Quòd si etiam ad subtilem scholam accedere voluerimus, non minus opulentam inueniemus compositionis diuisionem. Dicit enim Scotus ꝙ duplex est compositio, vna dicitur cõpositio cũ his, altera verò compositio ex his, de quibus cõpositionibus benè etiam dixit Alexander Achillinus Auerroista quolibet. tertio dubio tertio. Et Herueus Brito primo sen. distin. 8. q. 2. in principio: cuius aurea sententia est ista: Deus est super omnia simplex, omni reali compositione carens. Dupliciter enim dicitur aliquid componi, vno modo quia ex partibus est constitutum, alio modo aliquid dicitur compositum nõ ex aliquibus, sed cum aliquo, & neutro horum modorum Deo cõuenit esse compositum, ob puritatem in essendo, in causando, & ratione puritatis suae actualitatis; ratione primi Deus non esset primũ ens, nec perfectissimum, cum dependere à partibus imperfectionem arguat; nec Deus est compositus cum alio, sicut forma substantialis est cõposita cum materia, vel è conuerso. Secundò apparet ex primitate suae causalitatis, quia nullum compositũ potest esse prima causa. Tertiò ex actualitate, quia cuicumq; inest aliquid differens ab eo, est aliqđ potentiale, quod summae, & purae diuinae actualitati repugnat, &c. Ecce quàm clarissimum est, falsissimum esse dicere, Deum gloriosum esse cõstitutum, & formatum, quoad suam substantiã. Vt ille dixit, nec ab hoc recessit Auerroes secũdo coeli com. 49. & disp. 7 in sol. tertij dicens, ꝙ compositio ex genere, & differentia similis est compositioni ex actuali, & potentiali; imò si Deus esset constitutus, & formatus, tunc Deus non esset aeternus, iuxta Auerrois doctrinam 12. Metaphysi com. 39. quando inquit, omne constitutum, & compositum esse nouum, à quo non recessit Lactantius Firmianus libro secundo Diuinarũ institutionum numero septimo, ibi, expers corporis de corporali nunquàm potest oriri, &c. Hinc

De compositione quid dicat Scotus.

compositionem ex his, & cum his, cuius meminit etiam Caietanus 3. par. q. 2. com. 4. in Deo nõ reperiri, dixit D. Tho. 1. par. q. 40. art. 1. ad primum sic dicens, quia enim diuina simplicitas omnem materiae, & formae excludit compositionem, in diuinis idem erit abstractum, & cõcretum. Vt Deitas, & Deus, &c. cui addit Caietanus 1. par. q. 3. artic. 8. ꝙ esse componibile, dicit in alicuius compositionem venire, ad quod quatuor sunt necessariò requisita. Primum vt realiter distinguatur ab illo cui vnitur, seu cum quo componit, & qđ componit, quia eiusdem ad seipsum non est cõpositio. Secundum, vt talis coniunctio sit realis, non autem intellecta, & excogitata. Tertium, vt sit coniunctio realis secundùm esse, idest, intrinsecs, non autem per solam adhaerentiam, vel indistantiam. Quartum, vt vnum sit actus alterius, sicuti est coniunctio realis formae cum materia; alias etiam multas compositiones ponit Scotus, quas supra de mente aliorum declarauimus, quibus de mente Scoti aliae etiam addi possent, videlicet. Ex re, & re, realitate, & realitate, & ex positiuo, & priuatiuo, cuius meminit etiam Alexander Achillinus Auerroista quolibeto secũdo dubio secundo, quàm compositionem vocat, ex perfectione, & defecto: Remanet ergò firma immobilisq; manens nostra conclusio, ꝙ Deus gloriosus, & Benedictus, non est animal rationale immortale: & ꝙ Dei gloriosi, & Benedicti substantia non est formata, & constituta ex rationali, & immortali. Vt inquit Gratiadeus Esculanus ex Boetio in c. de differentia, cuius verba sunt haec. Verus autem Deus in nullo genere est, neq; per aliquam differentiam constituitur, sed est supra omne genus, & omnem differentiam, & his addo ꝙ rationale diuidens, & contrahens animal propriè importat discursum, qui à Deo negatur secundùm S. Tho. 1. par. q. 14. art. 7. Et quod magis vrget, Tiberius Bacillerius Bononiensis non minus profundus, quàm antiquus Auerroista, in hoc cap. de differentia, diuina voluntate quasi p̃scius, aduersus hunc errorem, haec verba posteris scripta reliquit. His dictis panditur error modernorum taistimantium, Rationale quod contrahit animal, Angelis conuenire: ex quibus tãti viri verbis irrefragabiliter infero; si rationale quod diuidit animal, non competit Angelo, quomodo igitur, bona facie, sine scandalo, & serena cõscientia absque hoc, ꝙ diuinae simplicitati substrahatur, dici potest quòd conuenit Deo glorioso? & ratio nostra est, quia Deus est primum ens incausatum, & summè simplex, vt ex omnibus p̃dictis patet expressè, quae omnia ad laudem Dei omnipotentis, & simplicitatis eius, dixisse volui, & consequenter ad nostrorum discipulorum ingenia, ad altiora, & rei veritatem eleuandum. Et vt qui aliter sentit scribat, & non crocitet. Sit laus summè simplici Deo, qui intellectum nostrũ ad hanc veritatem, manifestandum illuminauit.

Ad esse cõponibile quatuor sunt requisita.

Concl. certa

A superioribus ergo rursus inchoanti, dicendum differentiarum alias quidẽ esse

Tex. tertius.

se

se separabiles, alias verò inseparabiles. moueri enim, & quiescere, & ægrum esse & sanum esse, & quæcunque his proxima sunt, separabilia sunt, at verò aquilinum esse vel simum, vel rationale vel irrationale inseparabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ verò per accidens. nam rationale per se inest homini, & mortale, & disciplinæ esse susceptiuum: at verò aquilinum esse, vel simum per accidens, & non per se. Illæ igitur, quæ per se sunt, in substantiæ ratione accipiuntur, & faciunt aliud illę verò, quæ secundùm accidens, nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciũt aliud, sed alteratum. Quæ quidem igitur per se sunt, non suscipiunt magis & minus: quę verò per accidens (etsi inseparabiles sint) intensionem accipiunt, & remissionem. nam neq; genus aut magis & minus prædicatur de eo cuius fuerit genus, neq; generis differentiæ, secundùm quas diuiditur. ipsæ enim sunt, quæ vniuscuiusque rationem complent: esse autem vnicuiq; vnum, & idem, neque intensionem, neque remissionem suscipiens est. aquilinũ autem esse, vel simum, vel coloratum, aliquo modo, & intenditur, & remittitur.

Continuatio textus.

Aegidius Romanus, Ant. And. Petrus Tataretus, Paulus Venetus, Burleus, Sotus Hispanus, Ammonium sequentes, Alberto tamen consentiente tract. 5. cap. 2. & nihil repugnante, textum hunc ad præcedentes, sic continuant: Cũ supra Porphyrius duas posuerit differentię diuisiones, nunc tertiam ponit diuisionem, & vt Ant. Andr. inquit, & Paul⁹ Venetus, prædictam diuisionem trimembrem suprapositam, reducit ad bimembrem; & Aegidius inquit, esse diuisionem principalem, non autem alterius membri diuisionẽ, vel subdiuisionem; & Ammonius etiam dicit, ꝙ perfectiorem diuisionis partem à quadam quasi initio, orditur Porphyrius; solus autem D. Caietanus dixit cum Paulo Soncinate & Gratiaden hanc non tertiam, sed secundam esse differentiæ diuisionem, suimet, & eorum quæ supradixerat, non oblitus.

Diuisio text⁹

Diuiditur præsens textus, secundùm Aegidiũ & Ant. And. in tres partes principales. In prima ponit Porphyrius tertiam differẽtię diuisionem, ibi, à superioribus &c. vbi diuidit simul, & exemplificat. In secunda parte, ibi, inseparabilium autem, &c. subdiuisionem ponit alterius mẽbri tertiæ diuisionis. Exempla simul afferendo. In tertia verò parte, ibi, illæ igitur quæ per se, &c. subdiuisionis membra adinuicem comparat, & duas ponit inter ea differentias, vel duplex discrimen, secundùm Aegidium, Ant. And. & Petrum Tataretum, vel tres secundùm D. Caietanum, qui cæteris; magis distinctè more solito, in hoc est loquutus: quantùm igitur ad textus intentionem, iam patet ex prædictis: quoad expositionem verò. In prima parte ponens Porphyrius tertiã diuisionem inquit, ꝙ simul miscendo tria membra primæ diuisionis, ex illis noua bimembris consurgit tertia diuisio, talis; Differentiarum aliæ sunt separabiles, vt moueri de loco ad locum, quiescere, sanitas, ægritudo, &c. Aliæ verò sunt inseparabiles, vt aquilinitas, vel simitas in naso, Rationalitas in homine, irrationalitas in equo, Boue, &c.

Expositio textus.

Deinde in secunda parte, subdiuidens differentiã inseparabilem inquit, ꝙ differentiarum inseparabilium, quædam sunt per se inseparabiles, v.g. sicuti rationale per se inest homini in primo modo dicendi per se 1 Poste. tex. 30 ita etiam est inseparabilis per se ab homine, existente ipso homine, & esse partie eps rationis, vt inquit Ammoni⁹; aliæ verò differentiæ inseparabiles, per accidens sunt inseparabiles, sicuti per accidens, & non per se in primo modo dicendi per se, sunt in subiecto vt aquilinitas, vel simitas in naso. Deinde in tertia parte, inquit D. Caietanus, triplex ponit discrimen inter differentias per se inseparabiles, & differentias per accidens inseparabiles. Primũ est, ꝙ differentiæ per se inseparabiles assumuntur in ratione substantiæ. i. ingrediuntur quidditatiuã, & substantialem rei definitionem, quæ res, est ipsa species constans ex genere, & isli differẽtia per se inseparabili, ad differentiam earum differentiarum, quæ per accidens sunt inseparabiles, vt est simitas, & aquilinitas, quæ rei definitionem non ingrediuntur, sed vt extranea prædicata, manent extra quidditatem speciei definitę: secundum discrimen est, ꝙ differentiæ per se inseparabiles, faciunt aliud. i. diuersitatem essentialem, differentiæ verò per accidens inseparabiles faciunt tantũ alteratum. i. differre accidentaliter: tertium discrimen est, ꝙ differentiæ per se inseparabiles non suscipiunt magis, & minus. i. augmentum, & decrementum, intensionem, & remissionem, vt inquit Ammonius; differẽtiæ verò inseparabiles per accidens benè suscipiunt magis, & minus; dicimus enim, nasum magis aquilinum, & minus aquilinum, non autem dicimus vnum hominem quoad actum primum esse magis rationalem alio homine, & ratio est, quia esse, seu essentia, & esse quidditatiuum vniuscuiusque rei substantialis perfectæ, vnum & idem est, nec augmentum, nec decrementum suscipiens. Hæc quoad continuationem, diuisionem, & expositionem præsentis textus; nunc ad terminorum declarationem accedamus.

Notandum.

[A superioribus, rursus, inchoanti]. i. à principio, [Rusus. i. iterum Albertus, & Ant. Andr. & Sotus Hispanus: [At verò aquilinum, vel simum esse, inseparabilia sunt] ista inseparabilia dicũtur, quia in naso causam permanentem habent, simitas enim ex eueniitate nasi, & depressione in medio nasi facta, causat; aquilinitas verò, vel aquilinum,

Verba textus

linum, ex retorsione anterioris partis nasi super labium superius causatur, quando nasi medium eleuatur, & cartilago nasi anterius ad modum rostri Aquilæ, ad superius labium recuruatur, & istę differentiæ dicuntur inseparabiles per accidens, quia sumuntur à tali figura nasi, quæ non est de essentis nasi, nec substantialis forma ipsius nasi; Rationalitas verò, & irrationalitas dicũtur differentiæ per se inseparabiles, quia sequuntur formam substantialem ipsius hominis, & equi: Vbi cum Caietano, post Albertum tracta. 5. c. 2. Notabis Nouicie, ꝙ Porphyrius sumit hic ly, per se, strictius & præsius, quàm sumpsit Arist. 1. Poster. tex. 30. vbi sumebatur ly, per se, duobus modis principaliter, primò in aliqua propositione, in qua ꝓdicatũ est de ratione. i. definitione subiecti, quod prędicatum, aut est genus, aut differentia, aut tota definitio 7. Metaph. com. 11. Secundò, quando subiectum est de ratione prædicati, seu ponitur in definitione prędicati, v. g. cùm nasus ponitur in definitione simitatis, & isti dicebantur duo modi per se pręcipui in demonstratione assumendi secundùm Linconiensem. Hic verò à Porphyrio sumitur ly, per se, tantùm pro prædicato essentiali, quod venit in substãtialem rei constitutionem, & sic differẽtiæ per se inseparabiles in præsenti, dicuntur illæ, quæ sunt essentiales, sumptæ in ratione diffinitiua, data secundùm substantiam rei definitæ. Ammonius verò idipsum docens, inquit; ꝙ per hoc differentiæ maximè propriæ à communibus, & proprijs distinguuntur. [Illæ igitur quæ per se sunt in substantiæ ratione accipiuntur] Ammonius inquit (in substantiæ ratione). i. in oratione quæ rei naturam ostẽdit, hoc est, in definitione, qua rei vis, & natura explicatur, adhibentur; namq; ex generibus, & constituentibus differentijs, omnis definitio constat, idest, ex illis differentijs, quæ species efficiunt, quæ nec imminui possunt, nec ampliari. Sed rationem diffinitiuã substantialia rei quidditatiuę ingrediuntur; addit Albertus, seu in ratione, & definitione rei sumuntur, & faciunt aliud, vt magis clarè dixit Ant. Andreas, & D. Caietanus.

Verba text.

Sed dubitabit hic Nouicius, q̃d intelligit Porphyrius pęr illa verba, differentiarum Inseparabilium, aliæ sunt Inseparabiles per se. Aliæ verò inseparabiles per accidens? Respondit ad hoc D. Caietanus dubio primo super hæc verba dicens, ꝙ differentiæ per se, inseparabiles sunt tam respectu generis, quàm respectu speciei, respectu generis quidem, quoniam per se diuidunt genus, respectu verò speciei, quoniam per se constituunt speciem, doctrina hæc verissima est, ad mentem Porphyrij verò nihil, sed sensus Porphyrij est talis, differentiarum alię per se insunt speciebus, vt rationale, aliæ verò per accidens, vt simitas, ꝙ si fortè differentiæ dicuntur inseparabiles respectu generis, non referuntur ad genus in ratione diuidendi, sed potius in ratione constituendi, vt est sensibile respectu animalis, quod est species subalterna, respectu cuius, sensibile dicitur differentia intermedia, seu differentia subalterna, & non vltimata.

Dubitatio.

Responsio.

[Quę igitur per se sunt, non suscipiunt magis, & minus] Ammonius inquit, ꝙ isti termini, intentio, & remissio, qui æquipollẽt istis terminis, videlicet. Magis, & minus; metaphorici sunt, sumpta metaphora à citharæ fidib⁹, ibi, vocabula hęc sumpta metaphora à citharę fidibus vsurpantur, nam contensę seu extensę strepitum edunt vehementiorem, minorem verò, ac languidiorem remissæ. [Esse autem vnicuique vnum, & idẽ.] Hic cursim Notabis Nouicie, donec melius in subtili schola fueris instructus, ꝙ ens, & esse, veniunt à verbo sum, es, est, & ens, dupliciter potest sumi, vt inquit Franciscus de Maironis in quolibetis q. 9. versus finem; vno modo nominaliter, prout est nomen indeclinabile, & tunc denotat esse essentię; alio modo accipitur participialiter. i. inquantùm est participium verbi, sum, es, est, & tũc significat existentiam, seu esse existentiæ. Sic etiã esse, dupliciter potest sumi, vno modo, nominaliter, vt est nomen indeclinabile, alio modo infinitaliter. i. vt est infinitũ huius verbi, sum, es, est. Primo modo sumitur in secundo de generatione tex. 59. & 9. Metaph. tex. com. 20. vbi habetur, ꝙ esse est nobilius, non esse. Secundo modo sumitur primo Physi. tex. 62 5. Physic. tex. com. 7. & primo de generatione tex. com. 11. hic verò apud Porphyrium sumitur, esse, nominaliter, non autẽ infinitaliter, vt idem est, ac quidditas, sic tertio de anima tex. com. 9. ibi, aliud est magnitudo, & aliud magnitudini esse; & 2. de anima text. 47. ibi, est alterum alimento, & augmentatiuo esse, vbi inquit Paulus Venetus, ꝙ illud alterum esse, est formale, & diffinitiuum; Hinc Alexander Achillinus in suo libro de distinctionibus, & libro de elementis dubio 23. videns Auerroem 1. Physic. com. 27. dixisse, ꝙ illa prędicatio, qua de aliquo prędicatur esse, v. g. Petrus est, non est prędicatio per accidens, sed ꝑ se, existimauit ꝙ esse essentiæ, & esse existentiæ sunt idem, & nomina synonima, eo ꝙ hoc verbum sum, es, est, & hoc verbũ. Existo, is, sunt verba substãtiua synonima, sed oppositum docuit Franciscus de Maironis 1. sen. distin. 42. q. 5. art. 2. Cuius sententia cõsistit in hoc, ꝙ essentia in rebus creatis, non duratione, & origine, sed natura, & perfectione pręcedit actualẽ existentiam, & propterea essentia à tali existentia, nec realiter, nec formaliter, nec vt q̃dditas à q̃dditate, sed ex natura rei, distinguitur; cùm essentia sit indifferens ad esse, & non esse, existentia enim adueniens essentię, non variat eius rationem formalem. Vbi vide conuenientiam inter Achillinum, & Franciscum, quoad identitatem realem inter essentiam, & existentiam, sed differunt postea, quia secundùm Franciscum, distinguuntur ex natura rei: sed ambigua est eorum positio, q̃a si hoc intelligunt in abstractis à materia, benè dicunt, si verò in materialibus generabilib⁹, & corruptibilibus, videtur mihi aliter dicendum, cum Ioanne Bacch. 3. sen. dist. 10. q. vnica ar. 6. videlicet, ꝙ in talibus essentia, & existẽtia realiter sunt distin-

Verba text.

Verbe text.

Esse dupliciter potest.

distincta, cùm in eis aliud sit quidditas, & aliud essentia 3. de anima tex. cum. 9. & 7. Metaph. 34. potest enim res aliqua materialis pri' habere esse essentię, & postea habere actum existentię, seu actu existere; de qua re aliàs, modò verò sat sit monstrasse locum. Et concludo, q esse, hic apud Porphyrium sumitur nominaliter prout importat rei essentiam.

Dubitatio. Sed hic occurrit mihi dubitatio ex parte Nouicij; an differentia faciens aliud, non solùm reperiatur in substantijs, sed etiam in ipsis accidentibus? Respondeo q substantia dupliciter potest sumi 5. Metaph. tex. 15. Vno modo prout opponitur ad accidens, & sic pñta dicuntur diuidi in substantiam, & accidēs: Aliu modu sumi potest pro essentia cuiuscumq; rei, siue talis res sit substātia, siue sit accidens, in antepredicamentis cap. 1. & 1. Poste. tex. 30. sic 7. Metaph. t 4 dicebat Auer. q accidens habet propriam substantiam, & propriam quidditatem; hoc stante ad dubitationē. Respondeo, q differentia faciens aliud reperitur tam in substantijs, quàm in accidentibus, eo q sic differentia vnius accidentis facit vnum accidens esse aliud ab alio accidente, sicuti differētia vnius substantię facit illam substantiam cui' est differentia, esse aliam ab alia substantia; Dices, vtrū accidens est ne aliud ab aliu accidente, per suū subiectum, an per suam differentiam? Respondeo q per suam differentiam, quia si accidens cōsideratur ab intellectu, prout abstrahit à suo subiectu, cùm abstrahentium non sit mendaciū 2. Physi. tex. com. t 8. etiam potest esse aliud .i. substantialiter, vel essentialiter differre ab alio accidente diuersi ordinis; & q ita sit, testis sit Magnus Magister Simplicius 4. Physi. com. t 37. cuius verba sunt ista. Albor autem, seu albedo quę est in niue, & quę in cerusa, cogitatione ablatę a subiectis, inter se differūt differētijs alboris, sunt enim differentię alboris, & dulcedinis, & aliorū quę per se eis accidunt etiam si sumātur sine subiectis, & paulò post com. t 40. inquit idem Simplicius, q ęquilaterus, & Isocheles sunt figurę, & trianguli, i. conueniunt in figura, & triāgulo, differunt enim per suas differentias, vt sunt rectilineum, circumstilineum, rotundum, &c. & quia istę figurę abstrahūt à materia sensibili, per proprias differentias possunt differre, quę faciunt aliud t q si quęras, an differentiæ specificæ quomodo inter se distinguuntur? Respondetur q sunt seipsis primò formaliter distinctæ, secundū Scotum in primo dist. t 3. q. vnica, vbi nota secundū Gabrielem lib. 1 sent. dist. 8. q. 4 q differentia dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, pro secunda intētione, alio modo pro prima intentione; & si sumitur pro prima intentione, tunc differentia specifica siue entitas à qua sumitur differentia specifica, ad tria potest comparari, videlicet ad id quod est infra se, qd si est species, habet respectu illius, rationem constituendi, si verò illud infra est pars subiectiua eius, videlicet, hęc, & illa differentia, sic habet habitu diuem speciei, & tunc est differentia vt quid, & species vt modus;

Responsionis fundamentū.

Responsio.

Dubitatio.

Respon.

Simplicius.

Dubitatio.
Responsio.

Notandum ex Gabriele.

vel ad illud quod est supra se; & sic si tale est genus, tunc habet rationē actus, & est nobilior genere, sicut determinans est nobili' determinato, & actus est nobilior potentia, si verò illud supra est vniuersale, sic differentia dicitur species; vel comparaē ad illud quòd est iuxta se, puta, ad differentiam oppositam, & sic habet rationem primò diuersi, & q illa realitas à qua sumitur differētia specifica, sit actualis respectu illi' realitatis à qua sumitur genus, vel ratio generis, est Scoti in 2. distin. 3. q. 6. & S. Tho. 1. par. q. 3. ar. 5. Quòd si quærat Nouicius, & diligēs Carmelita; quotuplex est differentia? Respondit ei Doctor suus Ioannes Baechonitanus Auerroistarum Princeps nonneupatus 3. sen. dist. tu. q. vnica art. 6. quòd quadruplex est differentia: prima dicitur differentia rerum, sicut differunt materia, & forma, quæ substantiæ sunt imperfectę, secundu de anima text. 2. & etiam si vniantur vt potentia, & actus, forma non transit in materiam, nec ècōuerso, secundùm Scotum in vniuersalibus q. 9. ad tertiū argumentum in glossa propositionis Auerrois tertio de anima cum. 5. q ex intellectu, & intelligibili sit magis vnum quàm ex materia, & forma. Secunda differentia est non quidem rerum, sed tamen realis, vt sic differunt actus totalis rei, qui est ipsum esse, & potentia totalis rei quæ dicitur essentia, sicut essentia fortis, & existentia, vel subsistentia eius, 7. Metaph. 34. vt supra dicebamus contra Alexandrum Achillinum, & Franciscum de Maironis. Tertia est differentia à natura rei, vel ex natura rei, vt sunt passiones entis, vt vnum, verum, bonum, &c. quæ dicuntur intentiones obiectiuæ. Alia est differentia metē constituta ex opere intellectus, vt in columna dextrū, & sinistrum, quę sunt in ea respectu nostri, nō autē respectu sui, secundu lib. de cœlo tex 10.

Dubitabit tandem ex necessitate consequētię, Acutus Nouicius Aegidianus; vtrum horū, Rationalitas ne, an Rationale est hominis differentia? Ad hoc respondit ei D. Aegidius Columna Doctor eius in hoc cap. de differentia dubio secundo, q hominis differentia est ly, Rationale, non autem rationalitas; & causa est inquit ipse, quia secundùm Auicennam, Rationalitas significat formam pręcisè, & non potest prędicari de homine, qui est quoddam compositum, seu concretum, ita vt debeat prædicari, aut abstractum de abstractu, vt albedo est color, aut concretum de concreto, vt album est coloratum; vnde sicuti fallum est prędicari abstractum de concreto, dicendo album est color, ita etiam falsum est prędicare rationalitatem in abstractu de homine in concreto, dicendo homo est rationalitas: ex his talem rationem colligit Aegidius. Differentia prędicatur de illa specie cuius est differentia, sed rationalitas non prędicatur de specie. i. de homine, ergo rationalitas non est differentia, sed ratio nale; hęc est opinio Aegidij: Alia opinio est Ioānis de Magistris in huc cap. de differentia. Et Magistri Philippi Mucagatę in hoc cap. q. 4. Et Burlei in vltimis verbis cap. de differentia, quòd non ratio-

Dubitatio.

Respon.
Quadruplex differentia secundum Baechonem.

Dubitatio.

1. Opin. Aeg.

2. Opi. Io. de Mag. Muca. & Burlei.

rationale, sed rationalitas est differentia ipsi⁹ hominis, & ista opinio pace D. Aegidij, mihi videtur ad mẽtem Porphyrij, & Aristotelis, probabilior. Et ratio quæ me mouet, est ista. Anima, est forma, & actus corporis Physici 2. de anima com. 6. & 7. & non animatum, & tamen hęc propositio, Animal est anima, est falsa, ista verò animal est animatum, est vera 7. Metaph. com. 36. ergò à simili, rationalitas est differẽtia hominis, licet ista sit falsa, homo est rationalitas; & debeat dici, Homo est rationalis: Amplius secũdo de anima tex. com. 37. anima, & corpus, sunt propter corpus animatum, ergo rationalitas, & corpus hominis, sunt propter rationale. Et sicuti anima est causa animati, secũdo de anima 36. ita rationalitas, est causa ipsius rationalis. Amplius 12. Metaph. 39. abstractum, & concretum differunt, vt abstractũ dicatur principale, & cõcretum dicatur sumptũ 12. Metaph. 39. Sed principale est forma, ergo rationalitas, & non rationale est hominis forma, & differentia.

Et probatur ratione etiam, ꝙ rationalitas, & non rationale sit differentia hominis; Differentia vniuocè prædicatur de eo cuius est differẽtia, secundùm Arist. in prædicamento substantiæ in tertia proprietate, ibi, inest substantijs secundis, & differentijs omnia vniuocè prædicari, sed rationale non prædicatur vniuocè de homine, sed potius denominatiuè, dicendo, homo est rationalis, ergo nõ rationale, sed rationalitas est differentia hominis. Ad hoc respondit Aegidius concedendo maiorem, negando tamen minorem dicens, ꝙ non omne concretum prędicatur denominatiuè, verè sumendo prędicationem denominatiuam, tamen licet rationale sit concretum, nõ prædicatur denominatiuè, sed vniuocè; Contra, ista prædicatio est verè denominatiua, homo est rationalis, & ideo ly, rationale, est verè concretũ, & sic non potest prædicari vniuocè, & ꝙ ita sit probatur, quia duplex est prædicatio denominatiua, videlicet. Intrinseca, & extrinseca, denominatio intrinseca est duplex, vna, videlicet, substãtialis sumpta à concreto substãtiali, vt homo est animatus, cui similis est ista, homo est rationalis. Alia est prædicatio denominatiua intrinseca accidẽtalis, vt paries est albus, non ꝙ albedo sit intrinseca parietis, sed dicitur intrinseca accidentalis, quia paries denominatur ab albedine sibi formaliter inhærente; alia est prædicatio accidentalis extrinseca, quando subiectum denominatᷣ tale ab aliquo accidente, non sibi formaliter inhęrente, vt cùm paries denominatur videri, visione existente non in seipso, sed in oculo vidente. Et sic remanet quomodo ly, rationale, est prędicatũ concretum intrinsecum denominatiuum, verè, & propriè, & cùm non possit vniuocè prædicari de homine, non rationale, sed rationalitas erit differentia ipsius hominis: vnde colligo cum Ioanne de Magistris, ꝙ licet differentia pro prima intentione sumpta, vt rationalitas, non prædicetᷣ in abstracto de specie, prædicatione dicente, hoc est hoc, benè tamen prædicatur in concreto, seu in concracto, & sic ista est vera, Homo est rationalis, licet ista sit falsa, Homo est rationalitas, & hoc ideo, quia abstractum non prædicatur de cõcreto, cùm forma sit pars, & non dicat totum esse speciei. Secundò arguitur sic. Propter quod vnumquodque, & illud magis 1. Poste. tex. 15. sed rationale est differentia propter rationalitatem, ergò rationalitas est magis differentia. Ad hoc respondit Aegidius, dicens, ꝙ rationalitas non est tota, vel totalis causa, quare rationale sit differentia, vnde per hanc regulam posterioristicã non sequitur, homo est ebrius propter vinum, ergò vinum est magis ebrium, quia vinum non est totalis causa inebriandi, sed debilitas cerebri, immoderata repletio, &c. Contrà, inquit Arist. lib. 2. de generatione animalium in principio, quòd animatum est nobilius inanimato propter animam, & tunc valet hæc consequentia, ergò anima est nobilior inanimato, vel non anima, &c. Concludo igitur ꝙ specifica hominis differentia, est rationalitas, non autem rationale. His igitur terminis sic declaratis, & dubitationibus dissolutis literam construe.

Resp. Aegid.

Contra.

Denominatiua prædicatio, aut intrinseca, aut extrinseca.

2. Arguitur contra Aegidium.

Resp. Aegid.

Contra.

Constructio Litteræ.

[A superioribus ergò rursus inchoanti] .i. à principio, vel iterum, vt Alb. Aut. Andreas, & Paulus Venetus, incipienti à superioribus .i. à prima diuisione suprapostia, diuisionem trimembrem ad bimembrem reducere, vel secundùm Gratiadeum, inchoanti .i. inchoare volenti à superioribus .i. à prius dictis de differẽtia ad plenius ipsam diuidendum. [Dicendum differentiarũ] .i. ex differentijs [Alias quidem esse separabiles] .i. aliàs esse differentias, quæ à subiecto separantur [Aliàs verò inseparabiles] .i. aliàs verò esse differentias, quæ non possunt à subiecto separari. [Moueri enim, & quiescere, & ægrum esse, Et sanum esse] .i. Motus, quies, ægritudo, & sanitas [Et quæcunq; his proxima sunt] .i. & omnia alia accidentia separabilia, his similia [separabilia sunt] .i. à subiecto possunt amoueri, ac separari. [At verò aquilinũ esse, vel simum] .i. sed aquilinitas, vel simitas in naso [vel rõnale, vel irrationale, inseparabilia sunt] .i. rationale, vel rationalitas, differentia est inseparabilis ab homine, & irrationale, vel irrationalitas, inseparabilis est à Brutis [Inseparabilium autem] .i. differentiarum, vel ex differẽtijs, quæ à subiecto sunt inseparabiles [Aliæ quidem sunt per se] .i. aliæ quidem per se sunt inseparabiles, ab ijs quorum sunt differentiæ, [Aliæ verò per accidẽs] .i. aliȩ verò sunt per accidens inseparabiles. [Nam rationale per se inest homini] .i. Nam rationalitas per se in primo modo perseitatis inest homini .i. competit homini. [Et mortale,] .i. & etiam Mortalitas per se inest homini, sed non est differentia hominis, cùm nõ conuertatur cum homine, sed est aptitudo, vel naturalis impotentia in homine ad posse mori, sicuti mollities est naturalis impotentia ligni à facile secari; [Et disciplinę esse susceptiuum] .i. mentis, & scientię capax, inquit Ammonius; Mentis capax; quia homo ꝑ intellectum differt ab alijs animalibus 10. Ethicorum cap. 9. & t2. Metaph. 38. Et sciẽtię; quia omnium

nium animaliũ homo est prudentissimus, secundo de generatione animalium cap. 4. eo quod solus homo inter animalia vtitur ratione, quinto de generatione animalium cap. 7. [At verò aquilinum esse] .i. aquilinitas, quæ est retorsio in naso [vel simum] .i. simitas, quæ ex medietate nasi depressa causatur [per accidens, & non per se] .i. per accidens ratione materiæ, & non per se ratione formæ, sunt inseparabiles à subiecto, puta, à naso. [Illæ igitur quæ per se sunt] .i. illæ differētię, quæ per se sunt inseparabiles à subiecto [in substātiæ ratione accipiuntur] .i. in oratione diffinitiua, qua rei vis, & natura explicatur, inquit Ammonius, & postea Alb. Ant. And. Aegid. & Caietanus. [Et faciunt aliud] .i. essentialiter differre [Illę verò, quæ secundùm accidens] .i. differentiæ verò, quæ per accidens, & non per se, sunt à subiecto inseparabiles]. Nec in substantiæ ratione accipiuntur] .i. nec in definitione quidditatiua sumuntur [Nec faciunt aliud] .i. differre substantialiter, & specificè [sed alteratum] .i. accidentaliter differre. [Quæ quidem igitur per se sunt] .i. differentiæ quidem per se inseparabiles [Non suscipiunt magis, & minus] .i. non recipiunt augmentum, & diminutionem, intensionem, & remissionem. [Quæ verò per accidens] .i. differentiæ verò per accidens inseparabiles (& si inseparabiles sint,) .i. quamuis non possint separari à subiecto [Intensionem recipiunt, & remissionē] .i. augmentum recipiunt, & decrementum [Nam neque genus, aut magis, & minus] .i. secundùm prius, & posterius, seu magis intensiuè, & minus intensiuè [prædicatur de eo cuius fuerit genus] .i. prædicatur de suo inferiori, vt de speciebus, vel indiuiduis specierum. [Neq; generis differentię] .i. nec differentię diuisiuæ generis, vt rationalitas, & irrationalitas, & constitutiuæ specierum, [secundùm quas diuidit] .i. secundùm quas differentias diuiditur ipsum genus, prædicantur secundùm magis, & minus de speciebus. [Ipsæ enim sunt, quæ vniuscuiusque rationem complent] .i. differentię diuisiuæ generis sunt illę, quæ complent, & perficiunt [rationem] .i. definitionem [vnius cuiusque] .i. cuiuslibet speciei, & rei definibilis [Esse autem vnicuique vnum, & idem] .i. essentia autem vniuscuiusque rei, & quidditas inquit Albertus. Vna, & eadem simplex, [Neq; intensionem, neque remissionem suscipiens est] .i. nec augmentum, nec decrementum recipit, vt dicatur, quod vnus homo est magis rationalis quoad actum primum, quàm alius homo: [Aquilinum autem esse] .i. aquilinitas in naso [vel simum] .i. simitas [vel coloratum] .i. color vt albedo, [Aliquo modo intenditur, & remittitur] .i. recipiunt aliqualem intensionem, & remissionem, seu augmentum, & decrementum, eo quod nō est vera augmentatio, vt est conuersio alimenti in substantiam rei alitę, primo de generatione, textu commento 32. Sic igitur constructa litera, ex ea talis colligitur.

CONCLVSIO.

Omnis differentia, aut est separabilis, aut inseparabilis: Si separabilis, est differentia communis, vt albedo: si inseparabilis, duplex est, aut, videlicet, per accidens, aut per se: si per accidens, sic est differentia propria, non de ratione rei, cuius est differentia: suscipiens magis, & minus, faciens alteratum, vt simitas. Si per se inseparabilis, sic est differentia magis propria, pars definitionis illius rei cuius est differentia, non suscipiens magis, & minus, faciens aliud. Vt rationalitas.

SED ista conclusio prius est declaranda, vt deinde contra eam arguatur: & primo quoad primam partem, quæ habet quod differentia communis, potest augeri, & diminui, vt albedo: est notandū quod albedo suscipit magis, & minus, propter admixtionem contrarij 5. Physi. tex. com. 19. vt sic illa albedo dicitur magis, cui minus est admixtum de nigredine, quæ facit albedinem propriam excellentiam deperdere, vt inquit Auicennas, & sic hoc nomen album vero albo est impositum, seu veræ albedini, cui nihil sui contrarij est admixtum, nam 3. Topic. album est quod est nigro impermixtius. Et dicitur albedo in summo, cui quando suum contrarium commiscetur, dicitur in esse refracto: Sed qualiter hoc contingat? est dubitatio. Quidam enim dicunt quod hæc intensio, & remissio fit per maiorem, vel minorem radicationē in subiecto, vt Thomistæ, & Aegidius Romanus: quidam verò alij, vt sunt Scotistę dicunt, fieri per gradus, ita quod intensio fit per additionem gradus integralis ad alium gradū, remissio verò per ablationem, vel subtractionem gradus à gradu extēsiuè, in essentia albedinis, in quidditate. Vel in gradu entitatiuo, & hæc opinio apud me semper est vt probabilior habita, de qua re latiùs fat mihi sit pro nunc Nouicio monstrasse locū: quoad secundā verò cōclusionis partē, videlicet, quod differentia propria vt nasi curuitas suscipit magis, & minus. Dico, quod hæc accidentia non suscipiūt magis, & minus per admixtionem contrarij, sed ratione subiectorū in quibus sunt, & ad quæ consequuntur, vt sic dicitur vnus nasus simus alio simior, & vnus nasus aquilinus, altero aquilinior, vel aquilinus altero aquilinior: quoad tertiam verò conclusionis partem dico, quòd differentię magis proprię, intensionē, & remissionem non suscipiunt, ratio autem huius est; quia illę formę substātiales à quibus sumuntur, simplices sunt, & oppositis formis non permixtibiles, vt sic dicimus quod rationalitas, & irrationalitas, non suscipiunt magis, & minus, quia rationale non permiscetur irrationali, sicuti formæ à quibus sumuntur istę differentię, quę sunt Humanitas, & Asinitas vel Asinitas, sunt adinuicem incommixtibiles. Sic igitur glossanda, & intelligenda est hęc Porphyrij conclusio, & cribro bonorū expositorum cernenda; Homo enim pluries vnū fabuli modium cribrat, vt vnam Margaritam inueniat,

Cōclusi. ter.

Dubitatio.

ueniat, vt quarto colliget c.9. dicebat Magnus cõmentator Auerroes. Nunc contra hanc conclus. Arguo.

Arguitur 1. Et primò arguo argumẽto Ammonij sic. Aristoteles in categorijs in prædicamento substãtiæ, in principio dicebat, ꝙ substantia prima est quæ maximè substantia dr, & paulò infra dicebat, ꝙ substantia secunda quæ est species, vt homo, est magis substantia quàm alia substãtia secũda quæ est genus, vt animal. Ergò substantia suscipit magis, & minus; intensionem, & remissionem. Ad

1 respõ. Ammon. hoc multipliciter respondit Ammonius in præsenti, quòd vocauit Aristoteles substantiam primam, & indiuiduam magis substantiam, ad nostram cognitionem, seu ad nostrum cognoscẽdi modum se accomodans, eo quòd à nobis magis cognoscitur, ac prima ratione comprehenditur; iuxta eiusdem Philosophi sententiam 1. Postario. tex. 12 & 1. Physi. tex. com. 2. Respondit secundò

2. Resp. Ammonius, quòd loquutus est Aristoteles secũdùm altitudinem in arbore prædicamentali, vbi sunt superiora, & inferiora subordinata, dans exemplum minus aptum, de rationalitate, in Angelo, & homine; non autem secundùm latitudinem, nam vnus homo non est magis, vel minus homo, quàm alius homo, nec Bos, magis est animal, quàm Equus, & è conuerso. Omnia hæc bene dixit Ammonius. Sed melius, & magis resolutè nos dicamus; quòd substantia dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, à per se essendo, alio modo à substando. i. substantia dupliciter potest sumi, vno modo à per se essendo, id est, inquãtùm substantia. Alio modo à substando, idest, vt substat, siue sit subiectum in quo respectu accidentium, vt Socrates, vel homo, est albus. Siue subiectum de quo, respectu prædicatorum vniuersalium, vt Socrates est homo. Vel Socrates est animal. Et sic ad dubitationem respondeo, quòd ibi Arist. quando dicebat, ꝙ substantia prima, vt Socrates, est magis substantia quàm secunda, vt homo; & substantia secũda vt homo, est magis substãtia, quàm alia secunda, vt animal, tunc sumit substantiam inquantùm substantia dicit à substando, eo ꝙ substantia prima magis substat, ꝗ secunda, & vna substantia secunda magis substat, ꝗ alia secunda. Sed contra hanc responsionẽ vergit de facto argumentum Auicennæ, apud Albertum tract. 5. c. 2. sic arguentis; In libris Ethicorũ inquit Arist. ꝙ sunt quidam homines Brutales, & quidam alij longius ab vsu rationis remoti, vocantur homines arborei, & quòd vnus homo est rationabilior alio. Et sic differentia magis propria, & substantia à per se essendo dicta, suscipit magis, & minus, ad quas Auicennæ auctoritates ex Aristotele adductas, accedat id quod primo de anima habet Philosophus, videlicet, quod nõ omnibus hominibus inest intellectus, & id quòd Auerroes habet in prol. primi libri Physi. ꝙ sunt quidam homines non habentes aptitudinem, vt perfici possint per scientias speculatiuas, alij verò habent. Sed pro huius argumenti solutione est notandum, quòd secundùm viam Thomistarum, quam sequitur Aegidius Romanus, nulla forma substantialis recipit magis, & minus, quia 8. Metaphysic. textu commento 10. formæ sunt sicut numeri non suscipientes magis, quòd si suscipiunt, mutatur essentia numeri, vt si ternario addatur vnitas, vel subtrahatur vnitas, nõ est amplius ternarius, sed binarius, vel quaternarius; alia est sententia Scotistarum, quòd omnia forma substantialis suscipit magis, & minus, præter animam intellectiuam ipsius hominis. Tertia est Auerroia, tertio cœli, commento 67. dicentis, aliquas formas substantiales imperfectas, vt sunt formæ Elementorum suscipere magis, & minus, sunt enim istæ formæ, mediæ inter substantias perfectas, & accidentia; vnde hæc sic stantibus.

Contra.

Ad argumentum respondetur, quòd Aristoteles per homines Brutales intelligit illos homines, qui parum vtuntur discursu, & intellectu, vel quia sequuntur sensum, vel quia nolunt speculari, in quo assimilantur Brutis. Hinc Diuus Paulus 1. ad Cor. secundo. Homo animalis non percipit quæ sunt spiritus, idest, homo carnalis, spiritualia non percipit, potius viens sensualitate, quàm dictamine rationis, vt Petrus de Palude 4. distin. 44. quæst. 3. Et per homines arbores intelligit illos, in quibus magis viget anima vegetatiua, quàm intellectiua, idest, plus vegetant quàm intelligunt, idest, dominatur in eis vegetatiua, quia nil faciunt nisi nutriri, augeri, & generare per vegetatiuam, secundo de anima textu 42. & 47. parum autem vtuntur sensu, & intellectu speculatiuo nihil.

Ad illud, quòd vnus homo est rationabilior alio. Respondit Auicen. apud quem talis habetur distinctio. Forma substantialis à qua sumitur differentia essentialis, tripliciter potest considerari, vno modo absolutè, vt conferens esse illi cuius est forma, & sic non suscipit magis, & minus.

Forma substantialis tripliciter pot considerari.

ij Secundo modo, vt differentia per quam vna species differt ab alia specie, & sic nec suscipit magis, & minus, differentiæ enim generis, quæ genus diuidunt, & cum genere speciem constituunt, non prædicantur secundùm magis, & minus de speciebus quarum sunt differentiæ, quia homo non est magis rationalis per rationalitatem, quàm equus est irrationalis per irrationalitatem; sed æqualiter equus est irrationalis, ac homo est rationalis.

iij Tertio modo consideratur forma substantialis, vt actionis principium, quæ actio dupliciter considerari potest, vno modo ex parte formæ quę est principium ipsius. Alio modo ex parte subiecti, siue ex parte compositi, vt principij quod, ipsius, ad differentiam ipsius formæ, quæ est principium quo actionis, vt habetur primo, de anima textu cõmẽto sexagesimotertio, & tertio de anima textu commento primo. Primo modo forma non suscipit magis, & minus. Secundo modo verò, quia aliquando anima habet in subiecto illa quę ad agendum

promouent, cũ actus actiuorũ fiant in subiecto benè disposito 2.de aĩa tex. com.24. aliqũ autem quæ ad agendum impediunt, sic ſm actionẽ non per se, sed per accidens, vr̃ magis, & minus suscipere, & hoc aliqui dicunt ratione organi, non vt propria forma, & hoc totum est benè dictum.

Ad illud primi de anima textu commento 24. Respondit quidam vetus in legendo, sed nouus in sciendo, quòd intelligitur quoad vsum, & operationem, non quòd intellectus non sit in omnibus. Tu verò Nouicie mecũ dicas, ꝙ Arist. hic reprehendit Anaxagorã, Homerũ, Parm. & Emped. 2.de aĩs 150.& 4.Metaph.21. Confundentes sensum cum intellectu, & dicentes, ꝙ intellectus est in oĩbus animalibus indifferenter, quibus cõtradicens Arist. inquit, ꝙ nedum in omnibus animalibus non est intellectus, sed nec quidẽ in omnibus hominibus est intellectus, non simpliciter, sed intellectus secundũ prudentiam; vbi notabis ꝙ in nobis duplex dr̃ esse intellectus, videlicet, practicus, & speculatiu' 3.de anima tex. com.49. intellectus speculatiui finis est tm̃ scire, practici verò est operari 3. de anima 34.& 49 & 2.Metaphy.com.3. Amplius, intellectus dupliciter cõsideratur, vno modo quoad actum primũ.i.quantùm ad suum esse reale qđ habet, alio modo quoad actum secundũ.i.quoad operationem, siue sit operatio practica circa obiectum operabile, siue speculatiua circa obiectum non operabile. Hinc has concl. colliges prima est, intellectus quoad actum primum.i.ipsa potentia aĩæ, qua homo intelligit 3.de aĩa tex. 1.non est in oĩbus aĩalibus, sicut est sensus. Secunda; intellectus practicus tam quoad actũ primum, q̃ quoad actum ſcđm inest oĩbus hominibus. Tertia, intellectus ſcđm prudẽtiam.i.quoad vsum, seu actum ſcđm, vt exponũt Ioannes Grammaticus, Simplicius, & Albert' Magnus, & malè, vel speculatiuus, vt melius dixerũt Themistius 3.de aĩs c.11.& Auer.3.de aĩa com.1. non inest omnibus hominibus. Ad illud verò Auerrois in prologo Physicorum, dicit enim 2. Physi.com.6. 2.cœli com.22. & 2.Metaph. com. 15. ꝙ non quilibet homo habet aptitudinem ad sic perfici, propter aliqua naturæ impedimenta, in organo corporali causata, vt supra ex Auicenna dicebamus, quæ aptitudo non intelligi debet quoad actum primum, sed quoad exitum in actũ secundum, in quem ob talia impedimenta nunq̃ exit. Vt inquit Auicennas, & Paulus Venetus, & sic solutũ est, in quo benè digressi sumus, argumẽtum ab Ammonio originatum, à nobis verò sic locupletatum. Ne in Logicalibus videamur, sobrij ieiunantes. Sed dubitabit adhuc Nouicius, si rationalitas, & irrationalitas non suscipiunt magis, & minus, est ne verum dicere, ꝙ Homo est magis rationalis per rationalitatem, quã equus irrationalis per irrationalitatẽ? Rñdit Alb. trac. 5. c.3. ꝙ non, sed æquè se habent ad suas differentias, & probo per Aristotelem in prædicamentis cap. de substantia in principio, vbi inquit, ꝙ non respondemus melius interrogati de quodam homine, ꝙ est homo; quàm de quodam equo, ꝙ est equus: Dices, hoc valet de secundis substantijs, non autem de differentijs. Respondeo ꝙ valet de vtrisq; nam in codẽ c. de substantia in tertia proprietate inquit Aristoteles, ꝙ inest substãtijs secundis, & differentijs eatũ vniuocè prædicari de primis, ergò sicuti se habet Socrates ad rationalitatem, sic etiam equus ad irrationalitatẽ: Dices, quid sequeretur, si vnum animal esset irrationabilius alio? Respondeo, ꝙ sicuti de facto nunc, ouis est perfectius animal, quàm asinus; quia magis habet accessum, vel minorem recessum à natura humana, ita è conuerso, asinus esset magis irrationalis, & magis animal quàm ouis, quia magis participaret de irrationalitate opposita rationalitati, & sic quod nunc est deterius, tunc esset melius, & peruerteretur ordo vniuersi secundũ gradus perfectionales ipsarum rerum. Amplius quæres, est ne vnus homo magis risibilis, quàm alius homo? Respondit ad hoc Albertus, & Io. de Magistr. ꝙ sic, Nam habilior ad admirandum, risibilior est, & minus ad admirandum habilis, minus est risibilis. Sed contra, risibilitas est propria passio hominis fluens à rationalitate, vt differentia specifica ipsius hominis, sed vnus homo non dicitur magis rationalis, quàm alius homo, ergò, nec risibilior. Respondeo, ꝙ hoc debet intelligi, quoad actum ſcđm ratione temperamenti corporis, nam licet oẽs homines sint ęquè risibiles, in ęquè participando potentiã ridendi, quæ est proprietas speciei, tñ vnus homo colericus minus ridet, & ideo minus risibilis dr̃, quàm alius iocundus. Et sic Democritus minus risibilis dictus est, q̃ Heraclitus. Licet in vtroq; ęqua fuerit potentia ridendi. Hic caue ne dicas, vt quidam dicit, nec sub noĩe vago dignus nominari, ꝙ animal nõ est animantius planta.i. Brutũ non est animantius planta, dicit .n. ꝙ animal non plus participat de esse animato, q̃ planta, sicut vnus homo non est rationabilior alio homine, nisi quoad operationes. Hoc falsum est, & Gilberti dictum aliter est intelligendũ; si prius notabis cum Philippo Beroaldo super Tusculanas Ciceronis, imò ex lucidissimo Themistio 2.de aĩa cap.8.super textum 18. ꝙ animans seu animatum, & animal differunt, ita ꝙ plantæ non aĩalia, sed animantes, vel animatę dici debeant, vnde qũ in 2.de generatione animaliũ cap.3.dicebat Aristoteles, ꝙ homo prius viuit vita plantæ, idest, vita plantali, seu vita vegetatiua, tunc dicitur animans, & postea vita animalis, idest, vita sensitiua, tunc dicitur animal, & magis animatus. Hinc dico, quòd animal brutum est animantius planta; & probatur ex secundo de anima commento 5. tertio de anima 44. & 49. & 8.Physic.commento 20. vbi habetur, quòd anima nutritiua nunquàm inuenitur in animalibus, nisi secundũ postremam perfectionẽ, & tertio de anima, com.6. anima sensibilis est forma existens in complexione addita complexioni; & sic animal est animantius planta, tam quoad actum primum, q̃ quoad actum ſcđm, tam intensiuè q̃ extensiuè, intensiuè quoad plures gradus perfectionales, extensiuè quoad plures operationes,

quas

Distinctio de intellectu.

Tres conclus.

Dubitatio.

Resp. Alb.

Dubita.

Responsio.

Dubit.

Respon.

Dubit.

Respon.

Contra.

Resp.

Vnũ cauẽdũ.

Pro cõfutatio ac notãdum.

quas producit animal in vegetando, & sentiendo, vt arguatur sic; planta est animãs propter solam vegetatiuam, & animal est animans propter vegetatiuam, & sensitiuam, ergò animal est animantius planta: Dices, est animantius quoad actum secundum, seu vsum: Contra, actus secundus supponit actum primum à quo fluit, ergò si est animantius quoad actum secundum, tunc etiam quoad actum primum, & quia in animali sunt duo actus primi formaliter distincti, puta, vegetatiua, & sensitiua, ergò simpliciter animal est animantius planta, nec curo quòd vegetatiua suscipiat magis, & minus, vel non, quia hoc impertinens est, cùm ly, animantius, attendatur penes gradum sensitiuum, in quo continetur vegetatiuum, secundo de anima 31. Hanc positionem substineo contra aliter dicentes. Et quòd vnus homo non sit rationabilior alio homine, in exemplo adducto, nihil est, ob disparitatem, quia vnus homo non addit supra alium, gradum aliquem perfectionalem essentiatiuum, sicuti animal addit supra plantam, esse sensitiuum; vnde licet equus animal, fortè non sit magis vegetatiua, quàm platanus planta, est tamen magis animans, & consequẽter falsa est illa propositio, animal non est animantius planta quoad actum primum. Et hæc ioco potius, ad excitandum ingenia nostrorum discipulorum sint dicta, quicquid in hoc dicat Paulus Venetus.

Ratio paupercula. *Contra.*

Tex. quartus. Cùm igitur tres species differentiæ cõsiderentur: & eæ quidem sint separabiles, illæ verò inseparabiles: & rursus inseparabilium, hæ quidem sint per se, illæ verò per accidens: rursus earum, quæ per se sunt, differentiarum, aliæ quidem sunt, secundùm quas diuidimus genera in species, aliæ verò, secundùm quas ea quæ diuisa sunt specificantur: vt cùm per se differẽtiæ omnes huiusmodi animalis sint, animatum, & sensitiuum, rationale, & irrationale, mortale & immortale, animati quidem & sensitiui differentia, cõstitutiua est substantiæ animalis (est enim animal substantia animata sensitiua) mortalis verò, & immortalis differentia, & rationalis, & irrationalis, diuisiuæ sunt animalis differentiæ: per eas enim genera in species diuidimus. Sed eæ quidem, quæ diuisiuæ sunt differentiæ generum, completiuæ fiunt, & constitutiuę specierum. diuiditur enim animal rationalis, & irrationalis differentia, & rursus mortalis, & immortalis differẽtia. sed rationalis, & mortalis differentię, constitutiuæ fiunt hoĩs: rationalis verò & immortalis, Dei: irrationalis autem & mortalis, irrationaliũ animalium. Sic verò, & supremæ substantiæ, cũ diuisiuæ sint animati, & inanimati differentiæ, & sensitiui & insensitiui, animata quidem, & sensitiua, iuxta substantiam sumptę animal perfecerunt: animata verò, & insensitiua perfecerunt plantam. Quoniam ergo eędem aliquo modo quidem acceptæ fiunt constitutiuæ, aliquo modo autem diuisiuæ, specificæ omnes vocantur, & his maximè opus est ad diuisiones generum, & ad definitiones: sed non his, quę secundum accidens inseparabiles sunt, neque etiam magis ijs, quæ sunt separabiles.

Continuatio textus. Ammonius, Albertus Magnus tract. 5 c. 3. Aegidius Romanus, & Ant. And. sic textum hunc ad præcedentes continuãt. Posuerat supra Porphyr. in superioribus tertiam diuisionem differentiæ, nunc verò resumit illã dicens, ꝙ sunt tres modi differẽtiæ, videlicet, separabilis, inseparabilis per accidens, & inseparabilis ꝑ se, & cũ hoc addit subdiuisionem quandã dr̃ę inseparabilis per se, dicẽs ꝙ differentiarum, quæ sunt per se inseparabiles. Aliæ sunt per quas diuidimus genera in species. i. sunt diuisiuæ; aliæ sunt constitutiuæ specierum specialissimarũ; deinde totum per exempla declarat: Paulus Venetus verò dicit, hic poni quintam diuisionẽ. Sed D. Caietanus iuditio meo, post oẽs ingeniosè satis sic loquit, vt compleat Porphyrius diuisionẽ immediatè pręcedẽtem, reassumit eam cum subdiuisione, & subdiuidit alterũ membrum subdiuisionis. s. differentias per se, declaratq; membra vltimę diuisionis, & tota diuisio, & subdiuisio est ista. Differentiarum, aliæ sunt separabiles, aliæ inseparabiles. Inseparabilium aliæ per se, aliæ per accidẽs. Per se inseparabilium aliæ sunt diuisiuæ generum, aliæ constitutiuæ specierum, quæ per generis diuisionem sunt acceptæ, & hoc non propter aliud facit Porphyrius, vt Aegidius, & Ant. And. dicunt, nisi vt illã differentiã eligeret, quã infra vult diffinire, qđ Ammoniꝰ et animaduertit dicens, ꝙ vult ex differentijs, docere quædã, quę ad rerũ naturas particudas, seu diuidendas, & definitione explicãdas, pertineãt. *Diuisio.* Diuiditur aũt pręsens textus in tres partes principales. In prima reassumit tertiã diuisionem cũ subdiuisione dr̃æ inseparabilis per se. In secunda parte declarat, & comparat varias acceptiones, spẽs, seu modos dr̃æ inseparabilis per se. In tertia parte verò eligit illã dr̃am, cuius verè est definitionem assignaturus, illius inquãm quæ tertium cõstituit pręd icabile: expositionem verò textus, q̃a aliquid obscuritatis, simul & difficultatis in se cõtinet, declaratis terminis, & constructa litera, per aliquot concl. dilucidabimus, q̃a in hoc q̃dã turpiter est, & pueriliter in errorẽ delapsus, & simul vtrumq; præstabimus. [Cũ igitur tres spẽs differẽtiæ &c.] *Verba textus.* Nota Nouicię, quid per spẽs hic intelligat Porphy. Albertus enim nomine magnus, & doctrina maximus, tracta. 5. c. 3. inquit, diuisionem

differentię per se esse per modos differentiæ, & sic speciem glossat, idest, modum. Argidius verò aliquantulùm accuratius, Albertum tamen sequẽs inq', hæc verba; & intellige q̃d largo modo sumitur ibi species, & Ant. And. eos sequtus, inquir, relumit nunc ex prædictis, quod tres sunt species .i. modi differentiæ; licet Ammonius legat, tria differentiarum genera .i. tres differentiarum modi &c. Vt cùm differentiæ animalia sint, animatũ, sensitiuũ, rationale, irrationale, mortale, & immortale &c. [Animatum] illud dr animatum in quo est aĩa, vnde aĩa, & animatum differũt sicut abstractum, & concretum, principale, & sumptum 12. Metaph. com. 39. & aĩatum est triplex: animatum videlicet, per solam aĩam vegetatiuam, quę so la ab alijs pôt separari 2 de aĩa tex. com. 15. & tale aĩatum dr̃ planta, vt genus diuisum in suas species, quæ sunt arborea, herbæ & virgulta. Arbores, vt pinus, platanus, fagus, &c. herbæ, vt lactucæ, olus, &c. virgulta, vt mirtus, genista, rosmarinum, in his enim plantæ speciebus est sola aĩa vegetatiua, per quam nutriuntur, & trahẽdo humorem à terra per radices, augentur, & crescũt, procedendo de minori quantitate in maiorem quantitatem; & generant sibi simile in specie, vt platanus platanum generat, vel per semen, vel per abscissionem rami. Hinc 2. de anima tex. com. 47. Alimentum seu nutrimentũ, uel cibus, vt substantia .i. inquantùm est substantia mixta ex quatuor elementis, est principiũ nutritionis; Alimentum vt quantũ, est principium augmentationis .i. vt res crescat, & fiat maior, vsq; ad quoddam tẽpus determinatum, & vsq; ad determinatam magnitudi nem 2 de aĩa tex com. 41. Aut est animatum per aĩam vegetatiuam, & sensitiuam simul, siue cum motu, vt sunt animalia perfecta, siue sine motu, vt aĩalia affixa lapidibus in mari, vt ostreæ, & spõgiæ marinæ, quæ animalia, ζωόφυτα, seu plãtaminà sunt à Ioanne Grammatico, & alijs Gręcis appellata, eo quod medium locum, inter latitudinem animati, obtinent, puta inter plantas, & alia animalia; Dico per vegetatiuam, & sensitiuã simul; quia vegetatiua continetur eminenter in sensitiua, vt triangulus eminenter continetur in quadrangulo: aut est animatum per animam vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam, vt est homo, per vegetatiuam plantæ, per sensitiuam, brutis similis, per intellectiuam verò cunctis præstantior, in homine enim vegetatiua, & sensitiua eminenter, intellectiua verò formaliter reperitur secundo de anima tex. 32. Animato verò opponitur priuatiuè inanimatum, vt lapis, ferrũ, &c. per carentiam omnis animæ: [Sensitiuum]. Sensitiuum illud dicitur, quod aliquo sensu viget, cuius obiectum est ipsum sensibile, primo de anima tex. com. 10. & secundo de anima tex. com 33. Vnde sensitiuum dicitur illud, quod est aptum natum sentire, seu patiendo, & recipiendo spẽciẽ sensibilem sensationem, seu actum sentiendi elicere: sensibile verò est obiectum aptum natum per suam speciem sensum mouere. Vt deinde ex sensu, & sensibili fiat sensatio: sensus autem qui dati sunt animalibus ad salutem, tertio de anima 61 & 12. Metaph. 36 sunt in duplici differentia ex secundo de anima, videlicet. Exteriores, & interiores; exteriores, vt visus cuius sensibile obiectum est color seu visibile. Auditus, cuius obiectũ est sapor, dulcedo amaritudo, &c. Odoratus cuius obiectum est odor: Tactus, cuius obiectũ sunt quatuor primæ qualitates alteratiuæ quatuor Elementorum, vt calidum, frigidum, humidum, & siccum, secundo de anima in cap. de tactu: sensibile verò est duplex secundo de anima tex. com 63. videlicet, sensibile per se, & sensibile per accidens; sensibile per se duplex, proprium, & commune: sensibile per accidens est illud, quod non per se immutat sensum, nisi quia cum sensibili per se est coniunctum, vt si quis videat Socratem Philosophum qui est albus, ly album, est visibile seu sensibile per se, esse verò Philosophum, est sensibile per accidẽs: sensibile proprium est quod ab vno tantùm sensu potest percipi, circa quod ille sensus non potest errare, existentibus omnibus necessariò requisitis 4. Metaphysic. com. 24. sic color, vel visibile est obiectum visus, & sapor obiectum gustus: sensibile verò commune est, quod pluribus sensibus potest percipi, vt motus, quies, numerus, figura, magnitudo, secundo de anima tex. com. 64 nam motus localis à visu, & tactu cognoscitur, tactu a me dico, & visu et à non medico. Hoc est sensitiuum cui opponitur priuatiuè insensitiuum, seu non sensitiuum, vt est omne carens sensu, vt lapis, & planta: vbi nota Nouicie quòd ly, sensibile, & insensibile dupliciter possunt sumi, vno modo passiuè, vt illud dicitur sensibile, quod est aptum sentiri, & sic lapis dicitur sensibilis, quia sentitur à sensu visus, & tactus: & insensibile dicitur illud, quod non est aptum sentiri, & sic intelligentiæ, & anima humana dicuntur insensibiles, quia nullo sensu possunt sentiri, sic Porphyrius dicebat in prohemio, siue in sensibilibus posita, &c. Alio modo sumitur sensibile, & insensibile actiuè, vt sensibile sit illud, quod est aptum sentire, seu sensationem producere, & insensibile, quod non potest talem sensationem elicere. Et hoc modo sumitur in præsenti, sensibile, & insensibile.

[Rationale] dupliciter potest sumi, vno modo largè pro intellectuali, sic Homo dicitur rationalis, idest, intellectualis; alio modo sumitur propriè pro discursiuo, & sic dupliciter, vno modo pro aptitudine ad discurrendum, & sic est proprietas hominis sicut risibile, alio modo pro principio à quo emanat, & fluit illa aptitudo, & sic est differentia specifica hominis, de qua re plenissima diximus in discursu de triplici intellectu in 3. parte contra Franciscum de Maironis ex sentẽtia Scoti. Hic nunc sumitur rationale pro principio à quo fluit aptitudo ad discurrendum:

[Irrationale] circa hunc terminum aliquantulum immorari oportet, quia difficultatem fecit Porphyrij Antiquis interpretibus, Modernis verò minimè, de hoc nihil cogitantibus. Nam irratio-

Marginal notes: Verba text. — Animatum triplex. — Sensitiuum. — Notandum. — Rationale. — Irrationale.

rationale est differentia diuisiua generis, non tamen videtur esse constitutiua speciei: nam inqt Porphyrius ꝙ differentia addita generi constituit speciem, sed irrationale cùm sit quid priuatiuum nihil addit ipsi generi, puta animali. Respondit ad hoc Boetius, ꝙ differentia negatiua, vt v.g. nō esse lapidem, non constituit speciem; at differentia priuatiua qualis est, irrationale, benè constituit speciem, hanc sententiam non recipit Albertus Magnus tract. 5. cap. 3. nec Sotus Hispanus, quia dicit Aristoteles 6. Topi. c. 2. ꝙ differentia priuatiua non constituit positiuum, & primo de partibus animalium cap. 3. vbi habet Aristoteles, quòd à priuatione nulla potest sumi differentia. Ex alia parte videtur Aristoteles velle, ꝙ tales differentiæ priuatiuæ constituant species; inquit enim 6. Topic. c. 3. ꝙ genus semper diuidi debet ꝑ differentias oppositas constituētes proprias species, huiusmodi autem sunt rationale, & irrationale, quarum vna opponitur alteri, vt corporeū, incorporeum, &c. Ego verò ab his intricis me expediens, vtramque opinionem, & Aristotelis auctoritates sic pugnantes concordans, Dico, ꝙ omnes differentiæ priuatiuæ, videlicet. Incorporeū, Inanimatū, insensibile, & irrationale, dupliciter possunt cōsiderari, vno mō videlicet ꝓ formali, alio modo pro materiali, v.g. ly, incorporeum, formaliter sumptum, nil aliud importat, nisi priuationem corporeitatis. i. carentiam trinæ dimēsionis, vel substantiæ substratæ, & subiectæ ipsi trinæ dimensioni. Materialiter verò importat fundamentum, seu subiectum illius priuationis, quod non est aliud, quàm substantia spiritualis, in qua est priuatio. i. negatio corporeitatis, & sic dicere, ꝙ substātia est corporea, vel incorporea, nil aliud est dicere, quàm ꝙ substātia, aut est corporalis habens trinam dimensionem, aut spiritualis carens trina dimensione, quæ spiritualitas, est quædam differentia positiua constituens speciē subalternam ad omnes substantias spirituales. Sic etiam in proposito dicimus de irrationali, ita ꝙ quando nos diuidimus animal per rationale, & irrationale, tunc irrationale si formaliter sumatur, non est differentia constituens speciē, cùm vt sic sit quid priuatiuum, si verò sumatur fundamentaliter pro aliqua forma positiua subiecta illi priuationi, sic dupliciter potest sumi, vno mōdo, videlicet, pro differētia positiua adęquata ipsi Bruto, vt d cere; Animal, aut est rationale, aut irrationale, idem sit ac dicere; Animal aut est homo, aut est Brutum. Vel ly, irrationale, potest sumi loco omnium differentiarū, quæ constituunt omnes species specialissimas, quæ sunt sub Bruto, vel sub animali; vnde dicentes, animal aut est rationale, aut est irrationale, idem est ac si diceret, animal, aut est homo, habens rationē, aut est Equus, Bos, Leo Carentes ratione, habentes tamen suas proprias formas positiuas, per quas constituuntur equus, Bos, & Leo. Et sic auctoritas Boetij cū auctoritatibus secundo loco adductis intelligiē de irrationali materialiter sumpto, auctoritas verò Soti, & Alberti cū auctoritatibus primo loco adductis, intelligitur de irrationali formaliter sumpto; sic qui distinguit tēpora concordat scripturas: sed sic distinguere, opus, & labor est vulgaribus; nobis verò nihil est laboriosum, in subtili schola, Diuino auxilio, benè exercitatis. [Mortale, & immortale] Nota hic Nouicie, ꝙ ly, mortale, quantùm ad vim vocabuli, nō men est positiuum, sed connotat priuationē vitæ, mors enim est contraria vitæ, ratione frigiditatis, & siccitatis, ex libro de longitudine, & breuitate vitæ: vnde mors non dr̄ finis vitæ, sed terminus vitæ 2. Phys 23. contra Homerum; & finis dici non potest, nisi impropriè, & secundùm Metaphoram 5. Metaph. tex. com. 21. Immortale verò i. non mortale formaliter importat priuationem mortis. i. negationem præsentiæ mortis, & connotat ens positiuū, puta, vitam cui opponitē mors. Viuere enim viuētibus est esse 2. de anima com 37. quod saltem verificat de ijs, quæ sola anima vegetatiua viuunt, secūdo de anima com. 17.

Sed occurrit dubitatio, vtrum mortale sit differentia constitutiua, hoīs, vt videtē dicere Porphyrius, qū inquit definiens hominem, ꝙ Homo est animal rationale mortale? Respōdeo ꝙ de hac re triplex est opinio. Prima est Auicennæ apud Albertum, tract. 5. c 3. qui inquit ꝙ mortale, & immortale, non sunt differentię, licet Porphyrius ꝑ modū exempli ponat, vt differētias, sed nō est facienda vis in noīe, dummodo per ista nomina, res quocumq; modo designētur; vult dicere hęc nomina poni hic à Porphyrio gratia exemplorum, quorū non requiritur verificatio primo de generatione tex. 18 Damascenus 3. lib. fid. ortod. c. 6. & D. Tho. 3. par. q. 2. ar 6 Secunda opin. est Alberti Magni in pręallegato loco, qui cum distinctione rūdet hoc modo; Mortale dupliciter pōt sumi, vno modo prout dicit actū existētem in materia, cum potētia ad priuationē talis actus, qui est forma substantialis ipsius hoīs. i. forma existens in materia prout connotat potentiā ad moriendū in cōposito, & est forma substantialis cōpositi; alio modo sumitur mortale simpliciter, pro eo in quo est priuatio potētiæ ad vitā perpetuā; & sic non est differentia; vult dicere ꝙ formaliter sumptum mortale, non est differentia hoīs, bene tñ sumptum fundamentaliter, seu materialiter pro composito ex materia, & forma cū aptitudine ad moriendum. i. mortale in concreto, non autē in abstracto est hoīs differantia. Tertia opi. est Scot. q. 29. Io. Anglici, Mauritij Hibernici ibidem, & Ant. And. in c. de differētia dub. 7. ꝙ mortale nō est differētia constitutiua hoīs: & ista opinio his rationibus probaē. Prima, oīs differentia sumitur à forma, quia actus est qui separat, & distinguit 7. Metaphys. 49. sed mortale est ratione materiæ, qua res pōt esse, & non esse 7. Metaph. loquendo de principio intrinseco corruptionis 4. Phy. com. 128. quicqd dicat Io. Canon. Scotista 1. Phys. q. 9. art. 2. tenens, ꝙ non materia, sed forma est causa corruptionis, quod falsum est ex Auer. in disp. 4. in solut. 2. dubij. Ergò mortale non est dr̄a hois. Secunda, oīs differētia prius inest speciei, ꝙ indiuiduis,

Boetius.

Propria resp.

Verba text. Mortale, & immortale.

Dubitatio.

1. Opinio.

2. Opinio.

3. Opi. Scot.

1. Ratio.

2. Ratio.

uiduis,ſed mortale prius competit indiuiduis, q̃ ſpeciei, ergò mortale non eſt differentia. Maior probatur quia per formam ſpeciei differentia cõpetit indiuiduis,vt rationalitas,quæ eſt differentia adæquata hominis, prius competit homini, cum quo cõuertitur, q̃ Socrati. Minor probatur 1.Metaph. in prohemio, vbi habetur ꝙ actus, & generationes ꝑ ſe ſunt circa ſingularia, vnde Callias ſanatur per ſe, homo verò per accidens, & ſic mortale quod dicit aptitudinẽ ad tranſmutationem, nõ eſt differentia ipſius hoĩs.

3. Ratio. Tertia, omnis differentia eſt prior ſpecie, vel ſimul cum ſpecie, ſed mortale eſt poſterius homine ſecundùm naturam, ergo mortale non eſt differentia hoĩs, maior probatur ex Porphyrio dicente, ꝙ differentia addita generi conſtituit ſpeciem, & ſic differentia conſtituens eſt prior ſpecie conſtituta, ſicut principiũ eſt prius, & perfectius principiato 12. Metaph.com.40.Minor probatur,quia prius natura eſt homo, quàm ſit aptus natus ad diſſolutionem,ſicut actus eſt prior potentia 9 Metaph. tex.com.13.

4. Ratio. Quarta,vltima differentia conuertit cum ſpecie, ſeu cum diffinito, ſed mortale ſecundùm Porphyrium eſt vltima differentia, & non conuertitur cum homine, ergò mortale non eſt hominis differentia.Maior probatur, quia differentia debet conuerti cũ definitio,cũ ſit pars definitionis,ſicut conuertitur definitio 6.Top.& 8. Phyſi.tex.com.27. Minor probatur, quia ſecundùm Porphyrium,animal rationale,eſt genus ad hominem, & Angelũ; qui ſpecie diſtinguuntur per mortale,& immortale, & tamen non conuertitur cum homine,quia dicimus,homo eſt mortalis,non n̄ dicimus,mortale eſt homo. Quia equus eſt mortalis,& non eſt homo.

5. Ratio. Quinta,differentia eſt illa,quæ cõducit rem ad eſſe, & eſt pars rei ſecundùm Porphyrium.i.eſt de eſſentia,& cauſa ſpecierum 2.cœli com.80.3.cœli 77.& 5.Metaph.com.7.Sed mortale nõ conducit ad eſſe ipſum hominem,imò potius ad non eſſe,quia ideo corruptio vnius eſt generatio alterius primo de generatione tex.com.18.qa mors v.g. canis deſinentis eſſe,eſt vita, & generatio vermis incipiẽtis eſſe. Hæc in gratiam Scoti, & diſcipulorum eius, ſint dicta;quorũ ſententia mihi magis probatur, quia vt inquit Aegidius Roman⁹,Porphyrius Platonicè,& malè eſt loquutus,licet hoc Aegidij dictum neget Scotus,vt ſuo loco dicetur:vnde

Auic. ſententia Auic. in duobus dictis conſiſtit, quorum vnũ habetur apud Albertum trac.4.c.4.videlicet, ꝙ animal rationale eſt vt genus ad hoĩes, & Angelos,quod eſt falſum; Alterum eſt apud eundẽ Albertum tracta.5.c.3.ꝙ mortale, & immortale non ponuntur vt differentiæ, ſed loco differentiarum,& hoc fortè dicere voluit Auer.8. Metaphy.com.5.ꝙ differentiæ quarundam rerum ſumuntur ex priuatione.i.ꝙ quarundam rerũ differentias per priuatiua nomina circũſcribimus, & hoc Auicennę dictum mihi non diſplicet, qa ab hoc non recedit Scotus, ſi vt ſic Porphyrium excuſare voluerimus; Alberti ẽt ſentẽtia ſuſtine

Determinatio cũ Scotiſt. ri poteſt,ſed Scoti opinionem, vt tutiorẽ, in vno ad Auicennam accedentem, defendimus, quæ ſi tibi non placet,placeat Auicennæ ſententia,eo ꝙ apud Ariſt. reperitur etiam, ꝙ homo eſt animal rationale mortale,addentem mortale,propter aliquos qui dixerunt corpora cęleſtia eſſe animata anima intellectiua, & eſſe immortalia, vbi per mortale differẽtiam intrinſecam inter homines, & corpora cœleſtia circumſcribit,licet hoc occaſionaliter dicat Ariſtoteles, & potius ſecundùm aliorum ſententiam,& ꝙ ita ſit,patet,quia quando dicit in cap. de ſubſtantia in tertia proprietate,ſubſtantiæ ſecundæ, & differentię earum prędicantur vniuocè de primis, non loquit̃ de mortali,ſed de differentijs poſitiuis, vt patet intuenti verba Ariſt.ſuperius dicta, quãuis hoc nõ cõſiderauerit Iſidor.lib.2.Ethimol.c.26.

Verba textus. [Aĩati quidẽ, & ſenſitiui differentia &c.] Ammonius ſic, legit hęc verba,animati quidẽ, & ſenſus participis differentia.Aegidius verò,Ant.And.& Caietan.animati,& ſenſibilis differẽtia,&c.Et addit Ant.Andreas.ꝙ iſta verba,animati, & ſenſibilis debẽt exponi.i.animatum, & ſenſibile, ita vt conſtructio ſit intranſitiua,ſicut cùm dicitur creatura ſalis.i. creatura quę eſt ſal, vel ens rationis .i. ens qđ eſt ratio,quod ſi tranſitiuè ſumatur idem eſt, quod ens factum, & cauſatum à ratione .i. intellectu.

Verba textus. [Rõnalis verò,& immortalis Dei] .i.hę duę,differẽtię videlicet.Immortale,& rõnale cõſtituũt Deũ .i.Angelum ſecundũ Platonicos. Sic igitur terminis declaratis,literam conſtrue.

Conſtructio litteræ. [Cùm igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur] .i. cùm tres ſpecies, ideſt, modi differentiæ,vt inquit Albertus,Aegidius,& Ant.Andreas à nobis conſiderentur,videlicet cõis, & propria, & magis propria.] Et eę quidem ſunt ſeparabiles] .i.& illarum trium differentiarum, aliquæ ſint à ſubiecto ſeparabiles, vt eſt differentia communis [Illæ verò inſeparabiles] .i. & illarum differentiarum alię ſint inamouibiles à ſubiecto, videlicet propria,& magis propria. [Et rurſus inſeparabilium] .i. & iterum differentiarum inſeparabiliũ, ideſt, quę à ſubiecto ſeparari non poſſunt. [Hę quidem ſunt per ſe] ideſt, hę ſint per ſe inſeparabiles. [Illę verò per accidens] ideſt,& alię ſint inſeparabiles per accidens:[Rurſus earum quę per ſe ſunt differentiarum] ideſt, iterum de nouo, aliam ſubdiuiſionem addẽdo, vt inquit Aegidius, & Antonius Andreas, earum differẽtiarum quę per ſe ſunt inſeparabiles. [Alię quidem ſunt ſecũdùm quas diuidimus genera in ſpecies] ideſt per quas fit diuiſio generis, non per eſſentiam generis, quę indiuiſa permanet, ſed per potentias generis, vt inquit Albertus, & poſt ipſum, Caietanus,quòd non eſt diuiſio per res,ſed per modos. [Alię verò ſecundùm quas ea quę diuiſa ſunt ſpecificantur] ideſt, alię verò differentię inſeparabiles per ſe ſunt, ſecũdùm quas,ea quę diuiſa ſunt, ideſt,ipſa genera,ſpecificãtur,ideſt, determinantur, contrahuntur, & ad ſpeciem coarctantur, vt ex tali genere ſic diuiſo, & cõtracto,& tali differentia contrahente fiat, & conſtituatur ſpecies ſubalterna,ſi ſunt differentię intermedię,vel ſpẽs

spe-

specialissima, si sunt differentiæ ultimę [vt cū differentię omnes per se huiusmodi animalis].i.ut exempli gratia, omnes differentię per se diuisiuę animalis sint[animatum].i.animatum anima vegetatiua sola, aut vegetatiua & sensitiua simul, aut ex his,& intellectiua:& sumit concretum pro abstracto, propter penuriam vocabuli communis ad omne animana, vel animatum, quod non potest esse animalitas, quæ non competit plantis in quibus est vegetatiua solùm [& sensitiuum].i. habere sensus, aut omnes vt sunt animalia perfecta, aut quosdam.i.saltem sensum tactus, & gustus, vt sunt animalia imperfecta[rationale].i.discursiuum intellectuale,[& irrationale].i.carens hoc discursu, seu ratiocinio[mortale].i.aptum eē ad dissolutionem, vt inquit Albertus [& immortale].i.carens hac potentia ad corruptionem, seu dissolutionem, & separationem animæ à corpore[animati quidem & sensitiui differentia].i.animatum & sensibile, in sensu intransitiuo, inquit Antonius Andreas [differentia constitutiua est substantię animalis].i.hę duæ differentiæ, animatum,& sensitiuum, sunt constitutiuę, substantiæ .i.essentiæ animalis (est enim animal substantia animata sensitiua).i.integratur,& intrinsecè constituitur tota essentia animalis, per has duas differentias, videlicet animatum, seu (si fas est ita loqui) animatiuitatem, per quam animal conuenit cum plantis; & sensibilitatem per quam differt ab illis [mortalis verò, & immortalis differentia] .i.istę duæ differentiæ, mortalitas, & immortalitas[& rationalis,& irrationalis].i. & hę duæ aliæ differentię, videlicet rationalitas, & irrationalitas[diuisiuæ sunt animalis differentiæ].i.diuidūt ipsum animal: vel distinguunt, si magis propriè, Scoticè loqui voluerimus, vt Bartholomei Manzoli Thumistę calumniam, aduersus Scotistas euitemus [per eas enim genera in species diuidimus].i.per has enim differentias modò enarratas[diuidimus].i.distinguimus, genera in species [sed eę quidem, quę diuisiuę sunt differentię generum].i. sed illæ differentię per quas diuidūtur genera[completiuæ fiunt, & constitutiuæ specierum].i.complent seu perficiunt,& constituunt, seu componunt ipsas species[diuiditur enim animal].i.distinguitur hoc genus animal,[rationalis & irrationalis differentia].i.(in sensu intransitiuo loquendo) rationali,& irrationali differentia .i.per has differentias, quę sunt rationalitas, & irrationalitas, quicquid dicat Aegidius, ut patet ex supra dictis,[& rursus mortalis, & immortalis differentia].i.& diuiditur etiam per mortalitatē, & immortalitatem, [sed rationalis, & immortalis differentiæ constitutiuæ fiunt hominis].i.rationalitas,& mortalitas, sunt duę differentię, qui bus constituitur & definitur homo, dicendo, ꝙ homo est animal rationale mortale[rationalis verò & immortalis Dei].i.istę verò duæ differentię, videlicet rationale,& immortale, sunt constitutiuæ[Dei].i.Angeli[irrationalis autem, & mortalis, irrationalium animalium].i. istę verò duæ aliæ differentię simul, videlicet irrationalitas, & mortalitas, cōstituunt animalia irrationalia. v. g. equum, qui est animal irrationale, mortale[sic verò supremę substantię, cum diuisiuę sint animati,& inanimati differentiæ].i.cùm animatum, & inanimatum, sint duæ differentię diuisiuæ, supremæ substantię corporeę, quę est supra omnia genera subalterna in arbore prędicamentali, vt cū dicimus, quòd substantia corporea secundū Ammoniū duplex est, videlicet, animata, & inanimata[& sensitiui,& insensitiui].i.& cùm hæ duę differentiæ, videlicet sensitiui.i.sensitiuum,& insensitiui.i. insensitiuum, sint differentię substantiæ animatæ, cùm dicimus, quòd substantia animata aut est sensitiua.i.habens sensus, aut insensitiua, idest carens sensibus [animata quidem & sensitiua].i.hę duę differentiæ, animatiuitas, & sensibilitas[iuncta substantiam sumptæ].i.si cum substātia iunguntur[animal perfecerunt].i.animal habent constituere, cùm animal sit substantia animata sensitiua:[animata verò & insensitiua].i.hę duę differentiæ, inanimatum,& insensibile[perfecerunt plantam].i.constituunt plantam, dicēdo, quòd planta est substantia animata insensibilis [quoniam ergo eædem aliquo modo quidē acceptæ fiunt constitutiuę].i. & quia istæ differentię quodammodo.i. vno modo sumptæ, fiunt constitutiuæ i.constituunt species[aliquo modo autem diuisiuę].i.& sub alio respectu, sunt diuisiuę generis[specificæ omnes vocantur].i.omnes huiusmodi differentiæ appellantur differentiæ specificę.i.constituentes species [& his maximè opus est ad diuisiones generum].i. per has maximè diuiduntur genera[& ad definitiones].i. hæ etiam differentię per se inseparabiles,& genera diuidentes, necessariæ sunt ad componendum definitiones, quæ constant ex talibus differentijs diuidentibus,& generibus diuisis, [sed non his quæ secū dùm accidens inseparabiles sunt].i. & cum hoc, differentię inseparabiles per accidens, vt aquilinitas in naso, capillorum crispitudo, non diuidūt genus, nec componunt definitionem[neque etiā magis ijs quę sunt separabiles].i.& multò minus differentię separabiles, quę sunt differentię communes, diuidunt genera, & constituunt definitiones, quę constant ex principijs proprijs, quę sunt in re 2.Phy.28.& 2.de Anima, com.5.diffinitum enim est vnum per unicam intrinsecam differentiam 7.Metaph.43.& 8.Metaph.com.10. hinc ex Alberto colligo, ꝙ hæc prædicabilium cognitio necessaria est ad diuisiones,& definitiones, ut ipsemet Porph.dixit in prohemio.

Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est, qua abundat species à genere. homo enim plus habet quàm animal, rationale, & mortale: animal enim nihil horum est. Nam vnde species haberent differentias? Neque verò omnes oppositas habet, quoniam idem simul habebit opposita. Sed, quemadmodum censent, Textus 5.

sent, potestate quidem habet omnes eorum, quæ sub se sunt differentias, actu verò nullam. ac si neque ex ijs, quæ non sunt, aliquid fit, neque opposita circa idē erunt.

Continuatio textus. Absoluta prima parte istius capitis de differētia, in qua Porphyrius aliquas differentiæ diuisiones assignabat, nunc ad secundam partem accedit: in qua ipsius differentię magis propriè sumptę, aliquas diffinitiones afferre contendit, sic cōtinuant Ammonius, Albertus, tract. 5. c.4. Aegidius Romanus, Antonius Andreas, Petrus Tataretus. Ioannes de Magistris, & Dominus Caietanus: Presens verò textus secundùm eosdē, in tres partes diuiditur: in prima assignat primam differentię definitionem, ibi, differentia est qua species abundat à genere: in secunda ibi, uam vnde species, &c. vnam mouet dubitationem: in tertia verò, ibi, sed quemadmodum, &c. premoram dubitationem breuiter remouet: sed hic statim de numero talium diffinitionū dubitabit Nouicius dicēs; Quot numero sunt definitiones illæ, quas nunc de differentia (quæ facit tertiū prædicabile, vt inquiunt Albertus, & Caietanus) assignat hic Porphyrius? Ad hoc respondeo, ꝙ de hac re bipartitos inueni Porphyrij graues expositores; ex vna parte enim sunt, Ammonius. Albertus Magnus, tract. 5 c.4. inchoatiuè, & cap. 8. completiuè, Petrus Tataretus, Butleus, & Caietanus, quòd definitiones istæ numero sunt quinque, correspondentes etiam quinq; dīię diuisionibus supra traditis. Idipsum dixerunt etiam, Philippus Mucagata, Tiberius Bononiensis, Versorius Parisiensis, & Sotus Hispanus. Secunda opinio est D. Boetij, Aegidij, Antonij Andreę, & Ioānis de Magistris, ꝙ definitiones hæ sunt tantùm quatuor, nam vltima quæ videtur quinta non ponit in numerū, sed est correctiua, & regulatiua definitionis quartę. Et hæc opinio est mihi probabilis, probabilior tamen videtur prima opinio, eo quòd vltima hęc definitio, quam isti dicunt esse quintam, ne dum est correctiua quartæ, vel tertię, vt dicit Aegidi⁹, sed etiam omnium aliarum, quę definitio solius specificę est, q̄ hēt speciem constituere: hinc licet Albertus, Caietanus, & Sotus dicant, ꝙ tripliciter considerari potest differentia specifica, ego tñ dico, ꝙ quinque modis potest considerari, unde quinque sortita est definitiones: primo modo cōsideratur in quantùm est constitutiua speciei, & actu includitur in ipsa, & tunc diffinitur hoc modo; differentia est qua species abundat à genere: secundo modo consideratur in quantùm est vna forma communicabilis multis speciebus, & tunc sic definitur; differētia est quę prædicatur de pluribus differentibus specie in quale qd: tertio modo considerari potest differentia, ꝑut facit differre speciem quam constituit, ab alijs specieb⁹. cùm definitio, quæ dicitur terminus 2. Physicor. tex. 19. principaliter habeat distinguere propter ipsam differentiam; & tunc sic definitur; differentia est qua differunt à se singula: quarto modo consideratur, vt est diuisiua generis, & consequēter specierum, quę sunt sub genere, & tunc sic definitur; differentia est quæ est apta nata diuidere genus, & ea quæ sub genere sunt: quinto modo considerari potest differentia, vt determinat genus ad essentiam speciei, & tunc sic definitur; differentia est quę ad esse coaducit, & quod qd erat esse, & quod rei pars est. Sed ulterius dubitabit ingeniosus Nouici⁹, sunt ne definitiones istæ quinque, an descriptiones? Ad hoc respondeo duplici opinione: prima est Ammonij Boetij, Alberti Magni, tract. 5. cap. 7 Butlei, & Gratiadei, quòd sunt descriptiones: secunda opinio est Aegidij Romani, Scoti q.26. Ant. And. Tiberij Bononiensis in sua digressione, Magistri Philippi, Domini Caietani, Versorij Parisiensis, Petri Tatareti, Pauli Veneti, & Soti Hispani, asserentium, has esse definitiones, eo ꝙ differentia benè pōt definiri, & isti melius sentiunt, ut infra in presenti lectione dicetur. Et hæc quoad continuationem, diuisionem, & Intentionem presentis textus.

Dubit.

Respon. Prima opinio

Secunda opi.

Diuisio.

Dubit.

Responsio. 1. opin.

2. opin.

Differentia potest considerari quinque modis.

Expositio textus. Quoad eius verò expositionem attinet, sic exponatur: differentia est qua species abundat à genere, i. superat, & excedit genus. v.g. Homo superat animal per rationale, & mortale, quæ non includuntur in quidditate, & essentia animalis. Deinde dubitat Porphyrius, à quo nam species habent suas differentias? Aut enim habent à se, aut à nullo, aut à genere, non à se, quia species constitueret seipsam, non à nullo, quia ex nihilo nihil fit, vel quia ex nihilo non constituitur aliqua entitas positiua qualis est species, nec à genere, quia tunc essent opposita differentię in eo: soluit Porphyrius dicens ꝙ genus habet omnes differētias potestate, quas species habent in actu, & hæc responsio, inquit Ammonius, est peripateticorum, licet aliter ipse Porphyrius sentiat cum Platone: Ad terminorum declarationem, modò accedamus,

Verba textus ¶ Differentia est, qua species abundat à genere. Albertus tract. 5. c 4 inquit, ꝙ species habens intra suam essentiam, differentiam magis ꝓpriā in actu, per talem differentiam superat genus, cū talis differentia in genere non sit, nec actu, nec intellectu, in specie autē actu, & intellectu; actu quidem, quia species est in actu per talem differentiam, ideo enim homo est homo, quia actu continet rationalitatem: intellectu verò, quia dif fetētia, ut rationalitas, est de intellectu speciei. i. hominis, sine qua homo non potest intelligi, ꝙ sit homo sine rationalitate, quę est de eius diffinitione, cùm dicimus, quòd homo est animal rationale, & hoc non debet intelligi de differentia cōmuni, & propria, quæ non cadunt in diffinitione speciei, vnde benè dicebat Aegidius Romanus, ꝙ differentia est qua abundat species à genere. i. p quam plus ponitur in diffinitione speciei, quàm in definitione generis; ut patet, quia plus ponitur in definitione hominis, quàm in definitione animalis, nam animal est tantùm substantia animata sensitiua, homo verò est substantia anima-

ta sensitiua rationalis, & ideo dicebat Porphy ꝙ genus nihil horum habet.i.nullam habet actu huiusmodi differentiam magis propriam, vt inquit Ant.And. His addit acutissimus Caietanus, quòd

Caietanus.

ly, qua, non tantùm denotat differentiam, quam habet actu species, & qua caret genus, sed etiam denotat differentiam esse causam, quare species plus habeat in se, quàm genus: vnde sensus diffinitionis differentiæ est iste. differentia est qua & vt causa abundantię, & re abundante vel redundante, species abundat à genere. Vult dicere D. Caietanus, ꝙ homo non solùm superat animal per rationale, quod est differentia, sed etiam per risibile, disciplinabile, admiratiuum, quę consequunt rationalitatem in homine in actu, & non sunt in genere, & sic differentia est qua species abundat à genere, substantialiter, & est causa, & ratio abundandi accidentaliter, eo quòd superans aliquid per principale, etiam ꝑ accessorium dicitur superare:

Dubit.

Sed dubitaret aliquis, quid absurditatis sequeretur, si differentię specificæ actu essent in genere? Ad hoc cum Alberto respon. tract. 5. cap. 4. in initio, quòd tunc diffinitio speciei, quę sola diffinitur 7. Met. 50. esset nugatoria. v.g. si quis hominem diffiniendo diceret, quòd homo est animal rationale, tunc si rationale esset actu in animali, idem esset ac dicere, hō est aial rōnale rationale, quod est nugatoriè, & superfluè loqui: etiā si rationale quod est in animali sit in hac definitione implicitè, & rationale secundo loco positū ponatur explicitè; imò si differentię essent actu in genere, puta rationale, & irrationale, dicendo, quòd homo est animal rationale, idem esset, ac in definitione hominis ponere, semel irrationale, & bis rationale; quod est in fine abhominationis in schola logicorū. Sic igitur intelligendus est Porphyrius, quando inquit, quòd differentia est illa qua species abundat à genere. i. excedit & superat genus, vbi inquit Sotus Hispanus, quod vt Boetius phrasim gręcam ad literam seruaret, æquiuocam fecit orationem latinam.

Verba text°. Rationale quatuor modis pōt sumi.

[Homo enim plus habet quàm animal, rationale, &c.] Preter superius dicta, hic notabis, ꝙ rationale quatuor modis sumi potest, secundū Frāciscum de Maironis in suo conflatu lib. 3. dist. 33 q. 2. ar. 9. vno modo quidditatiuè, uel secundùm quidditatem, & sic solus intellectus dicitur rationalis, non autem voluntas. secundo modo dicitur rationale per essentiam, & sic omnes potētiæ intellectiuæ, videlicet memoria, voluntas, & intellectus dicuntur rationales: tertio modo aliquid dicitur rationale per participationem, & sic omne regulabile à ratione dicitᷣ rationale; vnde appetitus sensitiuus in homine regulatus à recta ratione, dicitur rationalis. Similiter voluntas dicitur appetitus rationalis, seu appetitus intellectualis; quarto modo dicitur rationale per coniūctionem, eo quòd est coniunctum rationi in supposito, vnde anima vegetatiua & sensitiua in homine cùm contineantur eminenter in potentia intellectiua, dicuntur rationales, & omnibus his modis dicitur rationale formaliter, alio modo dicitᷣ rationale obiectiuè; inquantùm est de obiecto producto à ratione, seu intellectu, qui dicitur ratio, vt sic logica dicitur scientia rationalis, quia est de obiecto rationali, quod est ens rationis, ꝓductum per actum collatiuum ipsius rationis. i. intellectus:

Rationale duplicitèr.

Tu verò adde, quòd rationale dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet, pro aptitudine, & habilitate ad ratiocinandum, seu discurrendum, & sic est passio hominis, quemadmodū risibilitas est passio hominis, & potentia ad ridendum: secundo modo sumi potest rationalitas ꝓ principio talis aptitudinis, & sic est differentia cōstitutiua hominis: licet hoc neget Franciscus de Maironis, & hoc modo sumitur rationale in pręsenti, per quod homo superat animal.

Verba text°. Dubit. Resp. quod quatuor sunt species oppositionis.

[Neque oppositas habet.] Dubitabit quis, quę oppositio est ista de qua hic loquitur Porphyri°? Respondeo ex 5. Met. in cap. de eodem & diuerso, quòd quatuor sunt species oppositionis: prima dicitur oppositio contraria, & hæc est inter duas qualitates positiuas, eiusdem generis, mutuò se ab eodem subiecto expellentes, qua oppositione opponūtur dulcedo, & amaritudo, quæ sunt qualitates positiuę, sub eodē genere, quod est sapor, & mutuò se expellentes ab eodem subiecto, & eadem parte subiecti, cùm nihil ut sic dicatur simul dulce & amarum, & hoc commune est omnibus scientijs 8. physi. com. 70. Secunda oppositio dicitur contradictoria, quæ est inter duas propositiones, ad quam oppositionem quinque requiruntur 1. Periherm. videlicet, vt propositiones cōtradictoriæ sint de eodem subiecto, eodem prædicato, eodem tempore, termini sint vniuoci, & vna sit affirmatiua, altera verò negatiua, ut sunt istæ. Socrates nunc currit, Socrates nunc non currit: & hęc opposita simul esse non possunt 10. metaph. com. 17. Tertia est oppositio relatiua, quæ est inter duo correlatiua: vt sic Pater & Filius dicuntur opponi relatiuè, inquantùm paternitas eadem numero, quæ est in patre respectu sui filij, non est in suo filio, & è conuerso filiatio, quę est in filio respectu sui patris, non est in suo patre subiectiuè, quamuis benè terminatiuè: Quarta est oppositio priuatiua, quæ est inter habitū, & priuationem, vt sic opponuntur auditus, & surditas, quę est priuatio auditus, & sic priuatio cognoscitur per habitum, & vnum oppositum ꝑ suum oppositum 2. Cœli, tex. com. 140. primo de Anima 85. & 3. de Anima com. 21. hę sunt oppositionis species. Ad quęsitum nunc respondeo, ꝙ sumitur hic oppositio, pro oppositione contraria, impropriè sumpta.

Verba text°. Dubita. Responsio.

[Sed quemadmodum censent potestate quidem habet, actu verò nullam.] Dubitabit hic aliquis, qui sunt illi qui sic censent? Respondēt Ammonius, & Albertus Magnus, quòd isti sunt Peripatetici, seu Aristotelici vnde dicit Ammoni°, quòd Peripatetici sunt illi, qui hanc dubitationē diluentes dicunt, quòd in genere potestate, & virtute sunt differentię oppositę, quibus reluctātur Platonici dicentes, differentias actu esse in generibus, & quia Porphyrius in prohemio pollicitus

erat,

erat se velle sequi sectam Peripateticam, quia libellum hunc, ut ad Aristotelis prędicamenta necessarium conscripsit, ideo peripateticè sic respõdet, sed fortè, vt Platonicus aliter dixisset Sic habet Ammonius, licet Ant. And. & Burleus legãt, quemadmodum probant Philosophi, Aegidius verò, quemadmodum probant.

Verba text⁹.

[Potestate, quidem habet, actu verò nullam.] Nota hic cum Alberto tract. 5. c. 4. ꝙ differentia est inter potentiam, & potestatem: & ideo genus potius potestate, quàm potentia habet differentias, quia potentiis est indifferens ad esse, & non esse 9. Metaph. 17. & ad materiam reducitur 12. Metaph. 26. potestas verò est potentia stans per actus inchoationem, & sic genus & si non habet differentias contrarias in actu 7. Metaph. 42. nec in potentia, habet tamen, & continet illas potestate, quę potestas est aptitudo generis, est enim essentia generis ex se indeterminata, sed est in potentia, ut determinetur ad diuersas species. v. g. natura animalis est ex se indeterminata, sed determinabilis ad hominem, equum, & leonem, & talis potentia, vel aptitudo generis per quam genus potest ad diuersas species determinari, vocari solet potestas, ambitus, & communitas generis, vel habitus confusus differentiarum generis, eo ꝙ in tali aptitudine, potentia, & confusione continẽtur oẽs differẽtię generis, & talis potestas eadem realiter est cùm essentia generis.

Verba textus

[Actu verò nullam] .i. genus nullam differentiam habet in actu, quia animal quod est genus, si haberet aliquam differentiam actu, non posset prædicari de omnibus suis speciebus de quibus modò prædicatur, quia dato opposito, sit v. g. hæc differentia, rationale, tunc nõ posset animal prædicari de equo, quia tunc dicere ꝙ equus est animal, eẽt dicere, ꝙ equus est rationalis, & sic cú equus sit irrationalis, esset idem ac dicere, equus irrationalis est rationalis, & sic prędicaretur oppositum de opposito, quod est implicare in adiecto, & ideo cùm animal non sit, nisi substantia animata sensitiua, neque est homo, neque bos, si secundùm se in ratione animalitatis consideret, & propterea nullam habet differentiam in actu.

Dubita.

Sed hic dubitabit Nouicius; si differentię potestate, & non actu sunt in genere, quot modis contingit aliqua esse in genere? Ad hoc resp. quòd quinque modis aliqua dicuntur esse in genere: primò aliqua sunt in genere sicut coordinata sub genere per modum participantis & participati, & hoc modo sunt in genere, genera subalterna, species, & indiuidua: secundò aliqua sunt in genere, sicut via ad rem generis, seu ad rem quæ est in genere, & sic motus, & mutatio sunt in genere, siue sumatur motus pro fluxu formę, siue pro forma fluente: tertiò aliqua sunt in genere, sicut principia rei illius generis, sic materia, & forma dicuntur esse in substantia, sicut in genere, eo quod materia & forma sunt principia intrinseca substantiæ corporeæ, quæ est genus generalissimum substantię, secundùm Ammonium, Simplicium, & Auerroem, & hoc modo materia & forma sunt in genere, reductiuè, nõ autem formaliter: quartò aliqua sunt in genere, vt in principio suę inchoationis, & hęc sunt in genere secundùm potestatem, & non secundùm actum participant genus, & sic differentię cuiuslibet generis sunt in genere: quintò aliqua sunt in genere sicut principia, vnde fluunt naturę generum, vt sic punctus, & vnitas sunt in genere quantitatis, nam secũdùm imaginationem ex fluxu puncti causatur linea, & ex vnitate multiplicata causatur numerus, qui est multitudo ex vnitatibus aggregata; qui numerus vt quantitas discreta, & linea, vt quantitas continua, sunt in genere quantitatis.

Respõ. quòd quinque modis aliqua sũt in genere.

Verba textus

[Actu.] Vltimus terminus est ly, actu; de quo dico cum Scoto 2. sen. distin. 12. q. 2. ꝙ isti tres termini differunt, videlicet esse actum, esse actu, & esse in actu: esse actum, est esse formam; esse actu est habere actum pręsentialitatis, i. pręsentialiter esse: esse in actu, competit composito ex materia & forma 2. de Anima tex. cõ. 2. hic verò sumitur [Actu] .i. præsentialiter, vt opponitur ad potentialiter. Sic igitur terminis explicatis, literam construe.

Constructio litteræ.

[Quas etiã determinantes dicunt] .i. quas differentias magis proprias, ut inquiunt Albertus, Ant. And. & Caietanus [determinantes] .i. definiẽtes, vt dicit Scotus q. 29. Aegid. Ant. And. Caietanus, & Tiberius Bononiensis [dicunt] .i. assertiuè dicunt Philosophi, [differentia est qua abundat species à genere] .i. illa est differentia magis propria, constituens tertium prędicabile, ut inquit Albertus, & Caietanus, [qua species abundat à genere] .i. superat, & excedit genus, vt causa abundantiæ, & vt re abundante, vel redundante, spẽs abũdat à genere, ut inquit Caietanus: [Homo enim plus habet, quàm animal, rationale mortale] .i. homo qui est species pro prima intentione [habet] .i. in actu continet, [plus quàm animal] .i plura quàm actu contineat animal, quod est genus pro prima intẽtione [rationale, & mortale] .i. has duas differentias, quę sunt mortalitas, & rationalitas, ut dicit Isidorus lib. 2. Ethimologiarũ c. 26. [animal. n. nihil horũ est] .i. nullam habet actu talem differentiam diuisiuam, vt inquit Ant. And. idest, animal neque est rationale, neque irrationale secundùm suam quidditatem, licet disiunctiuè animal sit rationale, uel irrationale, ut benè admonet Petrus Tataretus Scotista. [Nam vnde species haberent differentias] .i. dubitatur hic, à quo species habent differentias, per quas superãt genus. i. à quo homo, & equus habent has differentias, videlicet, rationale & irrationale, ꝑ quas superant suum genus, quod est animal? [Neque omnes oppositas habet, quoniam idem simul habebit opposita] .i. ut Albertus inquit, & Tataretus Scotista; species, aut has differentias habent à se, aut à nullo, aut à genere; non à se, quia sic aliquid constitueret seipsum, & idem esset constituens seipsum seipso, & idem esset faciens & factũ, formans & formatum, & differentia secundùm seipsam esset species, & species secũdùm seipsam esset differentia, quod falsum. Non à nullo, quia

primo

primo Physic. tex. 33. secundùm Philosophos ex nihilo nihil fit, vt inquit Albertus, & D. Caietanus; non à genere, quia tunc opposita essent simul in eodem; imò species non superaret genus per differentiam, quę prius esset in genere. [Sed quemadmodum censet] nunc soluit dicens, ꝙ sicuti censent Peripatetici contra Platonicos, vt inquit Ammonius; [potestate quidem habet] i. potestate indeterminationis, vt inquit Burleus, genus habet. [Omnes eorum quæ sub se sunt diuisiuas] .i. differentias specificas sui diuisiuas, & specierũ constitutiuas, quæ species sunt sub ipso genere [actu verò nullam] .i. genus nullam habet pręsentialiter, actualiter in se ipso diuisiuam differentiã [ac si neque ex ijs quæ non sunt] .i. ac si dicamus, ꝙ ad hanc solutionem, non sequitur aliquid fieri ex nihilo, vt probabat argumentum [aliquid fit] .i. aliquid producitur, seu causatur species [neque opposita circa idem erunt] .i. neque erunt oppositæ differentiæ simul in generẽ, sed benè uirtute & potestate indeterminationis, ut dicebant Albertus, Sco. q. 25. ad secundum, Burleus, & Versorius Parisiensis. Hinc ex hoc textu tres colligo.

CONCLVSIONES.

1. concl. *Prima conclusio est ista. Differentia specificæ non actu, sed potestate sunt in genere.* 2. concl. *Secunda conclusio est. Differentia specifica est, qua species abundat à genere.* 3. concl. *Tertia conclusio. Differentia verè definitur.*

Arguitur primò cõtra primam concl. SEd contra primam conclusionem arguo & probo; quòd genus habeat differentias oppositas simul, sic; istæ propositiones actu sunt veræ, Animal est rationale, Animal est irrationale, licet genus non prædicetur de differentijs 3. Meta. com. 10. quę sunt prędicationes formales denominatiuæ, cùm in eis prædicentur differentiæ cõtrahentes de genere contrahibili secundùm Scotum; sicut istæ etiam actu sunt ueræ, homo est albus, homo est niger, ergo in hoc genere, quod est animal, simul actu sunt differentię opposite, quæ sunt rationale & irrationale. Respon. Ad hoc respon. ꝙ animal dupliciter potest considerari, vno modo vt est indifferens ad hominem, ad equum, & leonem; alio modo vt actu per differentias specificas, puta rationale, & irrationale, est contractũ ad hominem, equum, & leonem: primo modo, potestate animal est rõnale, uel irrationale: secũdo modo verò actu, & sic dicere animal est rationale, est dicere; animal homo, uel animal quod est in homine, est rationale; simile cùm dr̃, animal est irrationale, idem est ac dicere, animal equus, uel animal in equo, est irrationale: Contra. Contra, si differentię sunt in vno, & eodem genere indifferenter sumpto, potestate, & nõ actu, quęro qualis nam est illa potestas; aut. n. est materialis potestas, aut actiua, aut formalis, aut finalis: non est causa materialis, quia sic necesse esset assignare aliquod agens & mouens, per motum, & mutationem educens illam differentiam de potentia materiali ipsius generis, eo quòd potestas materialis passiua est principium transmutandi ab altero inquantùm altero 5. Metaph. tex. comm. 17. & 1. Metaph. comm. 7. & 10. nunc quod deducitur de potentia ad actum, ab aliquo motore dẽt educi, qui qualis sit à Peripateticis nondum est assignatus. Nec est potentia actiua, quia vt sic genus agens ad actum differentiæ, esset in actu differentiæ, & sic genus, vt genus, haberet actu differẽtias, & in eodem, actu essent duo opposita, & oporteret assignare materiam de cuius potentia genus educeret differentiam, quæ materia esset para speciei, & non generis. Nec secundùm potestatẽ causę formalis, quia tunc genus esset forma differentię, quod falsum est, cùm secundùm Porphyriũ genus sit vt materia, differentia vt forma, species verò sicut constituta ex materia & forma, imò genus esset qualitas essentialis, & sic pręd icaretur in quale, & non in quid contra prius dicta in c. de Gener. Nec differentiæ sunt in genere, sicut in potestate causę finalis, quia in naturis earum idẽ est forma & finis secundùm rem, quamuis differãt secundùm rationem suę causalitatis, inquantùm finis est ad quem terminatur motus mouentis, forma autem est quę dat esse rei cuius est forma. Ad hoc respondeo, ꝙ est potestas causæ formalis confusę, quę similis est potestati materię, Responsio. vt inquit Albertus Magnus, nam vt 1. Metaphy. com. 17. & 2. Metaph. com. 14. inquit Auerroes, genus non est materia, sed forma vniuersalis, generalis, confusa, indistincta, & diffusa in materia non determinata per formam, quę diffusa & confusa forma, formę inchoatio à quibusdam appellatur, vt inde materia locus formarum diceretur in quo formæ latitant, ut dicebat Anaxagoras, propter quòd Peripatetici inde dixerunt, omnes formas educi de materia, & eas non esse à datore extrinseco, vt dicebat Auicennas. Est etiam potestas finis, quia finis & forma idem sunt 2. Physi. 80. forma est forma, & finis desiderij ipsius materię. Est etiam potestas causæ efficientis, & causę seminalis, quia per inchoationẽ confusam, differentiæ, quasi seminaliter sunt in genere, nam sicut in semine est quędam virtus formatiua, quæ subit vicem generantis, ita aliquid simile est in genere, quod est lumen intelligentiæ agentis, inqt Albertus, quod per tale lumen actualiter differẽtiam educit de genere, ad esse speciei, & sic genus habet in se aliquid de virtute efficientis, & ideo genus patri est assimilatum; sunt ergo differentię in genere, sicut in principio confuso suæ inchoationis. Et sic patet, ꝙ differentia est simplex actua constituens speciem cum genere, & ꝙ potestate differentia est in genere, & species habet differentiam vt formantem ipsam, genus autem est in specie, vt imperfectum formabile actu formatum, eo ꝙ genera non sunt actu, nisi in suis speciebus vt 3. Met. com. 11. & 7. Metap. comm 43. dicebat Auerroes. Sed quæret quis, est ne potestas causæ Dubit. materialis? Respon. ꝙ non: Contra, genus assimi Responsio latur materię 5. Metaph. com. 33. 8. Metaphysi. 5. Contra. 10. Met. 24. & 12. Met. com. 14. Respondeo, quòd Responsio. ista similitudo consistit in hoc, quòd sicuti ma-

teria

teria determinatur p formam ad quam est in potentia, ita genus contrahitur per differentiā quā continet potestate: & ideo benè dicebat Burleus, q genus habet differentias oppositas in potentia indeterminationis tantùm, quia genus non habet differentiam in potentia, eo modo quo materia est in potentia ad formam, quia materia quandoque habebit formam ad quam est in potentia, non autem genus, quod non habet, nec habebit differentiam ad quam habet potestatem, quę meritò uocari debet potestas indeterminationis.

Dubit. Responsio. Quod si quæras, quomodo ergo differentia potestate est in genere? Respondet Paulus Venetus, q differentia est in genere secundùm omnia quatuor genera causarum. Genus enim vt determinatur per differentiam habet rationem materiæ, quod nos negauimus propriè loquendo, vt prædicatur de specie habet rationem formę, & quia forma & finis sunt vnum 2. Physi. 24. sit genus cū sit forma habet rationem finis: habet etiam rōnē efficientis inquantùm assimilatur patri per descēsum ad inferiora eundo in multitudinem; ipse tamen intellectus primi agentis est causa efficiens extrahens differentiam de potentia generis, & ad esse speciei conducens.

Dubita. Responsio. Dices quomodo principaliter differentia est in genere? Respondeo q tripliciter aliquid contingit esse in genere, licet alij modi sint ēt supra positi, videlicet per prędicationem, per reductionem, & per determinationem, illud est in genere per prædicationem, de quo genus per se essentialiter prędicatur, & hoc modo species & indiuidua specierum sunt in genere: Illud verò est in genere per reductionem, quod est principium illius generis, aut via ad rē illius generis, vt sic materia & forma dicuntur esse in genere substantiæ, tanquam principia illi' generis, & motus est in genere quantitatis, qualitatis, & vbi 5. Physi. quia est via ad aliquam rem istorū generum: illud verò est in genere per determinationem, quod est determinatio alicuius generis, sicuti forma est in materia, & accidens in subiecto, & sic differentia est in genere per determinationem & emanationem, quia differentia fluit & emanat à genere, & determinat genus, non tamē differentię istæ actu sunt in genere. Hinc dicebat Gratiadeus Esculanus hic, q duplex est continentis, vna videlicet secundùm indeterminationem, & sic genus abundat à specie, alia est secundùm determinationem, & tunc species abundat à gñe.

Contra. Contra, genus habet actu differentias, quæ sunt animatum & sensitiuū respectu animalis, quod est genus.

Resp. Ad hoc respondeo, q duplices sunt differentiæ, quædam enim sunt differentię constitutiuæ generis, quædam verò diuisiuę generis, & constitutiuæ specierum; Tunc respondeo, quòd licet genus contineat actu in se differentias constitutiuas sui, & suę definitionis, nō tamen actu continet differentias diuisiuas. v. g. licet animal contineat animatum, & sensitiuum in actu, quę non sunt differentię oppositę, non tamen continet rationale & irrationale actu, quę sunt differentię oppositę, diuisiuæ generis, & constitutiuę specierum. Et sic patet quod dicit Dominus Caietanus de mente Alberti hic dubitans, & pbare volens, q in genere actu sint differētiæ diuisiuæ, quia idem animal quod est genus, actualiter simul est rationale & irrationale, quoniam actualiter simul est coniunctum hoī & Bruto.

Dubitatio.

Resp. Resp. n. & acutissimè quidem D. Caietanus, & nō est mirum, quia mos eius est sic respondendi, fuit enim Cardinalis, qui cardines omnium scientiarū aperuit; Dixit enim q habere duo opposita simul in actu, dupliciter potest contingere; vno modo videlicet, per modum coniunctionis, & hoc modo opposita non possunt esse actu in eodem, intelligendo in eodem indiuiduo, quoniam impossibile est vt vnum & idem numero sit simul calidum & frigidum, quamuis idem specie, aut genere, habere possit actu simul contraria. v. g. homo, & equus, qui sunt idem genere simul continent rationale, & irrationale, quod est dicere animal in homine continere rationale, & idem animal in equo, actu continere irrationale: Alio modo contingit esse duo opposita actu simul per modū inclusionis, puta, quando opposita includuntur in ratione illius in quo sunt, & hoc modo impossibile est idem siue numero, siue specie, siue genere includere actu simul duo opposita, cùm unū destruat alterum, & in eadem natura non se compatiantur, & hoc modo intelligi debet Porphyri' dicens, q genus non actu habet differentias eius diuisiuas, quas in sua ratione non includit, benè tamen species actu eas continent, cum sint tales differentiæ diuisiuę generis, de intrinseca ratione specierum.

Duo opposita esse simul in actu dupliciter potest cōtingere.

Contra. Sed contra hanc responsionem arguo sic. Genus continet actu species, species continent actu inclusiuè differentias, ergo à primo ad vltimum, genus continet actu inclusiuè differentias diuisiuas.

Resp. Ad hoc respondeo, quòd genus continere differentias in actu, est continere illas vt partes essentiales sui, & secundùm quidditatē sui, genus verò continere differentias in potētia, est posse per illas contrahi, & sic licet animal semper sit cum differentijs specificis, nunquam tamen continet illas actu, vt dixi, sed potentia, seu potestate, siue in genere causæ formalis 5. Meta. 15. secundùm Auerroē, siue in genere causę materialis, ut alibi, nempè 5. Met. 33. 7. Metap. 43. & 10. Metaph. com. 24. dixit idem Auerroes, quod prima secundę quæstione decimaoctaua, articulo septimo, ad secundum. p. p. quæstione tertia, ar. 5. de potentia q. 3. ar. 16. ad quartum, & opusc. 42. cap. 1. & cap. 9. in principio, dixit D. Thomas.

Contra. Contra, omne diuisum habet actu sua diuidētia, sed genus diuiditur per suas differentias, ergo actu habet illas.

Resp. Respondet ad hoc D. Aegidius Romanus, & optimè: non esse verum, q diuisum actu continet diuidentia, quia partes in cōtinuò sunt solùm in potentia, sed per diuisionem benè fiunt in actu, & sic ipsum genus non habet dr̄ias in actu, sed in potentia, quia duo opposita actu in eodem esse non possunt, sed dr̄iæ sunt oppositæ, ergo genus non habet actu differentias, sed potentia, & hoc est uerum.

Erat

Arguitur aduerſus ſecundam concl. Erat ſecunda concluſio. *Differentia ſpecifica eſt qua ſpecies abundat à genere.* Quam concluſionẽ pauci optimè declarãt preter Scotum, inquit Mauritius Scotiſta: Sed contra eam arguitur ſic. Illud quod abundat ab alio eſt in plus illo, ſed genus eſt in plus quàm ſpecies, ergo ſpẽs non abũdat à genere. Maior probatur, quia totũ eſt maius ſua parte, & in plus ſe habet quàm quælibet eius pars, totum enim non eſt, niſi congregatio partium 1. Phyſi. t 7. 4 Phyſi. 43. & 3. Cœli 8. & in plus ſe habet, cùm ſit vniuerſale, 1. Phyſi. tex. com. 4 & 5. Metaph. commen. 31. Minor probatur, ex Ariſto. in prędicamentis cap. de ſubſtantia proprietate tertia, ibi: Dicens enim animal, plus cõplectitur quàm ꝗ hominem: & Porph. in cap. de ſpecie dicebat, ꝙ collectiuum magis genus eſt, quàm ſpecies: ergo ſpecies non abundat à gñe p drĩam.

Reſp. Aegidij, & Caietani. Ad hoc reſpon. D. Aegidius Romanꝰ, & D. Caietanus, ꝙ abundare ab aliquo duplr̃ poteſt conſiderari; vno modo abundantia potentiali, alio modo abundantia actuali: tunc dicunt, ꝙ genus abundat à ſpẽ abundantia potentiali permiſſiua, ſpẽs verò abundat à gñe abundantia actuali poſitiua: vnde accommodatum exemplũ dat D. Caietanus, quod ẽt dat Verſorius Pariſienſis, quòd abundare in potentia non eſt abũdare, ſicut nec diues in potentia, eſt diues; nam homo pauper quamuis ſit in potentia ad habendũ plures diuitias, ꝗ diues, non tamen dici debet ditior, & abundantior illo, cùm nondum illa potentia permiſſiua ſit reducta ad actum poſitiuum, & ſic quia genus nullam habet differẽtiam in actu, benè tamen ſpecies habet differentias diuiſiuas generis in actu, ideo ſpecies dicitur abundare à genere per differentiam, quamuis genus plures habeat in poteſtate.

Paulus Venetus. Sed Paulus Venetus reſpondet dicens ꝙ genus eſt pars ſpeciei, & ẽt totũ reſpectu ſpẽi, inquantũ eſt pars ſpeciei, continetur à ſpẽ, & ſic ſpẽs abundat à gñe per drĩam, inquantùm verò eſt totum in prædicando reſpectu ſpẽi, ſic genus continet ſpẽm, & abundat ab ea, & quia genus eſt actu in ſpẽ, & ſpẽs eſt potentia in genere & denominatio fit potius ab actu, ꝗ à potentia, ideo ſpẽs ſimplr̃ abundat à genere, genus uerò ſm̃ quid abundat à ſpecie, amplius continentia generis eſt continentia in potentia, & indeterminata, continentia uerò ſpeciei qua continet genus & differentiam, eſt continentia actualis & determinata.

Reſponſio Scoti & Ant. And. Scotus uerò Doctor ſubtilis, qui cribro ſui intellectus, & lima ſapientiæ, res plus ſubtiliat, & Ant. And. eius fidus diſcipulus, ſic reſpõdẽt: quòd eſſe in plus dupliciter poteſt ſumi, vno modo, videlicet ſecundùm continentiam actualem, & ſic ſpecies in plus ſe habet quàm genus, & abundat à genere: alio modo ſecundùm continentiam potentialem, ſiue ſecundùm indifferentiam, ſeu potentialitatem indeterminationis, ut dicebant Albertus, & Burleus, & ſic genus eſt in plus quàm ſpecies, & abundat à ſpecie, & quia Porphyrius loquitur de abundantia actuali: ideo benè dicitur, quòd differentia eſt qua ſpecies abũdat à genere:

Contra. Cõtra, à nullo poteſt aliquid uerius haberi, quàm ipſum habeat in ſe, ergo ſpecies nõ poteſt uerius habere differentiam à genere, quã genus illam habeat, ſed genus habet illam tantũ in potentia, ſpecies aut habet illam in actu, ergo ſpecies non habet illam a genere.

Reſp. Ad hoc reſp. ꝙ benè poteſt ſtare, ſpecies habere differentias in actu, quas genus habebat in põtentia, nam ſicut compoſitum naturale, materia, & forma, quæ ſunt naturæ 2. Phyſi. t. 4. ſe habent inter ſe, ita etiam ſpecies, genus, & differentia, quæ illis proportionantur habent ſe ad inuicem inter ſe: ſed compoſitum naturale habet formam in actu, quæ prius erat in potentia in materia, ergo à ſimili ſpecies habet differentiam in actu, quę erat prius in potentia, in genere, quod eſt proportionatum ipſi materię 1. Metaphy. 17. 8. Meta. com. 5. & 12. Metaph. 14. & quia materia prima non participat formas in actu, ſed de eſſe potentiali reducuntur ad eſſe actuale, ita etiam genus, non participat differentias ſimul in actu, cùm ſint oppoſitæ 7. Metaphy. 42.

Contra. Contra, omnia potentia eſt contradictionis 9. Meta. t 7. & ad materiam reducibilis 12. Met. comm. 26. ſed omnis potentia eſt reducibilis ad actum, ergo ſi duo oppoſita ſunt in potentia in genere, etiam poterunt eſſe in actu, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo duę differentiæ oppoſitæ non ſunt in genere, in potentia.

Reſp. Ad hoc reſpondent Scotus q. 25. & Anto. Andreas dubio 4. dupliciter. Primò ex ſententia Alberti Magni tract. 5. cap. 4. circa finem, non eſſe inconueniens oppoſita in actu ineſſe eidem in genere, licet ſit inconueniens de eodem numero v. g. rationale & irrationale inſunt actu homini, & equo, qui ſunt idem genere, quod eſt animal, non autem inſunt Socrati qui eſt idem numero. Secundò reſpondet Scotus, quod quando dicimus differentias ſpecificas eſſe in potentia in genere, tunc potentia non dicit ordinem ad actum ſicut ſumitur 9. Metap. t. com. 2. ſed hic potentia dicit indeterminationem, & tunc dicere ꝙ genus habet differentias in potentia, nil aliud eſt dicere, quàm genus habere differentias indeterminatè, quo modo non intelligitur illa propoſitio. Omnis potentia reducitur ad actum, quamuis Albertus diſcrimen ponat inter potentiam, & poteſtatem dicens, quòd differentię oppoſitæ non ſunt in genere in potentia, ſed in poteſtate, vt ſupra diximus, quod recepiſſe non videtur Scotus.

Contra. Contra hanc Scoti reſponſionem arguo, quærẽs à Scoto, & Antonio Andrea: aut iſta potentia indeterminationis eſt potentia phyſica, aut eſt potentia logica: ſi eſt potentia phyſica, fruſtra eſt niſi reducatur ad actum, & ſic ne fruſtretur, illæ differentię ſpecificę, quæ quandoque erant in potentia in genere, aliquo tempore erunt actu in eo: aut eſt potentia logica (de qua ſecundo de Anima, textu 41. quinto Metaphyſices t 8. & primo Poſteriorum, textu 43. ibi, vniuerſalia ſunt ſemper, & vbique, &c.) ſed iſta potentia logica eſt non repugnantia, ergo non repugnat, ut iſtę differentię, quę ſunt in potentia, quandoque ſint actu in genere.

Resp.

Ad hoc respondeo, ꝙ ista potentia est indeterminationis declinas ad potentiam logicam.i.ad non repugnantiam, vt quandoque genus sit in actu cum illis differentijs, quando determinabitur, & contrahetur per illas existens in specieb⁹, iuxta illud 3.Metap.com.11.& 7 Met.43. ꝙ genus non est in actu, nisi in suis speciebus, & hoc cùm per differentias spesificas contrahitur,& determinatur ad illas, & tunc species continet in se genus, |& propter actualem continentiam differentiarum est nobilior genere, cùm continens sit nobilius & honorabilius contento 4.Physi 49. & 2.Cœli 74.quomodo dicimus,ꝙ anima q̃ est forma habet continere 4 Cœli 35. & ideo continēs corpus,est nobilior illo 1.de Anima t.cō.90.cùm sit illius actus primus substantialis 2.de Anima, tex. com.6.

Dubit.

Sed quæret hic Nouicius, quomodo dr̄ia continetur in genere,& quomodo in spē,& qualis tādem sit continentia vtriusque?

Quincuplex continentia.

Ad hoc respondeo prius,ut alias diximus,adnotando,ꝙ multiplex est continentia. Prima dr̄ continentia formalis,seu actualis, qua totū actu continet suas partes,siue essentiales, siue integrales.Secunda dr̄ continentia potentialis, seu permissiua. qua materia prima continet formas ab ea educibiles. Tertia dr̄ cōtinentia virtualis,qua causa efficiens vniuoca, vel æquiuoca cōtinet effectum ab ea producibilem, vt sic Sol cōtinet vermem ex putri materia educibilem. Quarta dr̄ cōtinentia eminentialis,& hæc est, qua Deus continet omnium rerum perfectiones nobiliori modo,quàm sint in ipsis. Quinta dicitur continentia vnitiua, qua v. g. aceruus lapidum continet multos lapides. Secundò noto,ꝙ quadrupliciter forma est in composito:nempè a materia potentialiter, ab efficiente actualiter effectiuè, ab ipsa forma formaliter actualiter, à fine causaliter occasionaliter:Tunc ad quęsitum dico,ꝙ genus cōtinet species continentia actuali formali,differentias specificas verò, continentia potentiali permissiua,licet alijs modis etiam contineat illas.

Quadrupliciter forma est in cōposito.

Arguitur contra tertiam conclu.

Erat tertia conclusio. *Differentia potest definiri, vt de facto à Porphyrio non solùm describitur, sed etiam verè definitur.*

Circa hanc cōclusionem scias Nouicie, quòd circa eam tres circumferūtur in schola logicorū opiniones.Quarum prima est Ammonij,Alberti Magni,tra 5.c.7. & Burlei, ꝙ dr̄ia non potest definiri,sed tm̄ describi.Secunda opin. est D.Aegidij Romani,in hoc cap.de dr̄ia,dub.3.quę opinio consistit in hoc: Differentia dupliciter potest considerari,vno pro prima intentione,nempè,pro rationalitate,vel irrationalitate; alio mō pro 2.intentione: Et primo modo adhuc dupliciter,vno modo,videlicet absolutè,sine respectu ad secundam intentionem, alio modo sub habitudine ad dr̄iam sumptam pro 2.intent. tunc dicit Aegidius,ꝙ dr̄ia cōis ꝑ prima intent.absolutè sumpta,hic non diffinitur,sed vt res subiecta intētioni,& vt sic habet aliquid loco generis, & aliqd loco dr̄ię,nam ly,prędicatur,vel prædicabile ponitur loco generis,alię verò particulæ loco dr̄ię, & si rectè meministi,idem de gn̄e, & spē supra dicebat Aegidius. Tertia opin.est Scoti q.26.Ant.And.Tiberij Bononiensis in sua digressione,Magistri Philippi,Caietani,Versorij Parisiensis, Petri Tatareti, Ioannis Anglici, Mauritij Hibernici,& Soti Hispani,ꝙ dr̄ia pōt definiri,& de facto à Porphyrio hic definitur: sed D. Caietanus tenet ꝙ definitur dr̄ia ꝑ 2. intē.ſm se sumpta,Scotus verò tenet,ꝙ definitur dr̄ia pro 2. intentione in concreto, per habitudinem ad dr̄iam pro prima intentione sumptam, & definitio hic à Porphyrio tradita,intelligenda est de dr̄ia formaliter sumpta.i.ut est secunda intentio, & non fundamentaliter.i.vt est prima intentio, quia dr̄ia, vt est prima intentio,sicut est rationale,impossibile est ꝙ diffiniatur, quia tunc haberet genus & dr̄iā & non esset dr̄ia,sed species, & sic differentia pro secunda intentione sumpta, est species vniuersalis, & differentia ut quid,& species ut modus, & hæc est intentio Porphyrij in præsenti: His igiť sic adnotatis: Contra hanc concl. sic arguitur: Omnis diffinitio constat ex genere & differentia 2.Phy.26.& 7.Meta.43.& est solius compositi ex materia & forma 7.Met.40.& 8.Metaph.com.9. ergo si differentia haberet definitionem, oporteret vt illa constaret ex genere & dr̄ia, & esset composita,& sic ipsius dr̄iæ diffinitio esset ex differentia,& sic erit processus in infinitum, quod est absurdum 1.Post.t.18.Hoc argumentum est Alberti Magni,tract.5.cap.7.in principio.Ad quod primò respondet Aegidius hoc modo; vnde cùm dicis(inquit ipse)in minori,ꝙ differentia nō habet genus,neque dr̄iam, verum est, prout dr̄ia est absolutè considerata, sed prout est in cōmuni non, vult dicere Aegidius,ꝙ licet differentia sumpta ꝑ prima intentione simpliciter,& absolutè,si definiatur non habet genus & differentiam,tamē differentia sumpta pro prima intentione, vt subiecta secundæ intētioni,benè habet genus & dr̄iā. Secundò ad idem Alberti argumentum, respondent Scotus,q.26.& Ant.Andreas, in hoc cap.de differentia dub.4. Ioannes Anglicus, & Mauritius Hibernicus; ꝙ differentia dupliciter potest considerari,vno modo respectu speciei cuius est differentia,alio modo respectu uniuersalis,cuius est species,primo modo est differentia tm̄:secundo mō uerò est spēs,cuius genus est vl'e, dr̄ia uerò eius est,prędicari in quale essentiale,& sic dr̄ia ꝑ 2.intent.hēt genus,quod est vl'e, & dr̄iam q̃ est prędicari in quid essentiale, & consequenter pōt definiri;& tunc nota,ꝙ dr̄ia tripliciter pōt definiri;vno mō,videlicet in cōi hoc modo, dr̄ia est vl'e quod prædicatur de pluribus in quale essentiale. Secundò definiri pōt ꝑ dr̄ia intermedia, & tunc sic definitur: dr̄ia est vl'e prędicabile in quale essentiale de pluribus differentibus specie. Tertiò definitur pro differentia vltimata, seu specifica, & tunc ita definitur: differentia est uniuersale prædicabile in quale essentiale de pluribus differentibus numero. Sed circa hanc Scoti solutionem,ego dubito, quàdo inquit Scotus, quòd diffe-

1. opin. Ammonij.

2. opin. Aegidij.

3. opin. Scoti.

Argumentū.

Resp. Aegidij.

Resp. Scoti.

Differentia dupliciter potest considerari.

Differentia tripliciter potest definiri.

Dubita.

differentia respectu vniuersalis est species, & respectu speciei est differentia, de qua dria loquitur, de dria ne fundamentaliter sumpta.i.pro prima intentione, au formaliter sumpta.i.pro secunda intentione? Ad hoc respondet Ioannes Anglicus hanc Scoti responsionem esse cautè intelligendam, quia ista distinctio secundùm utrumque membrorum non potest verificari de dria fundamentaliter sumpta, nec formaliter sumpta; non quidem de dria formaliter, seu pro secunda intentione sumpta; quia vt sic respectu nullius speciei habet rationem differentiæ, quam habeat constituere, & ab alia specie distinguere, & de qua prędicetur in quale essentiale, quia ipsamet est species, & habet sub se solù indiuidua, videlicet hanc differentiam applicabilem rationali, & hanc differentiam applicabilem irrationali, corporeo, vel incorporeo, quę numero tantùm inter se differunt, solùm per differentias reales, tanquã earum fundamenta. Nec pro differentia fundamentaliter sumpta, vt est rationale, quia nullo modo potest esse species respectu alicuius, nec aliqua differentia potest esse genus illius. Et sic tota hæc solutio, non potest verificari, de differentia, nec vt sumitur pro prima intentione, nec pro secunda intentione, quia solùm differentia pro prima intentione habet rationem drię respectu alicuius spẽi, vt rationale respectu hoĩs, & sola dria pro secunda intentione habet rationem, uel modũ speciei.

Resp. Angl.

Responsio Mauritij. Secundò ad hoc resp Mauritius Hibernicus φ licet frater Ioannes Foxal ita sentiat, tota tñ solutio verificari põt, de dria formaliter sumpta, & tota ẽt de dria fundamentaliter sumpta: de dria quidẽ formaliter sumpta, uerum est; quia Scoti uerba faciunt sensum intransitiuũ, videlicet dria põt respectu sui accipi dupliciter: nempè vt q̃d, vel vt modus, primo modo ipsius est aliqua dria, vt prędicari in quale essentiale, vt modus verò.i. vt induit modũ spẽi, sic eius non est aliqua dria, non.n.vult dicere Scotus, φ dria respectu vnius est dria, respectu alterius verò est spẽs, faciendo sensum transitiuum, quia dria, vt hic sumitur, non induit modum driæ, sed modum spẽi, uel generis, & sic tota solutio intelligi potest de secundis intentionibus: posset ẽt intelligi tota solutio de dria fundamentaliter sumpta, eo φ habet modũ speciei inquantùm prędicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid, si est differentia specifica, vt rationale, vel de pluribus differentibus specie si est dria generica, & ẽt rationale est dria respectu speciei cuius est dria, & hęc opinio vt subtilior magis placet.

Contra. Sed contra vtranq; responsionem replicatur: Oẽ per se tale, ad quodcunq; comparatum, semper est tale: sed dria p se est dria, ergo respectu cuiuscunq; semp est dria, ergo falsa responsio, quũ dr̃, φ respectu vnius est dria, nempè respectu speciei, & respectu alterius est species, puta, respectu vl̃is.

Resp. Ad hoc resp. φ dria vt quid, semper est differentia vt quid, benè tamẽ differentia, vt quid respectu speciei esse species vt modus, differentia vt quid respectu speciei, spẽs ut modus respectu vniuersalis.

Arguitur 2. principaliter. Arguitur secundò de mente Alberti Magni, hoc modo; Nihil põt verè definiri nisi species, si dria haberet veram definitionem, oporteret vt differentia esset species, quod esse non põt, & sic Differentia habere potest solùm descriptionem ex fine, & à posteriori, vel effectu, vel ex cõparatione ad ea ad quę comparatur, puta ad species, &c.

Resp. Scoti. Ad hoc respondent Scot.q.26.ad 2.& Ant.And. dubio 4.Ioannes Anglicus, & Mauritius Hibernicus, quod dria est spẽs, non ut quid, sed ut modus, cùm cuilibet vniuersali, puta generi, & alijs applicetur species, vt modus, genus enim quod est vnum de quinque prędicabilibus dicitur species ipsius vniuersalis, vt modus.i.prædicatione denominatiua:

Contra. Sed contra hanc Scoti responsionẽ insto, hoc pacto: definitio non est, nisi eius q̃d est per se vnum 7.Met.16.& 8.Metap.15.sed differentia non est quid per se vnum, ergo differentia non potest definiri. Minor probatur, quia q̃d est per se vnum, non prędicatur de pluribus, sed differentia prędicatur de pluribus.s.de hac & illa differentia, ergo differentia non potest definiri.

Resp. Ad hoc respondeo, φ definitio proportionatur definibili, definibile aũt est ens simpliciter.i. ens reale substantiale compositum ex per se actu & per se potentia; aut est ens secundùm quid.i. accidens reale, vel intentionale, sic etiam duplex datur definitio talibus proportionata: tunc ad argumentum respondeo, quòd maior ualet de vera definitione entis realis, quod est substantia composita ex materia & forma, actu & potentia; modò differentia pro secunda intẽtione sumpta, de qua loquimur in præsenti, potest definiri per suum genus quod est vl̃e, & driam, quæ est prędicari in quale essentiale: omne enim in suo genere est quid 6.Topico. c.7.& ita intelligitur dictum Aristotelis 5.Metaph.14 & 6 Metaph.8. φ entis rationis, cũ sit ens diminutum, nõ est definitio.

Contra. Contra, illius quod est simpliciter simplex, non potest haberi definitio, quia 8. Metaph. com.9. difinitio est ratio longa exprimens quid, & quale, sed differentia non habet quid & quale, idest conceptum quidditatiuum, & conceptum qualitatiuum, per quos explicari possit essentia differentiæ.

Responsio Ad hoc respondeo, φ licet differentia nõ habeat quid, & quale uerum, sumptum à uera materia & forma, vera potentia & verò actu, tamen habet quid, & quale suo modo dupliciter, primò habet quid.i.genus quod est uniuersale, habet quale.i.prędicari in quale essentiale, quod est sua differentia: secundò habet quid & quale, quatenus (loquendo de differentia pro fundamento) prædicatur in quale quid de sua specie, cuius est differentia, hinc quæstione decimanona, in corpore quęstionis dicebat Doctor subtilis Scotus, quòd qualitas quæ est prędicamentũ, prædicatur in quale absolutè, sed differẽtia substantialis prędicatur in quale quid, ex hoc enim quod importat formam, prędicatur in quale, sed ex hoc quòd importat substantiam, prædicatur in quid; & ideo ratione totius, prædicatur in quale quid.

Arguitur 3. principaliter. Arguitur tertiò contra prędictá conclusionē: singularium non est definitio 7. Metap.35. & ex Alexando primo libro naturalium quęstionum cap.3.sed differentia est singularis, ergo differentia non potest definiri. Minor probatur, quia omne id quod est sub vniuersali est singulare primo Poster. t. 3. sed differentia est sub vniuersali, seu prędicabili, cùm omnia prędicabilia contineantur sub vniuersali communiter sumpto. *Resp.* Ad hoc respondeo, quòd duplex est singulare, quoddam .n.est singulare materiale corruptibile, & quoddam est singulare spirituale incorruptibile, singulare primo modo sumptum, quia concernit prædicata accidentalia, & conditiones materiales, & potest corrumpi, de eo non est scientia, nec definitio, cùm scientia sit æternorum. 1. Poster. tex.57.7.Metaph. commen.53. 9. Metaphysices commen.21.& 6.Ethicorum cap.4. vbi dicitur, quòd scire rem mutabilem non est scire, sed singulare spirituale, quod melius dicitur, minus vniuersale. 1.Posteriorum 38.secundùm S. Thomá, benè potest definiri, cuiusmodi est differentia, vnum de quinque vniuersalibus: *Dubita.* nec sis molestus Nouicię, dicens, quod vnius rei vna debet esse definitio, sed differentię plures sunt definitiones, ergo non potest definiri. *Resp. Scoti.* Respondet enim tibi Scotus quarto senten. dist. 1. quæstione secunda, ideo aliquam rem multipliciter quandoque definiri, quia quod vna definitio non exprimit, alia exprimet, & vt inquit Nicolaus de Orbellis Scotista in cap. de specie, idem per comparationem ad diuersa potest habere plures definitiones, quod ex Versorio Parisiensi supra, nos etiam dicebamus. *Cauendum.* Huic igitur Scoti responsioni acquiescens, caue ne dicas Nouicie, quòd in logica duæ negationes habent vim negandi, non autem affirmandi, vt quidam dixit, in paruulo dubio, maximum committens errorem. Sed dic quòd duę negationes dupliciter possunt sumi, vno modo, videlicet in sensu coniuncto, alio modo in sensu diuiso, quando sumuntur in sensu coniuncto, tunc affirmant, quando verò in sensu diuiso, idest separatim sumuntur, & diuersis subiectis applicantur, tunc uim habent negandi, & nota Nouicie, quòd iste talis, suo gladio se iugulat, faciens se risu & ferula dignum. Ipse enim in cap. de Genere in principio dicebat, aduersus quosdam sic dubitantes, dixit Porphyrius, neque genus, neque speciem simpliciter dici; contra, nam duæ negationes affirmant, &c. tunc inquit ipse, dubitatio hæc est quidem pedagogo, risu & ferula digna, & non est mirum profectò, quia sicut sunt, sic dubitant, hęc sunt eius verba: & modò ipse in hoc capitulo de differentia, eandem mouet dubitationem, ergo qualis ipse est, sic dubitat, & consequenter fecit se pedagogum, risu, & ferula dignum.

Textus 6. Definiunt autem eam & hoc modo. Differentia est, quæ de pluribus & differentibus specie in eo quod quale quid est prædicatur. rationale enim & mortale de homine prædicatum in eo quod quale quid est homo dicitur: sed non in eo quod quid est, quid est enim homo, nobis interrogatis, conueniens dicere animal: quale autem animal inquisitis, quòd rationale & mortale est, conuenienter assignabimus: Rebus enim ex materia & forma constantibus, vel secundùm proportionem ad materiam & formam, constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia quidem est ære, ex forma autem figura: sic & homo communis & specialis, ex materia quidem proportionaliter consistit ex genere, ex forma autem differentia. totum autem hoc, animal rationale mortale, homo est, quemadmodum illic statua. Describunt autem & hoc modo. Differentia est quod aptum natum est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt. rationale enim & irrationale hominem & equum, quæ sub eodem genere sunt, quod est animal, diuidunt.

Continuatio. Albertus te, & nomine Magnus, tract. quinto, capit. quinto, textum hunc ad pręcedentem, sic continuat. Habito supra qualiter differentia species abundat à genere, seu ut Dominus Caietanus inquit, differentia deriuatur in speciem, reliquum erat nunc dicere, qualiter ipsa differentia, vt vniuersale prædicabile de specie, possit definiri, seu ut Dominus Caietanus inquit, inquantū est prædicabile ab alijs quatuor prædicabilibus distinctum, quamuis hoc vltimum neget Ioannes de Magistris Scotista, dubio secundo in tertio dicto, ibi, prędicta diffinitio non datur de differentia in ratione prædicabilis sumpta, cùm nō conuertatur cum differentia, quę est quartum prædicabile ab alijs distinctum, vbi in quarto dicto, inquit hanc esse differentiæ definitionem. Differentia est quod prædicatur de pluribus in eo quod quale: nec ab Alberto, & Caietano, multùm discrepant Aegidius Romanus, Antonius Andreas, & Ammonius, simul & tertiam differētię definitionem affert Porphyrius in ordine ad genus, seu quoad proprium .i. primum eius effectum, qui est diuidere ipsum genus, ut benè inqt etiam D. Caietanus, & D. Aegidius Romanus: tres enim esse actus differentię, videlicet diuidere, constituere, & distinguere, ex Ioanne de Magistris, Petro Tatareto, Tiberio Bacillerio, & alijs supra diximus. *Diuisio tex.* Diuiditur verò pręsens textus, in tres partes principales. In prima ponitur prædicta secunda definitio. In secunda probat illam esse veram exemplo, videlicet à signo, & à simili. In tertia parte verò assignat tertiam differentiæ definitionem per primum eius effectum, qui est diuidere, ut inquit Aegidius, & Dominus Caietanus, & hæc est continuatio, diuisio, & intentio præ-

præsentis textus. Quoad eius verò expositionem spectat, sic inquit Porphyrius, differentia est quę prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quale quid, quod exemplo probatur, de rationali, & mortali, quę prædicantur in quale de ipso homine, vel in quale quid simul; nam si fortè interrogamur qualis est homo? benè respõdemus, quòd est rationalis mortalis. Secundò probatur à simili inquit Caietanus, quia sicuti statua componitur ex ære, tanquam ex materia, & figura tanquam ex forma, sic homo componitur ex genere, tanquam ex materia, & differentia tanquam ex forma, sed figura prędicatur de statua in quale, & differentia etiam prędicatur in quale: tandem inquit, q̃ differentia est id quod est aptum natum diuidere, ea quę sub eodem genere sunt, quomodo rationale, & irrationale diuidunt, seu distinguunt hoĩem & equum, q̃ sunt sub eodem genere, quod est animal, de eis in qd prędicabile.

Verba text⁹. [Differentia est quæ de pluribus differentibus specie in eo quod quale quid est prædicatur] notat hic Ant. Andreas, quòd Porphyrius de dicta diffinitione declarat tantùm illam particulam; prędicari in quale, quia aliç partes ex prędictis patent: nam per ly, differentibus specie, differt differentia ab indiuiduo, quod prędicatur de uno, puta de seipso solo, & à proprio, quod prędicatur de una sola specie: At per prædicari, in quale, differentia distinguitur à genere, specie, & accidente, à genere, & specie, quę prędicantur in qd, ab accidente verò, quia & si accidens prædicatur in quale, non tamen in quale essentiale, sicut differentia, nã accidens prędicatur tantùm in quale, differentia verò in quale quid: Albertus verò Magnus, tractatu quinto, cap. quinto, sic ex Auicenna etiam, potat, intelligendam esse hanc definitionem: differentia est vniuersale, quod essentialiter de pluribus, & specie differentibus, in eo quod quale est prædicatur: in hac definitione ly, vniuersale, ponitur, ut genus inquit Auicennas, sicuti in reliquis quatuor prædicabilibus, licet alij peripatetici, hoc vniuersale non exprimerent, & ideo cùm ponerent, prædicatur de pluribus, intellexerunt, quòd esset vniuersale, quam sententiam sequutus est Sco. in definitione generis, & speciei, vt supra diximus. Illa particula verò, essentialiter; ponitur ad differentiam accidentis, quod prędicatur de pluribus differentibus specie in quale accidentale, & non essentiale, ut inquit Auicennas, & supra dicebat Antonius Andreas: ly verò, differentibus specie; ponitur ad differentiam speciei, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, & ly, in quale, ad differentiam generis & speciei, quę prædicantur in quid; & intelligi debet, quòd differentia prædicatur in quale, non in abstracto, sed in concreto, qd ideo dico, quia rationalitas, animalitas, humanitas, risibilitas, albedo, &c. non prędicantur, benè tamẽ rationale, animal, homo, risibile, & album, de suis subiectis prædicantur: vnde triplex est quale; primum est quale essentiale, vt est species cũ

Triplex est quale.

sua differentia, vt hõ est rationalis, quinto Metaphysices 19. secundum est quale, quod dicitur quale secundùm qualitatem proprietatis, idest proprij, vt homo est risibilis: tertium, est quale accidentis, seu secundùm qualitatem accidentis, vt homo est albus: differentia verò cùm prædicatur de speciebus, prædicatur in quale essentiale, vt homo est rationalis mortalis, sed uide Albertum; quamuis aliter loquatur Versorius Parisiensis.

Verba text⁹. [Rebus enim ex materia, & forma constantibus, &c.] Hic nota Nouicię, quòd per materiam, & formam hic intelligit Porphyrius, partes essentiales compositi, tam in naturalibus, quàm in artificialibus, sic primo Cœli commento 95. dicebat Auerroes, quòd ipsa materia est causa, ut res sit sensibilis, forma verò est causa, ut res sit intelligibilis.

Verba text⁹. [Proportionẽ.] Proportio est habitudo vnius ad alterum, hic sumitur pro similitudine, sic nono Metaphysices commento vndecimo, dicebat Auerroes, quod proportio quæ est in mobili ad motum, est proportio materię ad formam: & ꝓportio diffinitionis ad diffinitionem est proportio quidditatis ad quidditatem, septimo Metap. commento 14 & 15. & quia propinquitas est causa deceptionis tertio Physicorum commento 15. ne putes eo quòd genus significat materiam, decimo Metaphysices commento 24. & differentia significat formam, quòd genus, & differẽtia sint vera materia, & vera forma, benè tamen genus simile est materię, quinto Metaph. commento 10. 10. Metaph. 24. & 12. Metaphysices commento 24. non tamen est vera materia, primo Metaphy. commento 17. & 12. Metaph. commento 14. & q̃ materia non sit genus, benè secundo libro naturalium quæstionum cap. vltimo, docuit Alexander Aphrodiseus.

Verba text⁹. [Statua]. i. imago, uel idolum, & dicitur statua quia statuit imaginem quam intendimus, quam perficit figura à statuario per suam artem indocta, secundùm Alb. tract. 5. c. 5. qui statuarius per se est causa statuæ 2. Physicor. t. 33. vnde omnis imago est similitudo, & non è contra, secundùm Sanctum Thom. prima parte, quæstione trigesimaquinta, articulo primo, & sic imago, & idola sunt, à quibus denominatur quidam sensus interior, qui dicitur imaginatiua, uel phantasia, ex S. Thom. prima parte, quęstione 78. articu. quarto, apprehendens imagines, & idola rerum sensibilium, & differt à sensu communi secundo de Anima 153. nam sensus communis indiget pręsentia rei exterioris, sicut sensus particularis; imaginatio uerò non: vnde imago duplex est, videlicet naturalia, quę repręsentat suum imaginatum per formam naturalem, vel per aliquod quod habet à natura, & ut sic Filius Regis dicitur imago sui patris; alia est imago artificialis, quę repræsentat imaginatum per formam artificialem; sic figura Regis in pariete dicitur imago Regis, uel exemplar Regis, & hoc ultimo modo sumitur imago à Porph. in pręsenti,

hinc verba ista Porphyrij sic intelliguntur: Rebus ex materis & forma constantibus in arte, vel in natura, vel rebus constantibus ad similitudinem, & propoctionem materiæ, & formę, in Logicis constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia æris est, & forma, figura: sic & homo communis qui in multis est, ex genere proportionabiliter constat ut materia, differentia verò vt forma: quasi dicat quemadmodū in artificialibus, status Cęsaris est quid compositum ex ære, & figura Cæsaris: ita quòd ęs est materia statuę, figura verò Cæsaris est forma, & statua est totum compositum ex ære, & figura; sic homo, non quidem Socrates vel Plato, sed communis qui dicitur species, est quid compositum ex animali tanquam materia, & rationali tanquam forma; quod totum benè dixerunt, Albertus, Caietanus, & Aegidius Romanus.

Notandum.

Sed circa hanc definitionem aduerte, quòd aliqui textus legunt, quale quid, sic legunt Ammonius, Caietanus, & Sotus Hispanus, & ita habetur in textu secundùm vtranque, videlicet Boętij Seuerini, & Ioannis argiropyli, translationem; alij verò legunt, in eo quòd quale sit; sic legunt Albertus tractatu quinto, cap. quinto, Aegidius Romanus, Antonius Andreas, Petrus Tataretus, Ioannes de Magistris, Butleus, & Scotus quęstione vigesimaseptima, in qua re varius est Boetius: nam in textu quandoque legit, in eo quòd quid, quandoque verò in eo quòd quale quid: in expositione, inquit, quòd differentia est quę de pluribus specie differentibus in eo quòd quale quid sit prędicatur: & sic cum prima opinione, & ipso Boetio est dicendum, qui benè hic animaduertit, quòd tres sunt interrogationes, quę de quolibet ex his prędicabilibus possunt fieri, videlicet, quid sit, quale sit, & quomodo sit, uel quomodo se habet: nam si quis interroget, quid est Socrates? benè per genus, & speciem respondere potest aliquis, quòd est homo, vel animal: si verò quis quomodo Socrates se habet, interroget; iure per accidens respondetur, quòd sedet, uel legit. Si quis verò qualis sit Socrates interroget; aut per differentiam respondebitur, quòd est rationalis, aut per proprium, quòd risibilis, aut per accidens, quòd caluus, albus, &c.

Tres interrogationes de quolibet prædicabili possunt fieri.

Verba textus

[Diffiniunt autem hoc modo, differentia est, quod aptum natum est diuidere, &c.] hic tertiam ponit differentię definitionem, secundùm primarium eius effectum, qui est diuidere, ut ex Aegidio, & Caietano, supra dicebatur, & nunc ex Alberto, qui tractatu quinto cap. septimo, inquit, quòd hæc differentię definitio assignatur per ordinem quem habet ad genus.

Verba textus

[Aptum natum.] Pro his terminis nota Nouicię Scotista, quòd aptitudo dicit inclinationē & ly, natum, dicit potentiam, ad denotandum, quòd differentia non solùm potest, sed est apta diuidere genus per differentias oppositas; quia vt inquit suus Doctor subtilis, quæstione decimaoctaua, differunt aptitudo, & potentia; nam aptitudo est inclinatio secundùm se alicuius in aliquid, quę aptitudo dici potest non repugnantia, seu ut alij dicunt, potentia Logica: potentia autem est ordo ad actum; potest enim esse potentia sine aptitudine, ut possibile est graue tendere sursū, motu proiectionis, vel tractionis, cùm tamen non sit aptum ibi esse, ob eius grauitatem, ipsum deorsum inclinantem: & è conuerso aptitudo potest esse sine potentia, vt in surdo qui aptus est ad audiendum, quamuis non possit audire, in prædicamentis cap. de oppositis, & quinto Metaphysices vigesimoseptimo, vbi dicitur, quòd à priuatione ad habitum non datur naturalis regressus: & his ego addo, quòd possunt esse potentia & aptitudo simul, vt homo habet potentiam, & aptitudinem ad ridendum: Et ideo dixit Porphyrius, quòd differentia est, quod aptum natū, est diuidere, &c. Hinc ingeniosè satis dixit hic Antonius Andreas, quòd ista diffinitio datur de differentia inquantùm est diuisiua diuisione actiua (non quidem essentiæ, sed potestatis ipsius generis, ut tractatu quinto, cap. tertio dicebat Albertus) in qua ponitur ratio differentię diuisiuę, scilicet natum diuidere, &c.

Aptitudo & potentia differunt.

Notandum Caietani.

Sed nec desinat Nouicius Thomista hic, ingeniosissimum Caietanum eius ducem admirari, qui omnia hæc contemplatus sic dixit, notandū, quòd differentia dicitur esse id, quod aptum natum est diuidere, & non dixit simpliciter, quę diuidit, ad denotandū quòd actus diuidendi non qualitercunque, sed ex propria ratione conuenit ipsi differentię, & nulli alteri hoc competit, sed est à differentia inseparabilis, quia non ex aduentitio accidente, aut alterius adminiculo: sed ex propria sua natura apta est differentia, ut diuidat genus, & constituat species: vbi notat etiam Dominus Caietanus, quòd differentia non solùm diuidit species sub genere, ut hominem & equum sub animali, qui homo, & equus sunt partes subiectiuę animalis diuisi, sed diuidit etiam ipsum genus, in tali enim diuisione, reperitur terminus à quo, & hoc est illud vnum diuisum, puta animal; & terminus ad quem, ut sunt partes diuidentes; diuisio enim inchoat ab vno, & terminatur ad plura, ut patet in diuisione ipsius ligni respectu suarum partium integralium, & de animali respectu suarum partium subiectiuarum, quę sunt species animalis: sed in hoc Dominus Caietanus, Antonium Andream Scotistam est sequutus, qui de hoc loquens sic inquit; diuisio ista est actiua in qua ponitur ratio differentię diuisiuæ, scilicet natum diuidere, cum correlario, idest suo diuiso, & termino diuisionis, in quæ diuisum diuiditur, quæ sunt sub eodem genere diuiso.

Quid sit differentia secundum Scot.

Amplius hic notandum, quòd differentia Scoticè, & subtiliter sic potest definiri: Differentia est realitas actualis, qualitatiua; quæ præsupponit aliam realitatem potentialem, genericam, quam contrahat; vnde omne compositum ex tali realitate actuali, & realitate potentiali, est in prædicamento reponibile. Differentia enim est præcipua pars definitionis, quæ rei explicat quidditatem, non tamen omnem quidditatem. Nam

qua-

quadruplex est quidditas, vt inquit illuminatus Doctor Franciscus de Maironis in suo conflatu libro 2. dist. 42. q. 5. circa finẽ. Et prima est quidditas, quæ est necesse esse, sicut est Deitas, seu qđ quid est Dei. Secunda quidditas est, quæ est necesse non esse, sicut chimera. Tertia est quidditas contingens esse, sic est Natura rei creatæ, quę potest non esse, & ideo contingenter potest esse, eo q̃ cùm Deus sit agens liberum, põt producere, & non producere ad libitum, ipsas creaturas. Quarta est quidditas contingens non esse, sicut est essentia rei creabilis, quæ sic non est, q̃ tamẽ potest esse; modò definitio non explicat quidditatem primò, & secundo modo sumptam; sed bene explicat quidditatem creatã 2. & 3. modo sumptam. Sed hic quęret Nouicius, differentia contrahens genus, est ne essentialis, an accidentalis ipsi generi contrahibili? Respondeo ad hoc cum S. Tho. p. p. q. 29. ar. 4. in corpore, q̃ non est essentialis, aut ea D. Thomæ verba suntista, Rationale includitur in significatione hominis minus communis; quod tamen non est de significatione animalis magis communis. Vnde alia est significatio animalis, & alia animalis quod est homo. Idipsum dixit etiam Nicolaus de Orbellis Scotista, 1. sen. dist. 3. q. 7. nec est ei penitus accidentalis, cũ differentiæ constitutiuæ specierũ, potentia prius sint in genere, deinde faciant vnum per se cũ genere. His igitur sic præmissis, literam cõstrue.

Quadruplex est quidditas ex Francisco de Maironis.

Dub.

Resp.

[Definiunt autem eam, & hoc modo] .i. sic alio modo differentiam definiunt peripatetici, inquit Albertus. [Differentia est, quæ de pluribus, & differentibus specie, in eo q̃ quale quid est, p̃dicatur] .i. talis est alia peripateticorum differentiæ definitio. Differentia est vniuersale, vt inquit Auicennas, quod prædicatur de pluribus .i. multis, differentibus secundùm speciem, in eo quod quale quid .i. in quale inquantùm est forma, & in quid inquantùm est de essentia speciei per ipsam differentiam constitutæ [Rationale enim, & mortale] .i. hæc differentia, Rationalitas, & mortalitas [de homine prædicatũ] .i. quæ de homine simul, per modum adæquatæ differentiæ hominis, prędicantur [in eo quod quale quid est homo, dicit] .i. de homine essentialiter dicuntur [sed nõ in eo quod quid est] .i. non prędicantur in quid de homine [quid est enim homo nobis interrogatis] .i. nos inquisiti, quid est homo, [conueniens est dicere animal] .i. conuenienter respondemus, q̃ homo est animal. [quale autem animal inquitis] .i. nobis interrogatis, quale animal est homo? [q̃ rationale, & mortale conuenienter assignabimus] .i. conuenienter respondebimus, q̃ homo est animal rationale mortale: [Rebus enim ex materia, & forma constantibus] .i. rebus ex materia & forma constantibus in natura, vel arte. [Vel secundùm proportionem ad materiam, & formã constitutionem habentibus] .i. vel constantibus rebus ad similitudinem, & proportionem materiæ, & formæ, in Logicis, constitutionem habentibus, inquit Albertus. [quemadmodum statua ex materia quidem est ære, ex forma autem figura] .i. sicuti statua ex materia æris est, & figura, vt forma. [sic & homo communis, & specialis] .i. homo communis, qui in multis est. [Ex materia quidem proportionaliter consistit ex genere, ex forma autem differentia] .i. vt materia quidem similiter proportionaliter constat, ex genere, ex differentia autem vt forma, vt partibus essentialibus eius. [Totum autem hoc, animal rationale mortale, homo est] .i. totum hoc simul, animal rationale mortale, est homo, qui est species. [quemadmodum illic statua] .i. sicuti illic in ære, totum constitutum ex ęre, & figura, est statua: [Describunt autem, & hoc modo] .i. definiunt præterea & tertio modo differentiam, inquit Ant. And. ipsi peripatetici, vt inquit Albertus. [Differentia est, quod aptum natum est diuidere] .i. Differẽtia est illa, quæ nõ solùm diuidit, sed ex ratione sibi propria, ipsa differentia inquantùm differẽtia est, apta nata est distinguere, diuidere, & seiungere, inquiunt Albertus, & Caietanus, per suam oppositionem [ea quæ sub eodem genere sunt] .i. species sub genere contentas. [Rationale enim, & irrationale] .i. & hoc tali exemplo fit manifestum, q̃ rationale, & irrationale, quæ sunt differentiæ animalis, vna positiua, & altera priuatiua loco positiuæ posita, vt inquiunt Alpharabius, & Auicennas. [Hominem, & equum, quæ sub eodem genere sunt, quod est animal diuidunt] .i. hominem, & equum seiungunt, separant, & distinguũt, quorum genus est animal; est enim irrationalitas priuatio rationis, quam nos Brutalitatem consueuimus nominare, tracta 5. cap. septimo, inquit Albertus. Sic igitur litera constructa, tres ex ea colliguntur.

Constructio literæ.

CONCLVSIONES.

Prima conclusio. Ista differentię definitio. Differentia est vniuersale quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale quid, à Porphyrio est rectè tradita. 1. Conc. tex. *Secunda conclusio est. Differentia quæ potestatem, non autem essentiam generis diuidit, prædicatur in quale essentiale, de eo cuius est differentia.* 2. Concl. *Tertia conclusio. Differentia est apta nata diuidere, ea quę sub eodem genere sunt.* 3. Concl.

SED contra primam concl. Arguo, & primo argumento Alberti Magni tract. 5. c. 6. à quo sumpsit Aegidius q. vltima super caput de differentia, à quibus accepit Scot. q. 27. & à Scot. Ant. Andr. Ioannes Anglicus, & Mauritius, à quibus omnibus sumpsit tandem Burleus. Argumẽtum autem est tale: Omnis bona definitio debet cõpetere cuilibet contento sub definito, sed hæc definitio, nempe (prędicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale quid) non competit cuilibet differentiæ, ergo non est bona definitio. Minor probatur, ex sufficientia conditionum ad bonam definitionẽ requisitarum, quę sunt tres. Prima vt definitio sit conuertibilis cum definito, conueniat soli definito, & cuilibet contento sub illo, seu cunctis speciebus rei definitæ 4. Phy. tic. 1. Argum.

Cõditiones tres ad perfectam definitionẽ requisitæ.

fic.com.42.Secũds, vt adæquatè explicet essentiã, & quidditatẽ diffiniti: Tertia vt faciat differre ipsum definitum à quocunq; alio, modò differẽtia hic definita non competit oĩ differentiæ, quia nõ cõuenit differentiæ speciei spãlissimę, seu differentiæ vltimæ, quę prędicatur de vna sola specie. Ad hoc argumentum, quot sunt capita, tot sunt responsiones. Et prima responsio est talis, Differẽtię specificę in paucis sunt notę, & nominatę, differentię verò genericæ sunt notę, & certę, & prędicantur de pluribus differentibus specie, ideo de omnibus differentijs dictum est Secundùm Logicam probabilitatem cui sufficit, verum esse, ꝙ differentia prędicetur de pluribus differentibus specie. Responsio ista est Marsilij, vt inquit Paulus Venetus, quam recipit Caietanus, & dicit sic definitam esse differentiam, non ꝙ omnis, differentia sit talis, sed quia omnis differentia nobis nota, prędicatur de pluribus differẽtibus specie. Quod ex D.Tho. 1.Poste.lect.13.comprobat, ridiculosa videtur Alberto tract. 5. cap.6. inquit enim clarum esse, ꝙ quædam differentia datur quę non de pluribus differentibus specie, sed de vna sola specie prędicatur, & notum est omni Philosopho, ꝙ definitio conuenire debet omni, & soli definito, & sic si differentia definitur, per prædicari de pluribus differentibus specie, hoc debet omni differentiæ conuenire, & soli. Et ideo ridiculosa est hęc solutio.

Respon. multiplex.

2. Resp. Secunda responsio est, ꝙ vltimę differentiæ specierum sunt nobis ignotæ, & ideo per eas non definimus. Vnde duplices sunt differentię, videlicet simplices, & compositę, simplices sunt differentiæ genericæ, vt corporeũ, incorporeum, animatum, inanimatũ, & istæ prædicantur de pluribus differentibus specie, sicut rationale mortale, quorum aggregatio conuertitur cum differentia vltima hominis, non prædicatur nisi de homine: hanc solutionem recepit Burleus, & Aegidius Romanus, sed deridendam existimauit Albertus, quia per rationale mortale circumloquimur simplicem hominis differentiam, quę est vnus simplex hominis actus, nã differentię substantiales sunt de essentia congregati, & congregatum ex eis est vnum essentialiter 5. Metaph.com.7. Vnde illa simplex differentia vocetur, A; tunc, A, differentia, prędicabitur de vna sola specie, & non de pluribus specie differentibus, & sic definitio vitiosa erit, sicut prius.

3. Resp. Tertia responsio est; ꝙ prędicta differentię definitio sic est intelligenda; Omnia quę differunt specie, differentiam habent; quam glossam extortam vocat Auicenna, nam prędicari de pluribus differentibus specie, idem est quod prędicari de pluribus speciebus; sed hęc solutio non est adeo extorta, quin cum Aristotele possit comprobari; nam 2.Physi.tex.3.inquit Arist. ꝙ natura est principium, & causa motus, & quietis, & tamen cœlũ est ens naturale, & non quiescit, & terra est ens naturale, & nõ mouetur, & ideo definitio sic potest intelligi; natura est principium .i. omne qđ mouetur, & quiescit habet naturam; & secundo de anima tex.24. habet Philosophus; Anima est actus, quo primò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus, quę nõ possunt prouenire ab omni anima, ergò sic est intelligenda animę definitio; omnia quę viuunt, sentiunt, mouẽtur, & intelligunt habent animam: & sic nulla apparet ab Auicẽna huic solutioni imputata extortio.

4. Resp. Quarta solutio est ꝙ definitio debet intelligi, sicut intelligitur definitio vniuersalis primo Perihermenias cap.5. Definitur enim vniuersale per prędicari de pluribus secundùm aptitudinem, licet quandoq; actu non prędicetur nisi de vno solo, sicut sol de vno sole, phœnix de vna phœnice, &c. Sic etiam differentia, aptitudine prędicatur de pluribus differentibus specie, quamuis aliqua differentia actu, non sit nisi in vna sola specie; quę solutio licet ab Auicenna sit reputata omnino nulla, est tamen Iamblici, & Simplicij in antepredicamentis, in explicatione illius secundę regulę; diuersorum generum, & non subalternatim positorum, &c. Vbi dicunt definitionem hanc intelligendam esse secundùm potentiam Logicã, vt hic sit sensus, Differentia est cui non repugnat prędicari de pluribus differentibus specie, & hic sensus est subtilis, & profundus inquit Caietanus, omnis enim differentia est apta prędicari de pluribus differentibus specie, vel differentibus numero; vt rationale posset quantùm est ex se, prædicari de multis rationalibus specie distinctis; licet de facto hoc Platonicè concedat Porphyrius.

5. Resp. Alb. Quinta solutio est Alberti Magni, ab Auicenna, Alpharabio, & Auerroe sumpta, & Aristoteli attributa, quę in hoc consistit, ꝙ hic definitur vera differẽtia, quæ est differentia superior, non autem differentia vltima conuertibilis cum specie, quæ non est vera differentia, quia differentia tria in se continet, scilicet. Vt diuidat genus, constituat speciem, & ꝙ ad vnam indiuidualem naturam determinet: primi duo actus differentiæ competunt per se, vltimus verò per accidens: tunc inquit ꝙ definitur hic differẽtia ea ratione qua diuidit genus, & constituit speciem quę ratio est sibi essentialis, & non sub ea ratione, qua constituit vltimam speciem, quę est sibi accidentalis, sed hęc Alberti solutio non est iã exacta, & peripatetica, vt ipse putat, licet & consentiat ei Caietanus; quia non est maior ratio quare sit magis de essentia differentię, diuidere, quàm constituere speciem specialissimam, nam aut vtrumque erit essentiale, aut vtrumque erit accidentale; & sic non sequitur eius glossa, quia sicuti de ratione differentiæ non est constituere speciem specialissimã, ita nec constituere speciem subalternam, sed dicendum est quòd de ratione differentię est constituere speciem abstrahẽdo à specie subalterna, & specialissima. Et sic iuditio meo nõ benè dixit Albertus, ꝙ omnibus prędictis solutionibus tanquàm erroribus abiectis, hæc est sua, & peripatetica sententia.

6. Resp. Caietani. Sexta solutio ab Alberto originata, est D.Caietani, quæ in hoc cõsistit; ꝙ ista differentiæ definitio, tres habere potest sustentabiles expositiones; prima est, ꝙ differentia nominata hic definitur. Secunda ꝙ differentia præcisè,

seu

seu purè sumpta. Tertia, ꝙ hic definitur differentia formaliter, per prædicari de pluribus differentibus specie positiuè, vel negatiuè per non repu-
7. Resp. gnantiam. Septima responsio est Aegidij Romani in hoc cap. de differentia dubio vltimo, ꝙ differentiæ essentiales sunt nobis ignotæ secundùm Boetium in libro diuisionum, & ideo per aliqua vocabula circumloquimur illas differẽtias essentiales, sicut rationale, & mortale circumloquuntur differentiam essentialem hominis, & ideo hic non definitur illa differentia essentialis, sed differentia communis, quæ istam essentialem circũloquitur, & si rectè meministi Nouicie, hęc e-
8. Resp. rat secunda responsio supra tradita. Octaua responsio mihi satis probabilis est, ꝙ secundũ mentem Porphyrij, nulla datur differentia simplex, & vltima, conuertibilis cum specie specialissima, sed ꝙ omnes differentiæ, communes sunt ad plures species, vt ex eius verbis patet quando inquit, ꝙ Rationalitas competit hominibus, & Deo .i. Angelo, sed omnes differentiæ sunt compositæ, vt si dicamus, ꝙ differẽtia hominis est, rationale mortale; Bruti, irrationale mortale; Angeli, rationale immortale, à quo non recessit Aegidius, & Burleus: Sed opinio hæc Porphyrij falsa est, quia rationalitas, seu discursiuitas soli homini cõpetit, & non Angelis, vt malè dixit Porphyrius Platonicè loquutus, & contra eũ benè dixit D. Aegidius Romanus, ꝙ rationale, & immortale, constituũt Angelum valdè impropriè, & æquiuocè, nam si rationales dicerentur Angeli, essent animalia corporea, quod nõ est verum, sed ille Porphyrius lo-
9. Resp. quitur secundùm opinionem Platonis. Nona responsio est Pauli Veneti dicentis, ꝙ differẽtia duplicem habet habitudinem ad suum genus, quarum vna dicitur habitudo emanationis, qua emanat à genere sicuti forma à materia, alia dr̃ habitudo determinationis sicuti forma determinat materiam. Vnde sicuti forma prius emanat à materia, quàm determinet eam, ita etiam prius differentia emanat à genere, quàm determinet illud. Et sic quæcunque differentia, vt dicit habitudinẽ emanationis, est prædicabilis de pluribus differẽtibus specie, vt autem dicit habitudinem determinationis aliquando prędicatur de vna sola specie, aliquãdo verò de pluribus secũdùm ꝙ genus determinat ad vnam speciem, vel ad plures spẽs, non enim diffinit hic Porphyrius differentiam, vt diuidit genus, aut constituit speciem, quia vt cõstituit speciem dedit primam definitionem, vt autem diuidit genus dabit tertiam, sed eam hic defi-
nit absolutè in eo quoad differentia. Decima, &
10. & vlt. ref. vltima responsio est subtilis Doctoris Sco. q 27. Ant. Andreæ dub. 5. Ioannis Anglici, Ioannis de Magistr. dubio 2. Petri Tatareti, Versorij Parisiẽsis, Nicolai de Orbellis, Tiberij Bononiensis in digr. propositione prima, & Gratiadei Esculani, qui hunc subtilem, difficilem, & perplexum passum, admirabili gressu, & aquilino volatu, supera uolitando per arces, penetrauerunt: Scoti ergò responsio in hoc consistit in subtilitate, & profunditate fundata, quam ne irrideat Albert⁹, ratione, & auctoritate comprobabimus: Duplex
est differentia, quædam est differentia vltima seu Duplex est Differentia.
specialissima, quędam verò est differentia intermedia, seu subalterna: ista definitio cõpetit speciei intermediæ seu subalternę, quæ prædicatur de pluribus differentibus specie, non autem differentiæ specialissimæ, quæ tantùm prædicatur de pluribus differentibus numero: intermedia enim differentia est, vt corporeum incorporeũ, animatum, inanimatũ, sensibile insensibile: differentiæ verò specificæ, seu vltimæ sunt, rationale, & irrationale, ad sensum supra declaratũ: & probatur à simili: quia sicuti datur duplex species, videlicet, specialissima, & subalterna, & Porphyrius in c. de specie, assignauit definitionẽ speciei specialissimę, quæ tantùm competit speciei specialissimę, & aliam, quæ competit speciei subalternæ: ita etiam in hoc cap. de differentia, assignare debebat vnam definitionem differentię vltimatę seu specialissimę, & alteram differentię intermediæ, seu subalternæ: ista est definitio differentiæ subalternę. Quinta verò definitio in fine huius capi-
tis tradita, est differentiæ specialissimæ: ꝙ si dicas Dubit.
Porphyrius in cap. de specie, assignabat vnã definitionem communem vtriq; speciei, scilicet specialissimę, & subalternę, quę igitur in hoc cap. erit definitio differentię, quæ sit communis diffe-
rentię specialissimę, & subalternæ? Respõdit Sco- Resp. Scoti.
tus quòd est ista; Differentia est quę prędicatur de pluribus in quale: & ab hoc non dissentit Marsilius, quæ definitio, videlicet, prędicari de pluribus in quale, abstrahit à prędicari de plurib⁹ differentibus specie, & à prędicari de pluribus differentibus numero: hæc est germana Scoti responsio: Et quia hanc responsionem irridet Albertus, sed vt à risu abstineat, & flere compellatur, Scotica veritas sic probetur: & primo auctoritate Porphyrij in libro de interrogatione, & responsione super prædicamenta Aristotelis, vbi inquit, nõ omnem differentiam prędicari de pluribus differentibus specie; imò in cap. de specie dicebat idẽ Porphyrius, ꝙ & si differentia prędicatur de pluribus differentibus specie, non tamen prædicatur in quid, quemadmodũ genus, quod non nisi de differentia subalterna seu generica potest intelligi; Amplius in cap. de cõitatibus assignando discrimen inter proprium, & differentiam, inquit ꝙ proprium est differentię, vt de pluribus speciebus dicatur, ergò si sępè, signum est, quòd differentia quandoque prędicatur de pluribus differentib⁹ specie, & erit differentia generica, & quãdoque de differentibus numero, & erit differentia specifica. Vt rationale de homine, & Angelo, proprium autem dicitur de vna sola specie cuius est proprium; & ꝙ differentia continet spẽs, vt rationale continet hominem, & Angelum, accidentia verò continentur &c. Scoti igitur respõsio firma remanet, ꝙ definitur hic a Porphyrio differentia subalterna, non autem differentia specialissima, nec differentia communis ad interme-
diam, & vltimam. Sed contra eam arguo sic. Si Contra.
ista Scoti responsio esset vera, tunc sequeretur

prædicabilia esse plura quàm quinque; consequentia probatur, quia differentia vltima seu specifica non prędicatur nisi de pluribus differentibus numero, ergò est aliud vniuersale à differentia subalterna, quæ prædicatur de pluribus differentibus specie; sicut species specialissima quæ prędicatur de pluribus differentibus numero, est aliud prædicabile à genere, quod prædicatũ de pluribus differentibus specie: nam sicuti tam genus, quàm species prædicatur in quid, à simili iã differentia intermedia, quàm differẽtia vltima prædicatur in quale: & sic prædicabilia essent plura

Responsio. quàm quinque. Ad hoc respondetur, ꝙ genus, & spẽs non tantùm differũt, per ꝑdicari de pluribus differentibus specie, & ꝑdicari de pluribus differẽtibus numero, sed ẽt quia ly, prædicari in q̃d; æquiuocè conuenit generi, & speciei, quia genus dicit partem essentiæ, species verò totam essentiam, nam vniuersale prędicans substantiam, aut prædicat partem materialem substãtiæ, & sic est genus, aut partem formalem, & sic est differentia, vel totam substantiam, & sic est species, quæ dicit totum esse indiuiduorum, & ideo genus, & species faciunt duo prædicabilia; at prædicari in quale substantiale non æquiuocè, sed vniuocè competit differentiæ vltimæ seu specialissimæ, & differentiæ subalternæ seu intermediæ, & sic faciunt vnum tantùm vniuersale, & diffinitio ista, est tantùm differentiæ intermediæ, & nõ vltimæ.

Contra. Sed contra; quia tunc differentia communiter sumpta, secundùm nullam definitionem competeret differentiæ vltimæ, & differentiæ intermedię, quia in illa definitione oporteret poni, prædicari de pluribus in quale, siue differentibus specie, vel numero, & sic ęquiuocè conueniret eis, quod est contra datam responsionem.

Responsio. Ad hoc respondetur, ꝙ ipsius differentię in communi, hęc posset esse definitio, competens vniuocè, differẽtiæ vltimæ, & differentię intermedię, videlicet ꝑdicari de pluribus in quale; quod dici non põt, de prædicari in quid, respectu generis, & speciei, quibus competit æquiuocè.

Contra. Sed contra hãc Scoti, & Ant. And. responsionem replico: sicut gen⁹ prędicatur de hoc, & illo genere tantùm numero differentibus 3. Metaph. com. 2. ita etiam differẽtia communis cùm diuiditur in vltimã, & intermediã. Aut de illis prędicatur vt de numero differentibus, & sic erit species vltima; aut vt de specie differentibus, & sic erit differentia cõmunis, ergò malè dicitur ꝙ hic definitur differẽtia subalterna.

Respon. Ad hoc pro Scoto respondetur, ꝙ differentia subalterna hic definita, se habet vt genus respectu differentiarum subalternarum, quæ se habẽt vt species illius, & non vt indiuidua vltimata, & ideo non est differentia vltimata, nec hic definit differentia communis ad differentiam subalternam, & specialissimam, vt benè dicebat Scotus, Sed vlterius non quidem arguendo, sed quærendo

1. Dubitatio. dubitabit Nouicius Albertista. Primò quare non diffiniuit Porphyrius differentiam in cõmuni, vt est tertium vniuersale commune differẽtię subalternę, & differentię specialissimæ, sicut in c. de genere, definiuit genus in communi, non autem genus subalternum, vel generalissimum? Secundò, cur potius differentiam intermediam, & differentiam specialissimam definiuit Porphyr⁹, 2. Dubit. cùm in c. de specie, speciem specialissimã in ratione prędicabilis definiuerit, & non speciem subalternam? Ad primum respondetur, ꝙ differentia Ad primã respon. in communi fuit à Porphyrio definita, quando, dixit, ꝙ differentia est illa qua differunt à se singuli, hęc enim definitio ei cõpetit prout abstrahit ab intermedia, & vltimata. Ad secundum respondetur à Mauritio Scotista, ꝙ vltimę differen- Ad secundũ respon. tię sunt ignotę, & ideo vltima differentia nõ fuit à Porphyrio definita, Sed ista responsio non põt stare, q: 7. Metaph. com. 41. & 8. Metaph. com. 5. differentias substantiales nobis ignotas, ob latẽtiam earum, per accidentia possumus circumloqui, & sic Porphyrius differentiam vltimatã per aliquod accidens debuisset circumloquutiua, vel descriptiua definitione definire: Et ideo aliter est respondendum, vt supra dixi, ꝙ Porphyrius non cognouit differentiam vltimatam simplicem in actu exercito nominatim. Sed aggregatã ex pluribus differentijs, sicuti ista differentia, mortale rationale, se habet respectu hominis, & hanc differentiam vltimatam benè definiuit Porphyrius, quando dicebat, ꝙ differentia est qua species abundat à genere, vt homo abundat ab animali, ꝑ rationale mortale, & fortè ab hoc non valdè alieni sunt, Aegidius, & Burleus;

Dubit. ꝙ si quęrat iterum Nouicius, qualem nos secundum veritatem, assignare possemus vltimatæ, seu specialissimæ differentiæ definitionẽ? Ad hoc respondeo, ꝙ sic pos- Responsio. sumus differentiam vltimatam definire; Differẽtia est vniuersale, quod prædicatur de pluribus, differentibus numero, in eo quod quale quid; & exemplum esse posset, vt rationale prædicatur de pluribus hominibus, numero tantùm differentibus; vel dicere etiam possumus, ꝙ Porphyrius in actu signato definiuit, & cognouit differentiam specificam specialissimam, qualis esse posset talis differentia, licet quoad actum exercitum de ea non exẽplificauerit, & hoc fecit assignando quintam definitionem differentiæ, dicens, ꝙ differentia est quæ ad esse cõducit, & quod quid erat esse, & ꝙ rei pars est, & paulò infra inquit, ꝙ aptitudo ad nauigandum, non est substãtię complementum, quia non est talis differentia, quales sunt quæ specificæ dicuntur differentię, alteram speciem facientes, quicquid dicat ille Burleus asserens probabiliter posse sustineri, ꝙ nulla est differentia vltima conuertibilis cum specie specialissima, & ꝙ quælibet differẽtia est in plus quàm genus, vidisse enim debebat Auerroẽ 7. Metaph. com. 43. dicentem, ꝙ differentia finalis est substantia, & definitio rei, & ꝙ differentia est causa speciei, & accidentium eius, vt secundo cęli com. 80. & 3. cœli com. 74. habebat etiam commentator Auerroes: quod benè patet per illa Porphyrij verba intrinsecus perscrutanti, & de primo argumento hæc satis.

Secundò principaliter dubitabit Nouicius;

omne

omne diffinitum, differt specie ab alijs per suam definitionem, quia definitio quæ vnum est cum definito 7. Metaph. com. 21. dicitur terminus qui separat, & distinguit 2. Phys. tex. 19. & 6. Metaph. tex. 2. Sed differentia non differt, ergò nec potest definiri. Minor probatur, quia subiectum, puta, differentia; & prędicatum, puta, differt; significantur sub modis oppositis, cùm differẽtia sit abstractum, & ly, differt, sit concretũ; sed nullum concretum prædicatur de abstracto, non enim dicimus, Albedo est alba, ergo, &c. Ad hoc respondetur dupliciter, primò ꝙ differentia differt ab alijs vniuersalibus diffinitione, & specie, nec significatur idem per subiectum, & prædicatum sub rationibus disparatis, nã non est inconueniens in respectiuis, vt concretum prædicetur de abstracto, quãdo abstractum sumitur vt q d, & concretum vt modus; Nam dicit Porphyrius in c. de accidente, ꝙ accidens contingit seu accidit eidem subiecto inesse, & non inesse. Vbi accidens est abstractum, & ly, accidit, est concretũ: & hoc nõ est absurdum, quia accidere est modus accidentis, sicuti subsistere per se, est modus substantię perfectę: sic etiam à simili dicimus, ꝙ differentia differt per suam definitionem specie ab alijs vniuersalibus. Secundò responderi potest; ꝙ differentia non differt ab alijs vniuersalibus ꝑ suam definitionem, sed est ab illis diuersa; vel & tertiò responderi posset cum Alberto tract. 5. c. 6. ꝙ cùm definitio, & definitum sint idem 7. Metaphy. 21. & ad inuicem conuertantur 8. Metaph. com. 27. sicuti differẽtia seipsa differt ab alia differentia, ne detur processus in infinitum, ita etiã seipsa distinguitur ab alijs, per suam definitionẽ sibi realiter identificatam, principia enim oĩa, seipsis differunt, inquit Albertus, quamuis supposita differant per differentias: vt dicit Scotus. Sed

Contra.

contra; Definitio, & definitum distinguunt saltem ex natura rei secundùm Scotum, quãuis sola ratione, secundùm Caietanum 1. Poste. c. 3. ergò differentia per suam definitionẽ potest differre, & non seipsa.

Resp.

Respondeo vnico verbo pro nunc, quia de hoc aliàs; ꝙ differentia, & sua definitio sunt realiter idem, vna res, licet sint duæ realitates, & ideo differentia differt ab alijs per suã definitionem, vt per eandem rem, & sic dicere, ꝙ differentia differt sua definitione, est dicere, ꝙ differt seipsa: differentiæ enim seipsis distinguunt, vt supra ex Alberto diximus, & nũc Burleus quasi vt rem nouam animaduertit.

Arguitur 3.

Tertiò principaliter arguo sic. Nulla pars prędicatur de toto, 4. Topic. c. 2. Sed differentia est pars speciei, sicuti, & genus 5. Metaph. 33. ergò differentia non prędicatur de specie.

Resp. Aegid.

Ad hoc respondit Aegidius Romanus, negando minorem, dicens, ꝙ differentia non est pars, sed totum, nã & si rationalitas est pars, cum animalitate constituens hominem, tamen non est differentia hominis, sed ipsum rationale, quod importat totum compositum, & non partem: sic respondet Aegidius sequi putans Auicennam, ꝙ rationalitas nõ est differentia hominis, sed rationale, quod dicit totam essentiam, & quidditatem hominum, & quia hanc responsionem supra impugnauimus, aliter

Melior resp.

melius respondemus concedendo, ꝙ differentia est pars speciei, dicendo ꝙ rationale est pars speciei, quia cùm sit pars definitionis speciei, erit ẽt pars speciei, definitio enim hominis componitũ ex animali, & rationali; quod rationale si est pars definitionis, est etiam pars definiti, cùm prædicetur in primo modo dicendi per se de specie; tria enim esse prædicata primi modi dicendi per se, videlicet genus, differentiam, & definitionẽ 7. Metaph. com. 11 dicebat Auerroes: & ideo aliter respondeo, & dico, ꝙ differentia est pars speciei, in essendo, & totum in prędicando, non quidem in abstracto, sed in concreto, & prædicatione denominatiua essentiali; cùm differentia substantialis qualitas dicatur 5. Metaph. 19. dicẽdo Homo est rationalis: vel rationale est totum in prędicãdo, quia prędicatũ de homine, & de singularibus hominibus sub homine contentis:

Contra.

Sed contra, pars est materia totius 2. Phys. tex. com. 31. & 3. Phys. 66. & materia non prędicatur de eo cuius est materia, ergò differentia quæ est pars totius speciei non prædicatur de specie.

Resp.

Ad hoc respondeo, ꝙ pars in quã ũm componit totum, est materia illius, sed vna pars respectu alterius potest esse forma v. g. Anima est forma corporis, quãuis homo componatur ex anima, & corpore, iuxta illud secũdi de anima 37. anima, & corpus sunt propter animatum.

Ad aliud respon.

Ad illud verò ꝙ pars non prędicatur de toto, respondeo ꝙ & si differentia hominis, q̃ est pars hominis, non prædicatur de homine in abstracto, dicendo, Homo est rationalitas, benẽ tamen prędicatur in concreto, & denominatiuẽ, vt Homo est rationalis; sed quoad hoc, si plura vis, ad caput de genere, Nouitie recurras. Sed tandem dubitabit hic Nouitius Scotista, si differentia secundùm nostrum Doctorem diuiditur in specialissimam, & subalternam, quę erit definitio differentiæ subalternæ? Ad hoc respondeo ꝙ sic debet definiri. Differentia subalterna est quę ꝑdicatur de pluribus differẽtibus specie in eo quòd quale.

Contra.

Sed contra quis replicabit, Nam propriũ, & accidens etiam prædicantur de pluribus differentibus numero in eo quod quale. Ergo ista definitio competit alteri à definito, & ꝑ consequẽs non est bona.

Resp.

Ad hoc respondeo cum Auicẽna, & Paulo Veneto, ꝙ cùm vniuersale diuidatur in quinq; prędicabilia, ipsum debet intelligi in definitione differentiæ loco generis, & quia differentia est qualitas non accidentalis, sed essentialis 5. Metaph. com. 19. ideo in definitione differentiæ debet intelligi modus prędicandi essentialiter, & non accidentaliter. Et tũc definitio differentiæ subalternę debet sic intelligi. Differentia est vniuersale essentialiter prędicabile de pluribus differentibus specie in eo quod quale; dicitur essentialiter ad excludendum proprium, & accidens, quę prædicantur in quale accidentaliter; deinde subiungitur, in quale, ad excludendum genus, & speciem, quę prædicantur in quid, & non in quale. Hinc notabis Nouitie, ꝙ genus dicit cõceptum

seu

seu realitatem potētialem distinguibilem, & determinabilem, & ideo prædicatur in quid: Differentia verò dicit conceptum seu realitatē actualem distinguentem,& determinantem,& ideo prædicatur in quale: species verò dicit conceptum, seu realitatem distinctam,& determinatā,& ideo prædicatur in quid; cùm omne prædicabile dicens conceptum determinatum, vel determinabilem prædicetur in quid, & omne prædicabile dicens conceptum determinantem,vel determinatiuum prædicetur in quale, nec ab hoc recedunt Paulus Venetus,& Gratiadeus Esculanus.

Arguitur 1. Erat secunda conclusio *quòd differentia prædicatur in quale*. Contra quam conclusionem insto tripliciter,& primò arguo sic. Quid dicitur à quidditate,sed differentia prædicat quidditatem, ergò differentia prędicatur in quid; Maior probatur ex Porphyrio infra, quando dicit, ꝙ differentia est quod quid erat esse speciei quam constituit; Minor probatur; quia si differentia non prędicaret quidditatem speciei, non poneretur in eius definitione, sed ponitur,cùm definitio componatur ex his quæ constituunt rem definitam 1.Physi.com.28, 1.de anima com.5.& 7.Metaph.

Resp.Scoti. com.4 Ad hoc argumentum respondetur à Scoto q.28.& ab Ant. And. dubio vltimo super c. de differentia: à quibus non discordat Caietanus dubio 9.in hoc c.de differētia,hoc prius supposito,ꝙ ad interrogationem factam per qualē,conuenienter respondetur per differentiam, & ꝙ sicuti se habet in composito reali,in quo est aliqd, vt materia,& aliquid vt forma: ita proportionaliter in composito rationis,aliquid reperitur, vt materia,& aliquid vt forma, quorum vnum se habet,vt potentia,& alterū se habet,vt actus 8. Metaph,15.& quia differentia non se habet, vt materia,erit igitur vt forma,& quia Forma, Actus, & Qualitas idem sunt,differētia erit vt qualitas speciei,& sic prædicabitur in quale. His addit Caietanus, ꝙ meritò Porphyrius addit; proportionaliter;quia genus nec ipsius differentię,nec speciei est vera materia; similiter nec differentia speciei, vel generis est forma, cùm tam genus, quàm differentia sit pars, & quia pars non prædicatur de toto(non enim dicimus,ꝙ homo est anima) genus verò,& differentia prædicantur de specie; dicendo homo est animal; & homo est rationalis, in prædicatione exercita. ideo meritò addidit secundùm proportionem, &c. & hæc Caietani doctrina Auerroi est conformis, qui 8.Metaph. cōmen.6.dicebat,ꝙ materia non prędicatur, genus verò prædicatur de specie; benè tamen genus assimilatur materiæ 12.Metaph.com.14 & 5. Me-

Respō.Scoti, Ant.And.Anglici, & Mauritij. taph.33. hoc igitur supposito;Ad argumentum ex Scoto,Ant.And.Ioanne Anglico, & Mauritio Hybernico,respōdetur;ꝙ aliud est prædicare qd, aliud verò prędicari in quid, licet enim differētia prædicet quid, seu essentiam per modum informantis,& denominantis,non tamen prædicatur in quid per modum subsistentis, quomodo prædicantur species, & genus de suis inferioribus quibus communicantur:

Contra. Sed contra hanc Scoti responsionem sic arguo: omne pertinens ad quidditatem alicuius per quod illud subsistit prædicatur in quid de illo, per modū subsistētis,sed differentia pertinet ad quidditatem speciei per quam species subsistit,ergò differentia prędicatē de specie per modum subsistentis. Maior probatur,quia suppositum,seu substantia prima,subsistit incommunicabiliter, per suam personalitatem, quæ est per suam formam,seu differentiam,quę se habet, vt forma; vt patet in prædicamento substātię in principio,& in eodem cap.proprietate tertia. Minor probatur, quia definitio explicans rei quidditatem 7.Metaph.59.componitur ex genere,& differentia,& differentia est pars quidditatis explicatę per definitionem, ergo differentia prædicatur in quid per modum subsistentis. Ad hoc respondetur, ꝙ licet differentia specifica constituit quidditatem,vt pars,non tamen prædicatur in quid, nam prędicari in quid, est prędicari essentiam per modum essentiæ,seu per modum per se stātis,sed hoc modo non prędicatur differentia,sed per modum formæ informantis,& denominantis,& sic licet differentia prędicet quidditatem quam constituit,non tamen prædicatur per modū quidditatis,& vt vno verbo me capias Nouicie,volo dicere ꝙ aliquid est quidditatiuū constitutiuè,seu pertinet ad quidditatem constitutiuè,quod non est quidditatiuum prædicatiuè,seu non pertinet ad quidditatem prędicatiuè, seu in quid nō prędicatur. Hinc dicebat Tiberius Bacillerius,ꝙ differentia prędicatur quidditatiuè, non tamen in quid; Genus prędicatur quidditatiuè, & in qd, definitio verò prædicatē in quale quid. Hinc quarto sen.dist.1.q.2.dicebat Doctor subtilis, ꝙ diffinitio est ratio longa exprimens quid, & quale .i. conceptum quidditatiuum ex parte realitatis cō trahibilis .i. ex parte generis, quod prędicatur in quid, & ad speciem per differentiam determinatur. Et conceptum qualitatiuum ex parte realitatis actualis contrahentis ipsum genus .i. ex parte ipsius differentiæ:

Dubitatio. Sed dicet Nouicius,hoc verū est de differētia specifica,& genere proximo,quæ constituunt speciem specialissimam, hic verò loquimur de differentia generica, de mente Scoti hic definita.

Resp. Ad hoc respōdeo ꝙ sicuti duplex est Genus,videlicet propinquum,& remotū 2. Phys. com.28. & 5.Metaph.com.10. ita duplex est etiā differentia,vna, videlicet propinqua diuidens, & contrahens genus propinquum,sicuti sunt rationalitas,& animal: Alia est differentia remota,seu subalterna respectu generis remoti, vnde quādo dicimus,ꝙ definitio explicat quid,& quale, verū est, tā de definitione speciei specialissimæ, quàm speciei subalternæ,seu generis subalterni;volo dicere ꝙ sicuti rationale contrahit animal ad standum pro homine,ita etiam ista differentia subalterna, videlicet. Animatum contrahit corpus ad standum pro planta,vel equo,cùm vtrumq; istorum sit corpus animatum.

Arguitur 2. Secundò principaliter contra prędictam conclusionem arguo sic. Omne quod prędicatur in quale, est qualitas; Sed differentia per te prędicatur in quale,

ergò differentia est qualitas, sed conclusio est falsa, ergò altera præmissarum, non maior, ergo minor, ergo ista est falsa, differentia prædicatur in quale. Maior probatur, ex libro prædicamentorum, in cap. de qualitate, ibi, qualitatem quidē dico secundùm quam quales quidam dicuntur, & infra in eodem cap. Qualia autem dicuntur, &c. Minor per te est vera; & ꝙ conclusio sit falsa probatur, quia si differentia est qualitas, erit accidēs, sed accidens est posterius substantia, differētia verò per te est prior specie.

Resp. Scoti. Ad hoc vno supposito Respondit Scotus, & Antonius Andreas, quibus suffragatur Caietanus dubio nono. Inquit enim Scotus, quæstione vigesima octaua, quòd sicuti duplex est actus, videlicet primus, & secundus, secundo de anima textu commento 2. Actus primus est qui facit ens simpliciter in actu, qualis actus est anima intellectiua respectu corporis Physici organici potentia vitam habentis, secundo de anima textu sexto, & hic dicitur actus perfectus, tertio Physicorum, commento decimoquinto. Alius est actus secundus, qui præsupponit ens in actu simpliciter, & facit ens tantum in tali actu, sicuti, verbi gratia, Albedo dicitur actus parietis, non simpliciter constituens parietem in esse parietis, sed constituens parietem secundùm quid, idest inesse albifico, quod dici etiam potest de motu 3. Physi. tex. 6. Vbi nota quòd licet actus diuidatur in primum, & secundum, actus secūdus est operatio, actus primus diuiditur in substantialem, & accidentalem: quando dicitur, ꝙ albedo est actus secundus, nolo dicere, ꝙ sit operatio, sed quòd est actus primus non primò primus, vt est substantialis, sed secundò primus, vt est albedo respectu parietis. Sic etiam duplex est forma, & duplex est qualitas, & ita à duplici qualitate, duplex est modus ipsius qualis: Modò dico ꝙ & si differentia est qualis, sumitur ab actu primo, scilicet à forma specifica, quæ est qualitas essentialis, & ideo differentia & si prædicatur in quale, prædicatur in quale essentiale, non autem in quale accidentale, sicut prædicatur proprium, & accidens. Modò ad argumentum respondetur, ꝙ differentia est qualitas essentialis 5. Metaphy. tex. commen. 19. & non est qualitas cōtenta sub prædicamento qualitatis, sub quo non sunt nisi qualitates accidentales: & ideo Scoti vestigia (vt in

Caietanus. multis solet) sequutus Dominus Caietanus, dixit, quòd dupliciter contingit prædicari in quale; vno modo, videlicet, accidentaliter, sicut album prædicatur de homine, dicendo Homo est albus; alio modo essentialiter, sicuti rationalitas prædicatur de homine, dicendo, Homo est rationalis; tunc inquit, quòd differentia nō prædicatur in quale accidentaliter, sed in quale essentialiter; sed quæret Nouicius Thomista, quare

Dubita. differentia prædicatur in quale essentialiter? A-

Resp. cutissimè statim respondit ei suus Reuerendissimus, quòd ideo differentia prædicatur in quale essentiale, quia est qualitas essentialis generis, & speciei, licet diuersimodè; Generis quidem, inquantùm differentia determinat generis potentiam, & quale sit ipsum genus, significat. Speciei verò, inquantùm, vt formale principium speciem constituendo, eam formaliter determinat. Differentia enim ideo speciei essentialis dicitur, quia est eius determinatiua, & vt formale intrinsecum principium, compositum, seu speciem determinat; Generis verò differentia dicitur essentialis, non quòd ipsum specificatum supponat, sed quia ita ipsum genus qualificat, vt ipsum ad esse specificum trahat: qualitas verò accidentalis nihil horum facit, & hoc acutissimè, satis notabiliter, post Scotum, docuit Dominus Caietanus.

Contra pri-. Sed contra hanc responsionem arguo; & primo sic, Differentia specifica, vt rationalitas, aduenit animalitati, tamquàm actui secūdus actui primo, ergò prædicatur in quale accidentaliter, antecedens probatur, quia rationalitas aduenit animalitati, quæ est actus primus intrinsecè constituens ipsum animal, ergò rationalitas aduenit illi vt actus secundus accidentalis. Secundò

Cōtra sec-. qualitas accidentalis prædicatur in quid, ergò malè dicitur quòd differentia accidentalis prædicatur in quale. Antecedens probatur, quoniam qualitas vt est vnum de decem prædicamētis prædicatur in quid essentialiter, de suis partibus subiectiuis, seu suis speciebus; qualitas enim prædicatur in quid, de Albedine, & alijs suis speciebus &c. ergò nec Scoti, nec Caietani respōsio vera.

Ad 1. resp. Ad primam instantiam contra Scotum factā Respondeo, quòd rationalitas aduenit animalitati tamquàm actui primò, nec aduenit ei, vt actus secundus accidentalis, sed aduenit ei vt actus primus accidentaliter, quia differentia secūdùm se, est actus primus substantialis, licet adueniat alteri accidentaliter inquantùm nō est de intrinseca ratione illius, sicuti dicimus, quòd homo accidit animali, quia nullum inferius est de intrinseca ratione sui superioris, quamuis homo in se sit substantia: Sed dices, ergò vnus actus pri-

Dubit. mus aduenit alteri actui primo.

Responsio. Respondeo, quòd animalitas est actus primus respectu animalis, & cum hoc est in potentia ad vlteriorem actum primum, & perfectiorem, qui est anima intellectiua, quæ verius dicitur actus primus ipsius hominis, intrinsecè constituens ipsum hominem; animal enim per suam animalitatem, non est in vltima actualitate, non amplius ordinabili ad vlteriorem formam substantialem, quia ordinatur ad formam intellectiuā, vt ad vltimum complementum: Homo enim prius viuit vita plantæ, post vita animalis, & tandem vita hominis, vt secūdo de generatione animalium capite 3. dicebat Philosophus: tunc enim esset inconueniens quòd vnus actus primus adueniret alteri actui primo, quando ille actus primus præexistens peruenit ad vltimam actualitatem, verbi gratia. Rationalitas est actus primus hominis, & vltimatus, & ideo non amplius ad alium actum primū substātialem ordinabilis,

cùm homo per suam formam intellectiuam habeat vltimum complemẽtum entitatiuũ, quamuis sit ordinatus ad vltimam perfectionem, quę est vita ęterna, in Dei visione, vel dilectione cõsistens: ad secundam verò instantiam contra Caietanum factam Respondeo, ꝙ qualitas accidentalis prędicamentalis, dupliciter potest considerari; vno modo in ordine ad sua inferiora, & sic de illis prędicatur in quid, vt si interrogati, quid est albedo? Respondeamus, quòd est color. Et interrogati, quid est color? Respondeamus, ꝙ est qualitas. Alio modo consideratur qualitas respectu subiecti in quo est, & sic prędicatur tãtùm in quale accidentale: Differentia verò, prędicatur in quid eodem modo de suis inferiorib⁹, in quale verò essentiale de specie cuius est differentia, & sic quia qualitas quandoque prędicatur in quid, quandoque ad circumloquendum differentiam essentialem ponitur in definitione, vt quarto cœli com. 26. 8. Physic. 32. 5. Physi. 10. 7. Metaph. 41. & 8. Metaph. tex. com. 5. dicebat cõmentator Auerroes.

Ad secũdam resp. Qualitas accidentalis dupliciter põt considerari.

Arguitur cõtra tertiã cõclusionem.

Tertiò principaliter, & vltimò contra tertiam concl. dubitatur. Cur dixit Porphyrius, ꝙ differẽtia est diuisiua specierum, quæ sunt sub eodẽ genere, & non dixit ꝙ est diuisiua generis? Ad hoc dupliciter respondit D. Caietanus, & primò responsione communi, quòd quia in posteriori includitur prius, verbi gratia, in homine includitur animal, & maximè quando posterius ponitur explicitè, ideo cùm dicitur, ꝙ differentia est diuisiua specierum, intelligebatur quòd est etiã diuisiua generis prioris: Sed hac solutione non contentus meliua cæteris, peripateticos intuitus Dominus Caietanus, aliam ex proprio marte affert solutionem in hoc consistentem: omne quod diuiditur quoddam totum est, & quia est quoddã totum essentiale, secundùm quam totalitatem, genus est totum in omnibus speciebus, & totum in singulis speciebus; non enim pars essentiæ animalis trahitur ad hominem per rationale, & paraad brutum per irrationale, sed tota est in vtroque. Et est totum potestatiuum; inquantùm est totum essentiale non diuiditur per differentias in species, cùm partes essentiæ eius non sint species; inquantùm verò est totum potestatiuũ, benè in species per differentias diuiditur; quia partes potestatiuæ, vel potentiales eius sunt ipsę species, quæ in genere sunt potestate. Hoc supposito respõdit Dominus Caietanus, quòd quoniam differentia non est diuisiua generis inquantùm est totum essentiale, sed est diuisiua generis inquantùm genus est totum potestatiuum, vt intelligatur, quòd differentia partes potestatis generis secat, & separat, & consequenter quòd ipsum genus, vt totum potestatiuum est, diuidat; ideo dixit Porphyrius, quòd differentia est apta nata diuidere ea quæ sub eodẽ genere sunt, & non dixit, quòd est apta nata diuidere genus: & sic intelligitur Alberti dictum tracta. 5. cap. 7. quando dicebat, quòd non essentia generis, sed potestas eius diuiditur per differentias, quia cùm essentia generis simplex sit, tota simul est in diuidentibus ipsum; vnde tota est in homine, & tota extra hominem in equo; & totum hoc ex Alberto, & Caietano est benè dictum, à quibus nec recessit Antonius Andreas, vt supra dicebamus: Sed contra dubitabit Nouicius: potestas generis radicatur in essentia generis, ergò in quocunque genus est secundùm suam essentiam, in eodem etiam erit secundùm totam suam virtutem, & potestatem. Ad hoc respondetur negando consequentiam; quia essentia generis est simplex natura, potestas autem & virtus generis nõ radicatur in ea, prout vna est, & indiuisibilis illa essentia; sed potius fundatur, & radicatur in ambitu suæ communitatis, & ideo nullum est inconueniens, quòd genus diuidatur secundùm ambitum suæ communitatis, simplici generis essentia remanente indiuisa: & de præsenti lectione hæc sint dicta. Vide Nouicie, quæ à nobis in hac lectione sunt dicta, vide etiam quæ dixit, quidam in hoc loco, quæ vt leuia, ac futilia relinquo, passim enim sibi contradicit: legas, & abstineas à risu si potes: hæc enim sunt illa quæ melius est ignorare quàm scire, & melius silentio prætetire, quàm nominare, cùm rebus bonis obicem ponant, vt in Enchiridion cap. 17. dicebat Diuus Augustinus, & 12. Metaphysic. commento 51. prius dixerat perspateticorum Magister Aristoteles.

Respõsio.

Dubitatio.

Respon.

Tex. septim⁹.

Assignant autem & hoc modo. Differẽtia est, qua differunt à se singula. namq; homo, & equus secundùm genus nõ differunt, sumus enim animalia nos, & equi: sed additum rationale disiunxit nos ab illis, & rationales sumus, & nos, & dij: sed mortale appositũ disiunxit nos ab illis. Exactius autem pertractantes ea, quæ ad differentiam pertinent, dicunt non quodlibet diuidentium ea, quæ sub eodẽ genere sunt, esse differentiam, sed quod ad esse conducit, & quod quid erat esse, & quod rei pars est. Neq; enim quod natum est nauigare, est hominis differentia, & si sit proprium hominis. dicere enim possumus, animalium hæc quidem apta esse ad nauigandum, illa verò minimè, diuidentes hominem ab alijs. sed aptum natum esse ad nauigandum, non est substantiæ completiuum, nec eius pars. sed aptitudo solùm ipsius: iccirco quia non est talis differentia, quales sunt, quæ specificæ dicuntur differentiæ. Erunt ergò specificę differentiæ, quæcunque alteram faciunt speciem, & quæcunque in eo quod quid erat esse accipiuntur. Et de differentia quidem tot sufficiant.

Tri-

Continuatio Tribus differentiæ, definitionibus supra declaratis, nunc in reliquo istius capitis, reliquas duas affert Porphyrius, inquiunt Ammonius, Albertus Magnus tract. 5. cap. 8 Petrus Tataretus, Gratiadeus, Burleus, & D. Caietanus: *Diuisio.* Diuiditur præsens textus in tres partes principales. In prima ponit quartam differentiæ definitionem, & illam exemplo probat. In secunda vltimam affert differentiæ definitionem de mente Peripateticorum inquit Albertus meliorem, & aliarum correctiuã, quam definitionem differentiæ specificæ esse, supra dicebamus; siue ista definitio sit correctiua solius tertiæ definitionis, vt vult Aegidius Romanus; siue tertiæ, & quartæ, vt vult Philippus Mucagata; siue quartæ tantùm, vt volunt, Boetius, Ant. Andreas, & Tataretus, siue omnium quatuor, vt tract. 5 cap. 9. dixit Albertus Magnus, & post ipsum D. Caietanus, & Sotus Hispanus: & hanc secundam partem probat per aptitudinem ad nauigandum, seu ad Naues remorum motu impellendum, vt inquit Ammonius; vel adducẽdum, & regendum Nauem per artem, vt inquit Aegidius. In tertia verò parte, correlarium concludit, vt inquit Antonius Andreas, quòd illę sunt differentiæ specificæ, quæ alteram constituunt speciem ab alijs distinctam. *Expositio textus.* Intentio verò, & expositio præsentis textus sit ista. Differentia est qua vna species, cuius est differentia, differt ab alia, nam si species non differunt in genere, differunt in differentia; verbi gratia, Homo, & equus conueniunt in animali, differunt tamẽ per rationalitatem, quæ conuenit homini, & non equo; & per irrationalitatem, quæ conuenit equo, & non homini. Similiter, rationalitas competit homini, & dijs, idest, Angelis, qui sunt animalia Platonica, inquit Caietanus, sed mortalitas, seu potentia ad moriendum, distinguit hominem ab Angelis, quia mortalitas hominibus conueniens, & non Angelis, differre facit homines, & Angelos ad inuicem: Deinde quintam definitionem differentiæ affert ex sententia Peripateticorum dicentium, q̃ non omne distinguens vnum ab altero, est differentia, sed id quod est intrinsecum rei, pars rei, quod quid est rei, illam ad essentiale esse conducens; quod probat, quia & si aptitudo ad nauigandum separat hominem à posteriori, ab alijs animalibus, non tamẽ est differentia hominis, per quam homo constituitur, sed proprium eius, & non est differentia, quam specificam nuncupamus: & tandem concludit, quòd differentia est, quæ speciem facit, addita generi, & prædicatur in eo quod quale: & clarius nos cum Auicenna dicere possumus, q̃ differentia specifica est vniuersale, quod substantialiter prædicatur, de pluribus differentibus numero in eo quod quid. Sed ad terminorum declarationem nunc accedamus; vbi magis distinctè textus dilucidabitur.

Verba textus [Differentia est, qua differunt à se singula] singula; Nota hic quòd per, singula, nõ debemus intelligere singularia, quia non solùm singularia, sed etiam species per suas differentias differunt, verbi gratia, non solùm Plato, ab hoc equo differt per rationalitatem, sed etiam species humana, à specie equina differt per suam differentiam, quæ est rationalitas, sed per, singula, intelligere debemus species ipsas, sub eodem genere cõtentas; quæ dicuntur singularia, idest, minus vniuersalia, respectu generum magis vniuersalium, primo Physic. textu quarto, & vt primo Posterior. textu quadragesimoquarto, dixit Diuus Thomas.

[Differunt] Hic notabis Nonicie, quòd non est idem modus loquendi, cùm dicimus, q̃ aliqua inter se differunt, & aliqua inter se sunt diuersa, 10. Metaph. tex. com. 12. illa enim differre dicimus, quæ in aliqua parte essentiali vtrisque communi, conueniunt: sic homo, & equus differunt, quia conueniunt in animalitate, seu animali, vtrique communi, cùm animalia simus nos, & equi, inquit Porphyrius: hinc dicimus quòd sicuti homo differt ab equo, ita etiam definitio hominis differt (quamuis seipsa) à definitione equi: illa verò dicuntur diuersa, quę in tali parte essentiali non communicant, vt sic, quemadmodum homo est diuersus à triangulo, cùm non conueniant in parte essentiali generica, quia genus trianguli est figura, genus verò hominis est animal, ita etiam definitio hominis, quæ est, animal rationale, diuersa est à definitione trianguli, quę est, Figura plana tribus lineis contenta: iuxta illud quarti libri Metaph. tex. commento 28. diuersarum rerum diuersæ sunt definitiones: hinc sequitur, illa inuicem differre quæ ex genere, & differentia sunt composita; & ideo simplicia, vt Deus qui est essentia prima siue materia 12 Metaphys. 49. & differentię vltimæ, quia ex genere, & differentia, non constant, differre non dicuntur, sed distingui, vel esse diuersa, sic essentiæ prædicamẽtorum sunt diuersę, & eorum quidditates 10. Metaph. commento 8. Vnde sequitur, omne differens esse quodammodo diuersum, non autem omne diuersum esse differens: de qua re benè dixit Auer. quarto Metaphysices 12. & 16. & ibidem Sanctus Thomas, & primo senten. distin. 8. quęstione prima, artic. 2. ad tertium, prima parte, quęstione 3. artic. 1. ad tertium, & quęstio. 90. artic. 1. ad secundum. His terminis igitur in præsenti breuiter declaratis, primò, tertię definitionis supra positæ sensus est aperiendus: *Explicatio tertiæ definitionis supra positæ ex Ammonio Alb. Caietano.* Ammonius quidem sic inquit; Differentia est quod natum est seiungere, ea quæ sub eodem genere cõtinentur; nam rationis particeps, idest, rationale, & Mortale, cùm additur animali, hominem ab equo separauit: neque ab hoc recedit Albertus, tractatu quinto, capite octano. Animaduertẽs, quòd cùm Porphyrius dixit, quòd rationales sumus Nos homines, & Dij, seu rationale esse formam in qua communicant homines, & dij, pro opinione quorundam Stoicorum hoc est dictum, qui dicebant nos, & Deos, esse vniuocè animalia rationalia, quod Porphyrium reprehendens dicebat etiam Aegidius: Dominus Caietanus verò explicatius iudicio meo, quàm

isti, dixit: Differentia est quà differunt à seinuicem singula, idest, singulæ species pro differentia rum diuersitate, diuersimodè naturâ generis participantes: Petrus verò Tataretus Scotista, valdè angitur, hanc definitionem declarando notabili quarto dicens, q differentia est qua differunt à se singula, idest, singulæ species; vnde ex Scoto in 1. dist. 11. quæst. 2 animaduertit q ly [singula] non sumitur hic distributiuè, quia nulla est differentia omnibus speciebus communis, seu per omnes species distributa; quæ differunt à seinuicem singula, idest, omnes species, nam per rationale non differunt homo, & equus; vel Bos, & Leo; cùm non in omnibus his animalis speciebus reperiatur rationalitas, nam licet homo ab omni alia specie differat per rationale, quia rationale est in homine, aliæ tamen species in quibus non est ipsum rationale, nec inter se, nec ab homine differunt, per rationale, sed benè sumitur bicly [singula] particulariter, & loco signi particularis; & sic sensus est; Differentia est qua differunt à se inuicem singulæ, i. aliquæ species, v.g. per rationale differt homo ab equo, Leone &c. non autem per rationale differt equus à Leone, cùm in neutro eorum sit rationale: & hoc benè dixit Petrus Tataretus, partim Ant. Andream sequutus; quos sequens Burleus, dixit q hæc diffinitio sic est intelligenda; Differentia est qua vna species differt à singulis speciebus sub eodem genere cõtentis; Nam de rigore sermonis hæc est falsa; differentia est qua differunt à se singula. i. singulæ species, cùm nulla sit talis differentia qua singulæ species sub eodem genere ab inuicem differat, quia sic per illam differentiam species conuenirent, & non differrent. Nos verò ab his non recedentes cum Anic. c. 10 suæ Logicæ dicimus, q differentia est vniuersale, quo differunt inter se substantialiter aliquæ species, sub eodem genere contentæ; scias Nouicie, me voluisse hic ostendere, nullius momenti esse, (sicuti in cæteris feci) ea quæ quidam dicit super hæc Porphyrij verba. Et quia in vno argumento asinino sexties nominat asinum, ab asinorum rudiru, ob nimiam lætitiam, quia in Logica nominantur, petierritus, ad quintæ definitionis d fferentiæ explicationẽ propero. Et quia dici solet, q differentiæ non differũt vt quod, sed vt quo, sicut dicebat Scot. in 1. dist. 4. in par. 2. q vnicuique, quo, correspõdet propriũ qd, vt deitati Deus, sic intelligas, q Nouicie, differentiæ non differunt vt quod, idest, nõ sunt supposita seu indiuidua quæ differunt, sed differunt, vt quo, idest, faciũt differre, seu sunt rationes differendi, vt alias supra ex Alberto, & Burleo diximus, cum quo hic bacchamur.

[Exactius autem percurrantes, &c.] Nũc quintam ponit his verbis Porphyrius; differentiæ tantùm specificæ definitionem, vt metrum, & mensuram omnium aliarum definitionum; quam exactiorem definitionem à Peripateticis aucupatus est Porphyrius, inquit Albertus; inquit enim illam esse specificam differentiam, quæ ad esse conducit speciem cuius est differentia; est quod quid illius, & pars formalis essentialis illius speciei. [Ad esse] hic te meminisse oportet Nouicie, eorum quæ supra diximus, quòd esse dupliciter sumitur, videlicet nominaliter, & infinitaliter; hic verò sumi nominaliter, prout esse idem est, quod essentia rei, siue res illa sit substantia, siue sit accidens; quamuis esse simpliciter dicatur de substantiis; secundùm quid verò de accidente primo Physic. 62. quinto Physic. commento 7. & primo de generatione commento 21. [Et quod qd erat esse] per hæc verba idem intelligitur, ac per esse, seu essentiam, nam quidditas rei est essentia rei, quæ quidditas in substantijs est simpliciter, in accidentibus verò secundùm quid, 7. Metaphys. commento 15, vnde si quæras quid est qd- ditas? Respondeo quòd quidditas sic Logicè definiri potest; quidditas est quam significat diffinitio, vel per quam respondemus ad interrogationem factam per quid, vel quare? 7. Metaphys. commento 59. [Et quod rei pars est] idest, quòd illa differentia sit pars essentialis ipsius substantiæ, vt exponunt Aegidius, & Antonius Andreas. Hinc dixit Dominus Caietanus; Albertum sequutus, quòd differentia conducit ad esse, idest, conducit genus ad esse specificum; & est pars essentiæ, idest, definitionis rei, vt Ammonius dicit, q componitur ex genere, & differentia; differentia enim substantialis conducit rem ad esse simpliciter, non autem ad esse secundùm quid, seu ad esse quantum, quale &c. Sed quæret Nouicius, istæ tres particulæ in hac declaratæ, & in definitione differentiæ specificæ positæ, videlicet conducere ad esse, esse quod quid rei, & esse partem rei, sunt ne synonima, idem significantia? Respondeo q non, quia nomina synonima idem significãt, quorum vnum non ponitur ad explicandum alterũ, & ideo non vtuntur in doctrina demonstratiua 1. Physic. commento 1. 4. Physic. 129. & 1. cœli cõmento primo, eo q in scientia nihil debet superfluum poni, sicut nec in natura primo Phys. cõmento 50. Sed istæ tres particulæ sic se habeat, q duæ vltimæ explicant primam: Nam cùm dixerint peripatetici q differentia cõducit ad esse, ne quis putaret, q talis differentia specifica eunducerct ad esse secundum quid, se magis exponentes dixerunt, & ad quod quid erat esse (vbi iterum sumitur ly, ad) & quod rei pars est, idest, quod qd erat esse, est pars essentialis speciei hoc modo; constitute; constat. n. natura specifica ex duabus partibus essentialibus, quæ sunt genus, & differẽtia; & hoc modo loquendi ad prædictorum cõfirmationem, vsus est Arist. 2. Physic. tex. 10. inchoatiuè & in tex. 12. completiuè. Infert enim ex prædictis ibi Arist. quòd non solùm materia, sed forma etiam est natura, ne quis putaret se de forma accidentali loqui, dixit se loqui de forma, quæ est secundùm rationem, idest, de forma substantiali, & ne amplius quis existimaret, eum loqui de forma substantiali separata a materia, quemadmodum est intelligentia mouens orbem, dixit se verba facere de formis substantialibus, quæ sunt in ipsa materia, à qua separantur tantùm ratione,

tioue, ideſt, definitione, vel intellectu. [Neque enim quod natum eſt nauigare] Diſcrimē eſt inter nauigare, & natare, inquit Ammonius, natare enim eſt ſupra aquam ferri, & hoc magis belluis cōpetit, & alijs rebus etiam inanimatis; Nauigare verò eſt remorum motu naues impellere, quod proprium eſt hominis, non autem ſubſtātia hominis; alioquin qui nauibus non vterentur, homines non eſſent; vnde Albertus inquit, quòd arte nautica nauigare, ac nauim regere, licet ſit proprium hominis, non tamen eſt de eſſentia hominis: Sic igitur patet etiam, quòd in arbore prædicamentali diuerſo modo ſe habent genus generaliſſimum, genus ſubalternum, & ſpecies vltima: Nam genus generaliſſimum ſecundū vnam opinionem, habet tantùm differentias diuiſiuas, & non conſtitutiuas; vt ſubſtantia quę eſt genus generaliſſimum ſecundùm aliquos, habet has differentias diuiſiuas, videlicet. Corporeum, & incorporeum; quæ non conſtituūt ſubſtantiam, cùm ſubſtātia abſtrahat à corporeo, & incorporeo, & ſit neutrū poſitiuè, ſed vtrumque permiſſiuè: Species vltima, ſeu ſpecialiſſima habet differentias tantùm conſtitutiuas, & non diuiſiuas: Homo enim, qui eſt ſpecies ſpecialiſſima animalis, habet differentias conſtitutiuas, vt ſunt rationale, & mortale ſecundùm Porphyrium, vel vnam tantùm conſtitutiuam, vt rationalitatem ſecundùm meliorem opinionem, non enim homo habet differentias diuiſiuas, per quas deſcendat in ſua inferiora, quia participatione ſpeciei, plures hoīes ſunt vnus homo ſecundùm ſpēm: & ꝙ ſpecies non deſcendat in ſua inferiora per differentias ſubſtantiales oppoſitas, ſignum eſt, quia tota materia vnius ſpeciei, eſſe pōt ſub vno indiuiduo, vt patet de Sole, & Luna, vt inquit D. Thom. primo Poſter. lectione 12. tex. 44. Genera verò ſubalterna, differentias habent tam diuiſiuas, quàm conſtitutiuas. Vt ſic differentiæ conſtitutiuæ animalis ſunt, animatum, & ſenſitiuum; Diuiſiuæ verò, Rationale, & irrationale: His ergò pro notitia terminorum, & clariori textus dilucidatione explicatis. Literam more ſolito ſic conſtrue.

Verba text.

[Aſſignant].i. definiunt ergò peripatetici [hoc modo].i. ſic, & tali definitione ipſam differentiā. [Differentia eſt qua differunt à ſe ſingula].i. ſingulæ ſpecies eiuſdem generis, [Namque homo, & equus].i. ſpecies quæ eſt Natura humana, & ſpecies quæ eſt natura equina [ſecundùm genus non differunt].i. non differunt in genere, ſeu natura generica, vt eſt animal. [ſumus enim animalia nos, & equi].i. nos homines, & equi, vtriq; cōuenimus in animalitate [ſed additū rationale diſiunxit nos ab illis].i. rationalitas iuncta hominibus, ſeparat nos hoīes, ab illis equis [Et rationales ſumus nos, & dij].i. & in rationalitate conuenimus, nos hoīes, & Dij.i. Angeli, qui ſunt aīalia rationalia ſecundū quoſdam Stoicos, vt trac. 5. c. 8. inquit Albertus, vel ſm̄ Platonicos, vt inquiunt Aegid. Ant. And. & Caieta. [ſed mortale appoſitū nobis, diſiunxit nos ab illis].i. ſed mortalitas, quę competit nobis hoībus, diſtinxit, & ſeparauit nos ab *illis* Angelis. [Exactius aūt pertractantes].i. interius, & profundius vt inqt Paulus Vene. perſcrutantes, & ſubtilius per intrinſeca eſſentialia ſpeculantes, vt inquit Alb. & Ant. And. vel profunditatem dr̄æ declarantes, vt inquit Caieta. vt ſunt peripatetici, inquit Alb. & Petrus Tataretus. [ea quæ ad dr̄am pertinent].i. eſſentiam, & naturam ipſius dr̄æ ſpecificæ indagare volentes [Dicunt non quodlibet diuidentium ea quæ ſub eodē genere ſunt, eſſe differentiam].i. Dicunt iſti peripatetici, interius dr̄æ naturam ſpeculantes, non vnūquodq; eorum, quæ diuidūt aliqua, quæ ſunt in eodem genere remoto, vel propinquo, eſſe dr̄am magis propriè dictam [ſed qđ ad eſſe conducit].i. ſed dicunt, quod illa eſt dr̄a magis propriè dicta, quę conducit genus ad eſſe ſpecificū, vt inqt Caiet. [& quod quid erat eſſe].i. quæ dr̄a non eſt accidentalis, ſed ſubſtantialis, [& ꝙ rei pars eſt].i. talis dr̄a, eſt pars eſſentialis quidditatiua ſpēi per eā conſtitutæ, vel qđ iſta differētia ſit pars eius, qđ eſt ratio.i. definitio rei; nā ex tali differētia magis propria definitionē componi ſupra dicebat Porphy. quomodo exponit Alber. & laudat Caietanus; vel quod ſit pars ſubſtantiæ, & eſſe rei, vt inqt Aegidi⁹: [Neq; enim qđ natū eſt nauigare].i. nec eſſe aptū (non ad natandū qđ eſt propriū Belluarum, inqt Ammonius) ad nauigandū, ſeu naues, & triremes remorū moto impellendū, vt inqt Ammonius, vel arte nautica nauigandum, qđ ſolius hoīs nautę eſt munus, vt inqt Alber. cuius pſentia, vel abſentia, ſalutis, & ſubmerſionis ipſius nauis eſt cauſa 2. Phyſ. tex. 30.] Eſt hoīs differētia, & ſi ſit proprium hoīs].i. talis aptitudo ad gubernandū nauim, non eſt differētia magis propria ipſius hoīs, vt pars definitionis ipſius hoīs; quāuis hoc ſit propriū munus ipſius hoīs, & nō alterius aīalis. [Dicere .n. poſſumus, aīalium hæc quidē apta ad nauigandū, illa verò minimè, diuidentes hoīem ab alijs].i. nos ſeparantes hoīem, ab alijs ſpeciebus aīalis, vt ab equo, Leone, &c. dicere poſſumus diuidentes, ꝙ aīalium hæc.i. hoīes, ſunt apta regere nauim p artem, hæc verò, nēpè, equus, & bos, minimè.i. non hn̄t talem aptitudinem ad nauigandū. [Sed aptum natum eſſe ad nauigandū].i. aptitudo iſta ad nauim gubernādum [non eſt ſubſtantiæ completiuum].i. non conſtituit hominem ſimpliciter, dando ei vltimatū eſſe, ſeu vltimum complementum, ſicuti eſt differentia magis propria, [Nec eius pars.] ideſt nec pars eius eſſentialis [ſed aptitudo ſolùm ipſius] ideſt proprietas ſequens eſſe ſpeciei per differentiam magis propriam conſtitutæ.] Iccirco quia non eſt talis differentia] ideſt propterea aptitudo ad regendum nauim eſt ſolùm proprietas accidentalis ipſius hominis, quia non eſt talis differentia qualis ſunt quæ ſpecificę dicunē differentiæ.].i. ſicuti ſunt differentiæ illę magis propriæ, ſpecificæ.i. ſpecierum in eſſe ſpecifico conſtitutiuæ, inquit Albertus. [Erunt ergò ſpecificæ differentiæ].i. illæ igitur ſunt appellandæ ſpecificę differētię [Quęcūq; alterā faciūt ſpēm].i. quęcunq;

Constructio litteræ.

eſſen-

essentiali qualitate vnam speciem intrinsecè cōstituentes, illam ab alia specie, sub eodem genere contenta, differre faciunt, & distinguunt. [Et q̄cunque in eo quod quid est esse, accipiuntur], & hę sunt illę differentiæ quæ in specierū definitionibus assumūtur, & vt Albertus inquit, in eo qd̄ quale, de specie per talem differentiam cōstituta prędicantur. [Et de differentia quidem tot sufficiant].i. finaliter cōcludendo dico, ꝙ quæ de differentiis diximus, tot sufficiant.i.à nobis sint sufficienter dicta, quamuis plura potuissent dici. Sic igitur constructa litera, tres colliguntur ex ea.

CONCLVSIONES.

Tres concl. text.

Prima conclusio : Differentia est, qua differunt à se singula. Secunda conclusio: mortale non est differentia animalis rationalis diuisiua, nec consequenter differentia ipsius hominis constitutiua, vt malè dixit Porphyrius. Tertia conclusio: Differentia specifica est quæ speciem constituit, & est pars quidditatis seu definitionis explicantis quidditatem speciei, per talem differentiam constitutæ.

Arguitur primo cōtra primam.

SED contra has concl. Arguo, & primò cōtra primam, hoc in modo: quod est ratio differendi, non est ratio conueniendi, sed secūdùm datam definitionem, differentia esset potius ratio, & causa conueniendi, quàm differendi, ergò falsa definitio, vt patet etiam ex Ethimologia nominis differentiæ. Consequentia probatur sic. Si esset aliqua differentia qua singulæ spēs, sub eodem genere contentę differrent, tunc illa differentia competeret cuilibet speciei contentę sub illo genere, & sic per illam differentiā illæ singulę species non differrent, imò conuenirent; ergò falsa est ista conclusio, Differentia est qua differunt à se singula.

Responsio. Ad hoc respondetur, ꝙ hæc conclusio dupliciter potest intelligi; vno modo, videlicet in sensu quem facit, alio modo in sensu in quo fit. Primo modo est falsa, quia de virtute, & rigore sermonis, ista est falsa; Datur vna numero differentia cunctis speciebus sub eodem genere contentis, communicabilis, seu in eis formaliter reperta; & ratio falsitatis est, quia rationalitas, qua homo differt ab equo, & Leone, est tantùm in homine, in illis verò minimè. Secūdo verò modo est vera, puta, in sensu in quo fit, & tunc sic intelligitur ista conclusio. Differentia est qua differunt à se singula.i. differentia est qua vna species, differt ab alia, & singulis speciebus sub eodem genere contentis v.g. Homo per rationalitatem, differt à reliquis speciebus Animalis.

Contra. Sed contra hanc respōsionem insto, cùm dicitur ꝙ in sensu in quo fit illa conclusio, differentia est qua differunt à se singulæ species, eiusdē generis, illæ plures spēs differunt ne inter se per vnam, an per plures differentias?

Responsio. Ad hoc ex Alberto tract.5.c.8. Respōdeo, ꝙ per vnam differentiam sicut per rationale solùm, principaliter homo differt ab omnibus rationē non habentibus: Sed homo ab ijs quæ secum cōmunicant in vna differentia, differt in alia, vt cōuenit homo Secundùm Porphyrium cū Angelo in rationalitate, differt tamen in mortalitate.

Contra. Contra, qui diffinitè cognoscit vnum contrariorum, diffinitè etiam cognoscet, & reliquum, quia vnum oppositorum per aliud cognoscitur 1.cœli tex. com.101. 2.cœli 40. 1. de anima 85. & 3 de anima com.21. ergò si homo cognoscit suā differentiam .i. rationalitatem, per quā à singulis differt, vt etiam ꝙ diffinitè cognoscat infinitas specierum, & singularium differentias, quibus ab ipso homine differunt, & sic momento nouit quasi omnia.

Respon. Ad hoc ex eodem Alberto respondeo, ꝙ benè illa cognosceret negatiuè, quatenus cum ipso homine non conueniunt in rationalitate, & quia hæc esset cognitio in vniuersali, & confusa potentialis, & non distincta secundū naturam vniuscuiusque, nullum esset inconueniens hominem sic omnia momento cognoscere, sicuti Aristo.1. Poste. tex 5 dixit de conclusione, antequàm inductione, vel demonstratione probetur:

Contra. Contra, cognitio vniuersalis omnium est solius Dei.

Resp. Respondeo cognitio vniuersalis, quam Deus habet de cunctis rebus, est distincta, cognitio verò hominis est confusa.

Arguitur secundo principaliter.

Secundò principaliter contra hanc concl. Arguitur sic: Nihil ponitur in definitione suiipsius, cùm definitio debeat dari per priora, & notiora, & nihil sit prius, & notius seipso, sed in ista definitione, idem ponitur in definitione sui ipsius, ergò non est bona definitio: minor probatur, quia idē sunt; differentia, & differunt.

Resp. quæ nō placet. Ad hoc responderēt aliqui ꝙ ista non est definitio, sed descriptio, & ideo non esse inconueniens, ꝙ descriptum ingrediatur descriptionem

Propria resp. Ego verò hac solutione non contentus, aliter Respondeo; & dico ꝙ si definitio, & definitum sunt vt ū, & idem realiter 7. Metaph.com.21. distinguuntur tamen ex natura rei formaliter, & sic in hac definitione non definitur omnino idem per omnino idem; Amplius, differentia, & differunt; non sunt idem, sed distinguūtur sicuti causa, & suus effectus, nam differentia est ratio differendi, differunt verò; est effectus eiꝰ, videlicet distingui, & separari.

Contra. Contra, Nulla causa definitur per suum effectum, cū oīs effectus sit posterior sua causa, ergo differentia vt causa non potest definiri, per differre, vt eius effectum.

Resp. Ad hoc respondetur, ꝙ duplex est effectus; vnus, videlicet formalis seu effectus alicuius formę, sicuti est, ly differre, respectu ipsius differētiæ, quæ est forma speciei, & sic differentia potest definiri per ly, differre; sicuti causa formalis per suum effectum formalē, quia & si differentia est prior, ipso differre, prioritate causalitatis; ly differre, è conuerso erit prius quā differentia, prioritate notioritatis seu cognitionis. Alius est effectus materialis, sicuti forma naturalis educta de potentia materiæ dr̄ effectus materiæ suo modo, quamuis etiam agentis. Et tunc causa non pōt definiri per suum effectum; non enim materia definitur per formam tanquam per effectum; quamuis vt per suum correlatiuum Cum qua simul est formaliter, prior verò fundamentaliter.

Erat

Erat secunda conclusio. *Mortale non est differentia animalis rationalis diuisiua: nec consequenter differentia ipsius hominis constitutiua, vt malè Porphyrius dicebat, Platonicos sequutus.*

Arguitur cōtra secundam conclu.

Contra hanc conclusionem arguo, & primò auctoritate Porphyrij sic habentis hic, & in cap. de specie. Ad hoc est vna responsio Alberti Magni, tract. 4. cap. 4 & Aegidij Romani, quos benè vidit Scotus, dicentium, quod loquitur hic Porphyrius secundùm opinionem Platonis, qui dicebat intelligentias esse animalia rationalia, & ab hominibus differre per immortalitatē; imò Albertus postea in tract. 5. c. 8. dixit, hanc opinionem esse quorundam Stoicorum, neque ab Alberto, quoad primum recessit Caietanus.

Resp. Alberti.

Cōtra instat Scotus.

Sed contra hanc Alberti, & Aegidij responsionem, instant q. 29. Scotus, & dubio vltimo Antonius Andreas dicentes, verum esse hanc esse Platonis sententiam de intelligentijs, sed Porphyrius in hoc non imitatus est Platonicos, seu non protulit hoc dictū de mente Platonicorum, sed Porphyrius loquitur famosè secundùm opinionē vulgi sequentis imaginationem, quæ extra sensibilia non eleuat; imaginantur enim vulgares homines, omnia esse corporea, & consequenter quod angeli essent quædam animalia, & isti sequuti sunt illos philosophos, qui confundebant sensum cum intellectu, primo de Anima, tex. 24. ut alias latè diximus: unde contra Porphyrium popolariter loquentem concludit Scotus, quòd animal rationale non est genus, nec mortale differentia diuisiua eius, & constitutiua hominis, cùm rationes supra posuimus, quę rentes, vtrum mortale sit differentia ipsius hominis, quas rationes iam ibi vidisti, & iterū uidessis.

Opinio Scoti cōmendatur.

Et hęc Scoti opinio videtur mihi rationi, & Aristoteli consona, & ideo dicendum quod animal rationale non est genus ad hominem, & intelligentiam, sed definitio ipsius hominis, cum homine conuertibilis, iuxta definitionis naturam 8. Met. com. 27. secundùm Auerroem.

Contra scotum.

Sed contra hanc Scoti responsionē sic arguo: omne compositum ex materia, & forma intellectuali est animal; sed angelus, uel intelligentia est huiusmodi, ergo angelus seu intelligentia est animal. Minor probatur non solùm ex sententia aliquorum Philosophorum, sed etiam ex sententia multorum Theologorum 2. sen. distinctio. 3.

Resp.

Ad hoc responsum est à nobis sufficienter, vt arbitror in nostro discursu de triplici intellectu parte secunda, dum ibi de angelorum incorporeitate disputauimus: sed pro nunc quantùm logico negotio sufficit dico, quòd probabilior est Scoti, S. Thom. Aristotelis, & Auer. sententia, quod intelligentię, seu angeli 1. Cœli, com. 22. sunt substātiæ spirituales, quàm opposita opinio.

Arguitur 2.

Secundò principaliter sic, omnis species habere debet aliquam differentiam vltimam secū conuertibilem, sed rationale non est vltima hominis differentia, cum eo conuertibilis, ergo oportet addere aliam, hęc non est nisi mortale, & sic mortale erit hominis differentia. Maior probatur, quia cùm definitio conuertatur cùm definito, differentia etiam vltimata, quę est pars definitionis conuerti debet cum definito 8 Physi. com. 27. Minor probatur, quod rationale non conuertatur cùm homine definito, quia inest etiam intelligentijs, cu angelis, vt hic dixit Porphyrius, mortale ergo erit differentia hominis.

Resp. Burlei.

Ad hoc respondet ille Burleus quod dantur vltimę differentiæ, ne procedatur in infinitum in differentijs, sed ex hoc non sequitur, quòd vltima differentia conuerti debeat cum specie, & de facto exemplificat de mortali, quod est differentia hominis cum eo non conuertibilis.

Contra.

Sed contra, inquit Philosophus, quod differentia vltima conuertitur cum specie.

Resp. eiusdē.

Respondet ipse, & iudicio meo responsio hęc, fuga est miserorum, inquit enim quod differentia vltima, posita in definitione cum alijs differentijs, conuertitur cum spē specialissima, & sic non sola vna differentia, sed aggregatum ex pluribus differentijs, cum specie est conuertibile.

Contra.

Sed contra hanc responsionē vnico verbo tantùm insto: si propria passio, quæ fluit à differentia vltima constitutiua speciei, sola & simpliciter sumpta, conuertitur cum specie, cuius est ppriū, v.g. hinnibile cum equo, cur differentia ipse sica equi simpliciter sumpta cum equo non conuertetur.

Vna Scoti responsio.

Et ideo aliter respondet Scotus, quod rationalitas est vltima differentia hominis, non autem mortale, & quod rationalitas æquiuocè conuenit, hominibus, & angelis, & æquiuocatio in hoc consistit, quia intelligentiæ intelligunt complexa sine discursu, homines verò cum discursu, & ego addo aliam rationem æquiuocationis, quia à rationalitate reperta in homine, fluit, & emanat ppria passio, quę dicitur risibilitas, a qua hō denominatur formaliter risibilis, sed à rationalitate in angelo, non fluit hæc passio, quia nunquam inuētus est hic loquendi modus, nec apud Paganos Philosophos, nec apud Theologos, quod angeli sint risibiles.

Contra Scoti respon.

Sed contra Scoti responsionem arguo primò. Dicebat enim Scotus, quod rationale est differentia vltima hominis. Secundò dicebat, quod intelligere per discursum, & species innatas, arguit, & ponit ęquiuocationem in rationalitate, prout reperitur in hominibus, & in intelligentijs: Contra primū dictum arguo sic, vltimę differentiæ nō dantur, ergo rationalitas non est vltima hominis differentia: Contra secundum sic, hoc dictum repugnat Scoto, qui 2. sen. dist. 6. reprehendit opinionem S. Thomæ dicentis quod intelligere cum discursu, & sine discursu, arguit distinctionem specificam, inter animam intellectiuam, & Angelum.

Ad 1. respon.

Ad primum vt supra dicebatur respondetur, quod vltimę differentię dantur, vt benè dixit Burleus, & quia nobis sunt ignotę, eas per accidentia circumloquimur 7. Metaph. com. 41. & 8. Metaph. com. 5.

Ad 2. respon.

Ad secundum respōdet pro Scoto Mauritius Hibernicus, quod angeli in comparatione ad nos non discurrunt, secus autem est simpliciter loquēdo. Ad illud de speciebus innatis, ex Scoto dicendum est,

est, ꝙ aliqua angelus intelligit p species innatas, aliqua verò per acquisitas per suum intellectum agentem, ut ipse inquit, quoad illas differt angelus ab homine, quoad discursum verò, Scotus dixit ꝙ intelligere cum discursu, & sine discursu, licet a posteriori, non autem à priori, distingui facit angelum ab anima intellectiua. Concludimus ergo de mente Scoti, ꝙ mortale non est hominis differentia, cuius rationes benè percipies si ad superius dicta recurres, & quę ibi, & hic diximus, coniunges.

3. concl. Erat tertia conclusio. *Differentia specifica est, quæ speciem constituit, et est pars quidditatis, seu definitionis, explicantis quidditatem speciei, per talem differentiam constitutę.*

Arguitur cōtra tertiam concl. Dubitatur 1. Sed contra hanc conclusionem dupliciter occurrit dubitare. Primò vtrum detur aliqua differentia, conuertibilis cum specie? Secundò vtrum talis differentia sit pars quidditatis? Quoad primum est vna opinio quorundam Arabum apud Auicennam cap. 10. nullam dari differentiam specificam cum specie conuertibilem, benè tamē cū alia differentia coniunctam, vt est rationale, qđ coniunctum mortali, conuertitur cum homine: sed opposita sententia est Auicennę, & Alpharabij, quos sequutus est Auerroes, qui 2. Phys. 28. & 7. Metaph. 43. dicebat, ꝙ diffinitiones vniuersales componuntur ex forma vniuersali, quæ est genus, & forma propria quę est differentia, & ēt Scotus 4. sen. distin. 1. q. 2. vbi inquit, ꝙ definitio habet explicare duos conceptus, videlicet quidditatiuum ex parte generis, & qualitatiuum ex parte differentiæ, & alibi sæpius, ꝙ differentia est realitas actualis contrahens realitatem potentialem genericam: idem etiam dixit S. Tho. 2. Poste. lectione 13. & ratio esse potest, quia vniuscuiusque rei vnicum tantùm est esse: amplius genus sumitur à materia, differentia verò sumitur a forma, sed vnius rei vnica tantùm est forma, ergo vnica etiam differentia, idipsum etiam docet Boetius in libro de definitionibus. Et tandem est sententia Alexandri Aphrodisei 1. Top. cap. 3. vbi inquit, ꝙ differentia quandoque æqualis est spēi, Alexander Iamblicus & Simplicius. Iamblici, & Simplicij, vt supra dicebamus, in illa regula anteprędicamentali, diuersorum generū, &c. vbi dicunt non omnē differentiam prædicari de pluribus differentibus specie, & ibidem idē Porphyrius. & hic in prædicabilibus in cap. de cōmunitatibus, in declaratione discriminis inter proprium, & differentiam, cuius verba sunt ista; proprium autem & differentia differunt, quoniā hæc de pluribus speciebus dicitur sępe, vt rationale de homine, & de Deo, proprium verò de vna sola specie cuius est proprium; vbi notanda est illa particula, sæpe; quam particulam dissimulauit Ant. And. ibi Burleus, ac si ibi non esset posita: Anton. And. verò dixit, illud esse intelligendum de differentia intermedia & communi: quamuis textus expositionis eius sit mendosus, vbi litera habet, scilicet p, & nulli dicere sępe; & eodem modo exponit illa verba Albertus Magnus in tractatu de communitatibus cap. 9. cuius verba sunt ista, proprium differt à differentia, quia aliqua differentia, quæ vltima non est, & verè differentiæ nomen habet, semper dicitur de pluribus speciebus, sicut & genus: ut sic rationale prædicatur de homine, & de Deo secundùm Stoicos, & Epicureos, qui Deos, & Deas multas rationales esse posuerunt, &c. Et hęc etiam est sententia Scoti, quæstione 29. Hinc conijcio, textum hunc irrefragabilem esse contra Burleum, quia nesciens glosare illam particulam, sępè, finxit se longius ire, sed sic ars deluditur arte. Aristoteles verò 4. Topicorum, cap. secundo, loco 20. litem hanc dirimit, & omnia soluit.

Dubitatur 2. Secundò dubitatur contra hanc conclusionē. Et probo, ꝙ differentia non sit pars quidditatis per definitionem explicatę: nullum simplex habet partes, sed quidditas per definitionem explicata, est simplex, ergo differentia non habet partes, & consequenter differentia non est pars illi⁹: Notandum ex Petro de Aquila & alijs. Pro responsione, noto ꝙ quidditas, secundū Petrum de Aquila 2. sen. dist. 3. q. 1. idem est, quod essentia rei nudè sumpta, vel sumitur pro essentia, & prædicato quidditatiuo, vt inquit Gabriel in 1. dist. 26. q. 1. vel quidditas est ratio formalis quidditatiua rei in se, vt inquit Franciscus in conflatu libro 1. dist. 42. q. 1. Notādum 2. Secundò noto, quòd duplex est quidditas, secundùm Antonium Trombettam: Prima dicitur quidditas simpliciter simplex, quę non habet conceptum resolubilem in alium vlteriorem conceptum quidditatiuum, sicuti est conceptus entis, suarum passionum, vltimarum differentiarum, & omnium modorū per quos contrahitur ipsum ens. Secunda est quidditas non simpliciter simplex, sed constituta, quę est quidditas resolubilis in alios conceptus, seorsum conceptibiles, & tales sunt quidditates rerū compositarum: Nunc ad argumentum respon. ꝙ Responsio procedit de quidditate primo modo sumpta, sed differentia est pars quidditatis secundo mō sumptæ.

Dubit. Tandem dubitabit Nouicius; vnius rei vnica tantùm debet esse definitio propter vnam quidditatem, quam habet vnumquodque definitum, ergo malè Porphyrius plures definitiones de differentia assignauit. Respon. quòd differentia quinque modis pōt considerari. Ad hoc respondeo melius p̄dicta corroborando, ꝙ differentia quinque modis potest considerari, & ideo quinque definitiones de ea tradiderunt Peripatetici, qui pfundius speculantes & perscrutantes naturam differētię, post quatuor definitiones nō ita efficaces & quodammodo in completas, quintam definitionem certissimam & completissimam tradiderunt per quam rectificantur, & complentur quatuor reliquæ præcedentes: vnde differentia quinque modis consideratur. Et primò inquantùm constituit speciem, & sic datur prima definitio quæ talis est, differentia est qua species abundat a genere, quę dubia est, cùm propria passio etiā sit illa qua species abundat a genere, nam homo per risibile etiam superat animal, quę definitio, ut recta sit, sic est intelligenda. Differentia est qua species essentialiter abundat a genere, vnde & si species,

cies, vt homo abundat à genere, puta animali per propriam passionem. i. per risibile, non superat genus per aliquid essentiale, sed per aliquid accidentale. Secundò mō pōt considerari dr̄ia inquantū prędicatur de spē, & sic datur talis definitio, dr̄ia est q̄ prędicatur de plurib. differē. spē in eo quod quale: q̄ definitio dubia est, cùm accidens cōe et sic prædicetur: & ideo hæc definitio sic est intelligenda, dr̄ia est illud quod essentialiter prędicat de plurib. differ. spē in eo quod quale, ad dr̄iam accidentis, quod prædicatur de plurib. differ. spē in quale accidentaliter. Tertio modo considerari pōt dr̄ia inquantū diuidit genus, & sic datur tertia definitio talis: dr̄ia est illud, quod est aptū natum diuidere ea, q̄ sub eodem gn̄e sunt, q̄ definitio dubia est, quia bipes & quadrupes nō sunt dr̄iæ, sed proprietates animalis, & tn̄ separant ea q̄ sunt sub eodem animali, vt hoīem, & equum: & ideo sic est intelligenda; dr̄ia est illud quod est aptum natum essentialiter diuidere ea quę sunt sub eodem gn̄e, modò bipes, quadrupes, risibile, &c. faciunt differre accidentaliter. Quarto modo pōt considerari dr̄ia inquantū hēt aliqua distinguere, & sic datur quarta definitio talis. Dr̄ia est qua differunt à se singula, q̄ et est dubia, cū risibile, & hinnibile faciant differre hoīem & equum, & tn̄ non sunt dr̄ię, & ideo sic est intelligenda, dr̄ia est illa qua vna spēs à qualibet alia dr̄ essentialiter differre, modò risibile, & hinnibile faciūt differre accidentalr̄. Quintò considerari pōt dr̄ia inquantū est vīe distinctū à proprio & accidēte, & sic datur quinta definitio talis, dr̄ia est illud, qd̄ ad esse essentiale cōducit, & est pars essentialis rei, hinc si proprium, aut accidens aliquo mō ad esse conducit, illud est esse accidentale, & non essentiale, & hæc definitio cōuertitur cum definito, & per eam dr̄ia differt à quocunque alio prædicabili, conducit enim dr̄ia genus ad esse determinatum, spēm verò conducit ad esse per constitutionem, cuius spēi pars est essentialis. Sed contra hanc vltimam & quintam in ordine definitionem arguitur. Et primò, dr̄ia non pōt definiri, quia cùm oīs definitio constet ex genere & dr̄ia, tunc dr̄ia haberet dr̄iam, & sic esset processus in infinitum in differentijs. Ad hoc est vna respon. Pauli Veneti, & aliorum multorum quos supra enarrauimus, q̄ ista non est definitio, sed descriptio dr̄ię, & ideo non est dr̄ia dr̄ię. Alia resp. est Auicennæ, Scoti, & aliorum melius sentientium, q̄ hæc est definitio vera, & nō descriptio, vbi vīe est loco generis, & prædicari in quale essentiale loco dr̄iæ, ut supra diximus. Secundò dr̄ia non prædicatur de spē, quia species componitur ex genere & dr̄ia, sicuti statua componitur ex ære & figura, ut dicit Porph. sed figura nō prędicatur de statua, ergo nec dr̄ia prædicatur de spē, est enim dr̄ia pars spēi, sicut figura est pars statuæ, modò pars non prædicatur de toto. Ad hoc respō. q̄ ly sicut, non dicit oīmodam similitudinem, q̄a æs, figura, & statua sunt tria realiter distincta, sed genus, dr̄ia & spēs sunt vnum & idē realiter distincta verò ratione; imò genus & dr̄ia non sunt partes spēi, quia sint et quoddam totum: nā aīal est pars in essendo, & totum in prędicando, sic dr̄ia est pars in essendo respectu spēi, & est totum in prędicando quoad suas partes subiectiuas, q̄ sunt hæc, & illa dr̄ia. Tertiò probo, q̄ dr̄ia est accidens, & ideo non conducit rem ad esse: sicut se habet proprium ad spēm, ita se hēt dr̄ia ad genus, sed proprium est accidens spēi, ergo dr̄ia est accidens generis. Maior prob. quia sicut proprium fluit à natura spēi, ita dr̄ia fluit à natura generis. Ad hoc resp. q̄ ista non est omnimoda similitudo, seu similitudo simplr̄, in qua fundatur argumentum, quia proprium fluit à specie hn̄te esse completum, & non amplius ordinabili ad vlteriorem formam substantialem. Dr̄ia uerò fluit à genere, tanq̄ ente imperfecto adhuc ordinabili ad esse completum. i. ve perficiatur per dr̄iā, sicut materia prima ordinatur ad formam per quam perficitur, & sic dr̄ia est qualitas substantialis ipsius generis, volo dicere q̄ dr̄ia est accidens generi. i. non est de intrinseca rōne generis, sed ꝓpriū est accidens spēi, quia inhæret ei accidentaliter, & non est de intrinseca rōne speciei. Quartò probatur, q̄ dr̄ia non conducit ad esse sic. Si dr̄ia cōduceret ad esse, aut conduceret ad esse genus, aut spēm, aut indiuiduum: non genus, quia genus est prius q̄ dr̄ia, nec conducit ad esse spēm vel indiuiduum, quia habent esse a sua forma substantiali, homo. n. esse habet per animā intellectiuā, equus per sensitiuam, &c. ergo rationale non conducit hominem ad esse, & irrationale conducit ad esse equum. Ad hoc resp. Burleus, q̄ dr̄ia nil aliud est quam forma substātialis, ita q̄ rationalitas aliud non est, nisi anima intellectiua in homine; & irrationalitas non nisi anima sensitiua in equo, quę propriè ad esse conducit, & est pars rei, vnde rationalitas est differentia, rationale uerò potius est differens quàm dr̄ia, & hoc est bene dictum, q̄cquid dicat Paulus Venetus, & Aegidius Romanus: unde ad argumentum resp. q̄ dr̄ia conducit genus ad esse determinatum, speciem verò & indiuiduum ad esse simpliciter, sicuti forma determinat materiam, & constituit compositum: & de hoc cap. de differentia, hęc ad laudem Dei omnipotentis, sint dicta.

Arguitur 1. Responsio Arguitur 2. Resp. Arguitur 3. Resp. Arguitur 4.



CAPVT

CAPVT DE PROPRIO.

Textus primus.



Roprium verò quadrifariam diuidunt: nam & id quod soli alicui spẽi accidit, & si non omni, proprium dicitur: vt homini medicum esse, vel geometram. Et quod omni accidit speciei, etsi non soli: quemadmodum homini esse bipedem. Et quòd soli & omni, & aliquando, vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem id, in quo conuenerunt & soli, & omni, & semper: quẽadmodum homini esse, risibile. nam & si non semper rideat, tamẽ risibilis dicitur: sed quòd rideat semper: sed quòd semper aptus natus sit vt rideat. Hoc autem ei semper connaturale est, quemadmodum & equo hinnibile. Hæc autem & propriè propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur. si quid enim equus, hinnibile est: & si quid hinnibile est, equus est.

Continuatio.



Mmonius Græcus, caput hoc de proprio, ad præcedentia capita, sic continuat: postea quàm explicauit Porphyrius prędicata essentialia, explicat nunc prædicata ipsam substantiam, & essentiam cõcomitantia, inter quę primum locum obtinet proprium; quod cum substantia societate, & communione quadã coniungitur; à qua continuatione non recedet Albertus Magnus tract. de proprio, cap. 1. inq. post tractatum de differentia, quę perducit spẽm ad esse speciei, intendit Porphyrius tractare de proprio, quod vt Boetius, inquit, emanat de essentialibus speciei, iam per differentiam pręconstitutæ, cum quo Alberto idem dicit D. Caietanus, Aegidius verò, & Antonius Andreas sic continuant: superius Porphyrius dixit, & determinauit de differentia, quæ prędicatur in quale substãtiale: determinat hic nunc de alijs duobus, q̃ prædicantur in quale accidentale, & primò determinat de proprio prædicante, uel pdicabili in quale accidentale conuertibiliter. Secundò uerò de accidente, quod non conuertibiliter prædicatur: sic continuat Aegidius, & Antonius Andreas in omnibus eius imitator. Quorum sententiam nos corroborãtes sic dicimus: omne prędicabile, aut prædicatur in quid, aut prædicatur in quale: si pdicatur in quid, aut prędicatur de plurib. differẽtibus specie, & sic est genus: aut de pluribus differentibus numero, & sic est spẽs. Si uerò pdicat in quale, aut prædicatur in quale essentiale, aut in quale accidentale: si in quale essentiale, sic est differentia magis propriè sumpta: si in quale accidentale, aut conuertibiliter cum subiecto, & sic est proprium, quod declarare intendit Porphyrius in pręsenti capite, aut non conuertibiliter, & sic est accidens, de quo in sequenti capite erit disputandum:

Aliа continuatio.

Diuiſio.

Diuiſio texa.

Quantùm verò ad diuisionem spectare videtur, in quatuor partes diuiditur, iuxta quatuor proprij significata, inquit Ammonius, & Albertus: vel secundùm q quadrifariã, uel quadrupliciter diuiditur, & definitur proprium, inquit Antonius Andreas: & dico q simul definit etiam proprium, propter Caietanũ, qui causam se nescire fatetur, quia tantùm diuisiuè, & nõ diffinitiuè de proprio determinat porphyrius, cùm vt patet 1. Topic. cap 4. eius diffinitio à peripateticis non sit omissa. Quòd si quis dubitauerit, qualis sit ista diuisio? Ad hoc sic respondeo, diuisio est non æquiuoci in sua ęquiuocata, qualis erat generis diuisio, sed analogi in sua analogata, secundùm Albertum: nam principaliter propriũ dicitur, de proprio quarto modo sumpto, minus principaliter verò de reliquis, trib. proprij significatis, quę ad quintum prędicabile accidentis videntur declinare.

Dubita.
Resp.

Expoſitio textus.

Quoad uerò textus intentionem, ac expositionem pertinet. Sic breuiter vtrũque pręstabimus: Proprium quatuor modis põt sumi, quæ diuisio non est vniuoci, vel ęquiuoci, sed analogi in sua analogata, ut inq. Paulus Venetus, quamuis dici possit, q ęquiuoci in ęquiuocata, ut de alijs supra diximus. Et primò dicitur proprium illud, quod competit soli alicui spẽi, quamuis non omni indiuiduo illius speciei, ut eẽ Medicum, vel Geometrã, seu Philosophi, Astronomi, & Geometrę munere fungi, ut inquit Ammonius, vel actualiter habere artem medicinę, vt inquit Caietanus, & non potentia sed actu, vt inquit Aegidius, & sequaces: secundo modo dicit proprium. Illud, quod conuenit omnibus indiuiduis alicuius speciei, at non soli illi speciei, vt esse bipedem. i. habere duos pedes, conuenit cunctis hominibus, & non solùm humanę speciei, sed & Auibus inquit Aegidius: tertio modo dicitur proprium, illud quod competit soli, omni, & aliquãdo. i. non semper, ut in senectute canescere, competit soli homini ex causa frigiditatis cerebri, omni homini, sed non semper in omni tempore, cũ multi iuuenes qui sunt homines non sine cani, nec ad caniciem morte pręuenti, possint peruenire: quarto modo dicitur proprium, illud quod cõpetit soli alicui speciei, omni indiuiduo illius speciei, & semper. i. in omni differentia temporis, vt sic risibile propriè, & non metaphoricè sumptũ, competit soli homini, seu humanę speciei, omni homini. i. cunctis partibus subiectiuis ipsius hominis, quę sunt singularia humanę naturę, & sẽper. i. in quocunque instanti temporis, quamuis non semper homo rideat, inquit Porphyr. Ego verò dicerem, q semper homo actu ridet, ut habet esse in suis suppositis, in quocunque instanti

Notandum.

tem-

temporis,& si in hoc instanti,non ridet, vt est in Socrate lachrimante, & dolente, ridet tamen in Platone,vel alio admiratiuo,& gaudente. Quòd si fortè quęret Nouicius,quo modo ex his quatuor, sumptum proprium, quartum constituit prędicabile? Ad hoc ex Alberto, Aegidio, Antonio Andrea,Ammonio, & Caietano respondeo, ꝙ quarto modo : Quòd si iterũ quis quęrat,quę igitur erit completa diffinitio proprij sic sumpti? Ad hoc ex Porphyrio hic,& Arist. 1. Topicorum, cap. 4. sic respondeo; proprium est quod competit soli,omni,& semper,conuersim prędicatur de re,& non indicat substantiam rei, quę particula [conuersim prędicatur de re.i. de suo subiecto] ponitur ad differentiam accidentis communis, vt albi,vel nigri, quod cum suo subiecto non cõuertitur,seu non conuertibiliter prędicatur,illa uerò particula,[& non indicat substantiã rei] ponitur ad differentiam definitionis, quę & si conuertibiliter prędicatur de suo definito, ut animal rationale,de homine,indicat tamen substantiã hominis,cũ definitio,ideo sic dicatur, quia ab vno fine ad alterum, totum esse rei complectitur, ut tract. 5 cap. 9. dicebat Albertus, & diffinitio cum suo definito sit vnum 7. Met. com. 21. His igitur pro introductione huius capitis de proprio, sic pręmissis : ad terminorum declarationem, nunc accedamus.

Dubit.

Responsio

Dubita.

Responsio.

Et quia pluralitas vocabulorum, facit te expeditè loqui, Nouicier aliquos terminos hic notabo. [proprium] Nota.ꝙ hęc synonima sunt, videlicet proprium, proprietas, affectio, propria passio, vt sic hinnibilitas his nominibus appellatur respectu equi, similiter mugibilitas respectu bouis; vbi scias quòd proprium,& appropriatũ non sunt idem; nam proprium est qđ fluit ab essentia speciei, ut sic risibile fluit ab essentia hominis, sed appropriatum verò est proprium, quod non fluit ab essentia, ut sic posse nauigare est proprium.i. appropriatum homini, quia solus homo potest remis triremem impellere, ut inquit Ammonius; non tamen hęc aptitudo fluit ab essentia hominis similiter differunt proprium,& maximè proprium: proprium est quod pluribus non tamen omnibus competit ęqualiter, vt sic maximè proprium est substantię in se recipere contraria, in prędicamentis cap. de substantia, proprietate 6. Et si tu Nouitie vis esse philosophus, medicus rationalis,& non Empiricus, vel Chirurgus, disce à Stephano Brulefer 1. sen. d. 2. q. 1. ꝙ in diuinis proprium dicitur, quod conuenit vni tantũ personę, vt sic paternitas, quę est relatio realis, subsistens, est propria patris; filiatio filij, & processio passiua spiritus sancti : Appropriatum verò est, quod ad aliquem errorem extirpandum alicui diuinę personę attribuitur, licet illud sit tribus personis commune, vt sic potentia tribuitur patri, sapientia filio,& bonitas spiritui sancto; & sic philosophi diuina contemplantes, non cognouerunt propria, sed appropriata diuinarum personarum, vt dixit S.Tho.p.p.q.32.ar.1. ad primum, & alibi nos ex Francisco de Maironis notauim⁹.

Verba textus

Proprium & appropriatũ quò differunt

Notandum

[Quadrifariam].i. quadrupliciter inquit Ant. Andreas,& quatuor modis; hinc dixit Albertus, tracta. de proprio, cap. 2. proprium peripatetici quadrifariam diuidunt, quadrifariam autem diuidere, est quatuor modis fari, quia diuisio eius est multipliciter data; & Magister Philippus Alberti sequax dixit, ꝙ proprium peripatetici quadrifariam diuidunt.i. quatuor modis inueniuntur de proprio fari, vel loqui.

Verba textus

[Esse Medicum:] Medicus à medicina dicitur, seu ab arte medendi, & hęc duplex est, videlicet morbum remouens, & ad perfectam sanitatẽ promouens, secundùm S.Thom. 3.p.q.80. artic. 4. & duplex est, videlicet speculatiua, seu Theoriuchi, & practica, seu practichi, vt inquit idem D. Tho. in quęst. de veritate, q. 2. arti. 9. vnde dixit postea Capreolus in prologo sent.ꝙ medicina, quæ est practica ex obiecto, esse potest speculatiua ex fine. Et Gabriel Biel etiam dixit 4. sen. dist. 6 q. 3. ar. 3. dub. 1. ꝙ triplex est medicina, nempè, curatiua, conseruatiua,& pręseruatiua, ut dixit partim Auerroes in primo colliget in principio ; unde nota Nouicie, quòd triplex est medicus, scilicet Methodicus, Empirius, & Rationalis : Methodici, & Empirici sunt imperfecti propter parunm studium in bona philosophia, qui nihil cogitantes de philosophica,& medicinali theoria, per solam praxim, uel per solam deambulationem uolunt esse medici, falsificantes illud philosophi dictum in 2. Phys. t. 14. ubi inquit, ꝙ medicatio est à medicina, non autem ad medicinam, quia isti practicando uolũt addiscere sine habitu, ac sine virtute motiua cælu contigere metam, quapropter in studiorum decursu falluntur, ut merito de ei, 1. de Anima, com. 17. dixerit Auerroes, quòd medicus est artifex Mechanicus, sicut Carpentarius & 2. Metap. com. 15. de quodam medico eiusdem farinę, inquit, quòd cùm ad infirmum accessit, & ei medicinam propinauit, inspexit post librum, & mortuus est infirmus, & 1. Physic. tex. 74. dicebat Arist. quòd ędificat medicus: Medicus uerò rationalis est, qui Aristotelis & Galeni documentis instructus, rectam rationalemq́; medendi callet artem, & abdita naturæ secreta contemplandi habet facultatẽ; qualis est excellens D. QUINTIUS BONIOANNES Tropiensis, totius semper magoæ, nunc uerò maximæ Calabrię, decus, & sydus fulgentissimum, in publico Studio Neapolitano, velutì alter Galenus, practicę medicinæ Lectoracutissimus.

Verba textus

Medicina.

D. Quintius Bonioannes Philosophus, & Medicus præstantissimus.

[Vel Geometram] Geometra, uel Geometes dicta est, à quadam parte Mathematicæ, quæ dẽ Geometria, à γῆ.i. terra & μετρία.i. mensura, eo quòd docet hæc scientia, seu ars liberalis, terram mensurare, hęc facultas tempore Platonis in magno pretio fuit habita, ut 3. Cœli, comm. 61. dixit Auerroes, & conuenit cum philosophia naturali in tribus magnitudinibus, videlicet in linea, in superficie, & corpore, sed diuersa ratione; physica enim illa considerat, ut sunt in materia sensibili, & termini corporum naturalium, Geometria uerò, vt abstrahunt à materia sensibili, tam particulari, q̃ vni-

Verba textus

vniuersali, uidelicet ab hoc ligno, & à ligno, secūdo Physi. t 83. Physi. 60. primo Cœli com. t. & 9a. 1. de Anima com. 176. Met. com. 3. & 7. Met. 34. dicebat vnus & idem Auerroes.

Verba textus [In senectute canescere] Hic notandum, quòd inter cętera animalia solus homo verè canescit in senectute, vt 5. de Generatione animalium c. 1. dixit Aristoteles. Sicut etiam contingit gruem in processu ætatis nigrescere, & equum senescētem albissimos dentes habere, vt inquit Paulus Venetus. Cur autem homo canescat, causam affert Albertus tract. de proprio, cap. 2. dicens. Cùm homo plurimùm habeat cerebri respectu sui corporis, & humidissimum, non nisi à forti calore terminabile, necesse est, vt tale cerebrum procedente ætate, frigescente, vel decrescente calore, tale humidum resoluente, quia debebat ipsum digerere, ac terminare, & decoquere 2. de Anima tex. com. 50. (quod de calido naturali intelligitur, ut 4 Metheor. com. 14. dicit Auerr. qui quando est debilis sequitur frigiditas 7. colliget cap. 16. cuius caloris illius materia est sanguis quinto colliget cap. 3.) putrescere incipit, & tūc canescit, & albescit homo secūdùm naturam, quod primo de natura animalium cap. 16. & secundo de partib. animalium cap. 7. dicebat philosophus: Sed hic

Dubita. statim dubitabit Nouicius. Multi homines in eorum iuuētute canescunt, & multi homines senes non canescunt. Ad hoc vnum præsuppono & de-

Resp. inde respondeo, & est ꝙ contrariorum effectuū contrariæ sunt causæ 2. lib. de Generatione tex. com. 56. & 4. Metheororum tex. comm. 40. & 41. Modò caliditas, & frigiditas contraria sunt, & pcipuè frigiditas contraria est calori naturali, tertio colliget com. 20 cùm frigiditas sit quodammodo defectus caloris 2. Physico. t 5. 2. Cœli 18. 1. de Generatione com. 18. & 10. Metaph. com. 7. & ideo contrarios produxerūt effectus, calor enim nigredinem causat, cùm in locis calidis, vt in Aethiopia nascantur res nigrę, & homines nigri: frigiditas verò est causa albedinis, est enim frigiditas mater albedinis inquit Aegidius in pdīti, vt patet in Scithia secundùm Ammonium, vbi nascuntur homines albi, hoc igitur sic supposito. Ad dubitationem respondeo, ꝙ Caniciei causa est ipsa frigiditas, sed non omnis frigiditas, quia duplex est frigiditas, vna videlicet accidentalis, altera verò essentialis inquit Aegidius Romanus; similiter duplex est canicies, vna videlicet accidentalis: alia verò essentialis, frigiditas accidentalis est, cū quis habet caput flegmaticum, & quia flegma est humidum, & frigidum, tunc iste homo erit frigidus, & talis frigiditas est accidentalis, & causat caniciem accidentalem in iuuenibus: frigiditas verò essentialis est in homine ob defectum caloris naturalis, & tunc est causa caniciei essentialis, quæ non est, nisi in senibus; de qua loquit Porphyrius in pdīti. In quibus senibus retardat quādoque canicies in senectute, quia in eis est pingue, & subtile humidum facile per modicum calorem terminabile, cuius signum sunt molles, & subtiles pili; qui significant subtile, & pingue humidum; vt inquit Albertus: unde notat Aegidius quòd in quibusdam hominibus citius deficit calor naturalis, quàm in alijs hominibus, & ideo hominum alij prius, alij verò tardius canescunt. Sed hic dubitabit iterū Nouicius, ꝙ canicies non Dubita. est propriū hominis, quia alia etiā animalia canescunt, sicut sunt lupi, inquit Aegidius.

Ad hoc respondet Antonius Andreas, Aegi- Resp. dium sequutos, quòd alia animalia, sicuti est equus, ut 5. de Gene. animalium c. 1. inquit philosophus, non propriè canescunt, sed accidit illis quædam dealbatio, quod de lupis etiā dicit Aegidius, animaduertens, ꝙ canicies est quoddā accidens, humano capiti appropriatum. Et Petrus Tataretus dicit, ꝙ cętera animalia ab homine, nō canescunt, sed grigescunt; talibus enim animalibus non ex frigiditate cerebri, sed ex solo defectu caloris naturalis pronenit illa dealbatio, quæ canicies dici non potest: vnde cum Ant. Andrea cōcludo, quod Brutorum non est canicies, sed dealbatio, nam canicies passio quædam est in capillis humanis, ex frigiditate putrefacti humoris, qui est materia pilorum, causata: de qua pilorū materia, inter nostri temporis peritissimos medicinę lectores, magna extat controuersia.

[Esse risibile.] Nota hic ex Alberto, esse risibi- Verba textus le, opponi sd esse flebile. Quòd si quæras, quare Dubita. homo est risibilis? Respondet Auicennas, ꝙ ho- Responsio mo qui est animal rationale, vel intellectuale, est de visis, & auditis admiratiuus, in quo cùm fiat vehementis caloris, & spiritus ad faciem concursus, vbi sunt sensus perceptiui, protensiua, & propensius; protenso autem calore, & spiritu ad faciem, fit faciei, & membrorum in facie positorū dilatatio, & sic aptus est ut rideat. Si verò è contra, non desiderata, sed contraria percipiat, fit in corde, caloris, & spiritus retractio, & cordis constrictio, ad quam sequitur faciei, & cordis cōtrictio, quo constricto, & per panniculos cerebri compresso, sequitur lachrymalis expressio distillans per poros, cerebro continuatos, per uenas, & neruos, & tunc fluit per oculos, per nasum, & os, quod est esse flebile: sed unum hic dicit Alber- Notādum ex rus, & est etiam Aegidij dictum in cap. de diffe- Alberto. rentia, ꝙ risibilitas non est proprium hominis, sed risibile, quia de homine risibilitas non prędicatur, sicut nec rationalitas. Sed rationale de homine prædicatur: sed hoc nihil est, quia anima est forma hominis, non tamē dicimus, homo est anima, sed est animatus, ut supra contra Aegidiū diximus.

[Si quid hinnibile est, equus est.] Hinnibilitas Verba textus est passio, & proprium equi, & conuertitur cum equo, quia quicquid est hinnibile, est equus; & quicquid est equus est hinnibile. Sed hic puerili Dubita. argumento dubitat Aegidius. Probando, ꝙ non quicquid est hinnibile, est equus, sic. Quicquid est hinnibile, est equus: sed equa est hinnibilis, er go equa, est equus. Respondet ad hoc idem Aegi- Respon. dius cum distinctione, hoc modo; ly, equus, dupliciter potest sumi, uno modo, ut est nomen determinati sexus, & sic non benè dicitur, equa est equus,

equus; alio modo sumi potest equus, ut est nomen speciei, sicut homo, cùm dicimus, hic. & hęc homo, & sic benè dicitur, q̄ equa est equ⁹, asina est asinus, &c. Sic igitur terminis explicatis, nunc literam construe.

Constructio litteræ.

[Proprium verò quadrifariam diuidunt]. i. peripatetici quadrupliciter, seu quatuor modis fantur, & loquuntur de proprio, in quatuor significata illud diuidentes, inquit Alb. & Philippus Mucagata. [Nam & id quod soli alicui spēi accidit,] nam illud primo modo proprium dr̄, quod soli conuenit speciei [& si non omni, proprium dī] i. & si non omni conuenit indiuiduo illius speciei, tñ erit proprium, quia emanat de substētialibus principijs speciei. [vt hoī Medicum esse, vel Geomettam] .i. in actu non inest omni hoī, benè tñ in potentia, & aptitudine omni inest, cui naturale inest sciendi desiderium, inquit Aegidius, [& quod omni accidit speciei, & si non soli]. i. & secūdo modo dr̄ proprium, quod inest omni indiuiduo alicuius speciei, quamuis non soli illi speciei [quemadmodum hoī esse bipedem] .i. sicuti proprium est hoī esse bipedem, licet non solis hoīb⁹, sed ēt auibus, inquit Aegidius, & Tataretus Scotista. [Et quod soli, omni, & aliqñ] & .i. alio, & tertio modo dr̄ propriū, q̄d inest soli alicui speciei, omni .i. indiuiduo illius speciei, & aliqñ .i. nō semper. [vt omni hoī in senectute canescere] .i. in senectute dealbari, quod hoī bene complexionato nō cōpetit, nisi in senectute inquit Aegidius, ob cruditatem, & humoris debilitatem in eius cerebro existentem, ut quinto de Generatione Animalium, capitulo primo, dixit Aristoteles. [Quartum autem id in quo conuenerunt, soli, & omni, & semper]. i. quarto modo dr̄ proprium, in quo oīa conuenerunt, videlicet, vt omni, soli, & semp accidat. [Quemadmodum hoī esse risibile] .i. sicuti esse risibile, seu posse ridere, inest soli hoī, omni hoī, & semper. [Nam & si non semper rideat] .i. & si homo non semper actu ridet, quoad actu exercitum [tamen risibilis dicitur] idest cum toto hoc quòd non semper rideat, adhuc risibilis dicitur [non quòd semper rideat] idest, quòd semper sit in exercitio ridendi, [sed quòd semper aptus natus sit ut rideat] idest, inquantùm semper potest ridere quando vult. [Hoc autem ei semper connaturale est, quemadmodū, & equo hinnibile] idest hęc risibilitas consequitur naturam hominis, sicuti equo conuenit esse hinnibilem, boui esse mugibilem, &c. [Hæc autem propriè propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur] idest sola hęc propria quarto modo sunt propriè, idest uere propria, quoniam etiam cum subiecto conuertuntur, [si quid enim equus, hinnibile est, & si quid hinnibile est, equus est] idest sicuti hinnibilitas conuertitur cum equo adęquato eius subiecto, ita etiam risibilitas cum homine, ut Aegidius inquit, & post eum Anton. Andreas. Sic igitur constructa littera huius capitus de proprio, ex ea quinque colligo.

CONCLVSIONES.

1 Conclu. & dilucidatio eius.

Prima sit ista. *Proprium est vniuersale, seu prædicabile.*

Proprium dupliciter pōt sumi.

SEd antequam contra hanc concl. arguam, ꝑ eius intelligentia est notandum, q̄ propriū dr̄ dupliciter, vno modo, videlicet, pro prima intentione, & dr̄ à propè, ut inquit Mauritius Scotista, & sic proprium est, q̄d tm̄ vnius est, sic dicimus hoc castrum esse ꝓprium huius principis, & tunc opponitur ad cōe, cū dicimus, q̄ Aula Regia est locus cōis subditorum: vnde statim alij sunt ꝓprietarij potentes dicere hoc est meum, & illud est tuū: alij verò sunt tm̄ Vsuarij, ut sunt fratres minores, q̄ à simplici vsu retū, secluso dñio sunt sic dicti, in quo sequuntur legem naturę, & euangelicam perfectionem: & hoc proprium ꝓ prima intentione sumptum, adhuc duplex est, inquit Aegidius Romanus in præsenti cap. de proprio, videlicet propriū indiuidui, ut albedo Sortis: Et proprium speciei, vt risibile respectu hominis. Et hoc est commune, & vniuersale, illud verò minimè: alio modo sumitur proprium pro secūda intentione, applicabili proprio quarto modo dicto fundamentaliter sumpto, puta risibili, hinnibili, &c. hac igitur suppositione facta, contra primam partem conclusionis sic arguo, per locum ab opposito. Nullum oppositum prædicatur de opposito, cùm non possint simul congregari 8. Physic. com. 70. sed proprium, & commune, quod idem est quod uniuersale, sunt opposita, ergo proprium non est uniuersale. Minor ꝓbatur, quia proprium est particulare .i. singulare, quod opponitur vniuersali, cùm singulare sit notum secundum sensum, & commune seu vniuersale secundùm rationem 1. Poster. t. 12. & 1. Physi. comm 4. & 49. imò uniuersale est magis notum quoad nos, quàm proprium 1. Physi. 57. & 2. de Anima 34. proprium igitur non est vniuersale. Arguitur 1. Ad hoc argumentum respondet D. Aegidius Romanus, vno modo, quòd argumentum procedit de proprio indiuidui, de quo verum est dicere, quòd non est vniuersale, vt est hæc albedo Socratis, non autem procedit de proprio speciei, vt est risibile: nam hoc proprium est uniuersale, atque commune. Responsio Aegidij. Et ratio responsionis Aegidij, fundata est tota in proprio pro prima intētione sumpto, quia ipse tenet, ut in alijs etiam dixit, quòd prędicabilia hic considerantur pro substracto, seu fundamento, & prima intentione per habitudinem ad secundas intentiones; quod dicit etiam nunc de proprio. Resp. Scoti. Scotus verò quæst. 30. & Antonius Andreas, in cap. de proprio q. 2. Aegidium videntes sic respondentem, ulterius sunt progressi dicentes, hic a Porph. considerari propriū, pro 2. inten. in concreto, seu per habitudinem ad fundamentum, seu ad propriū, ꝓ prima inten. sumptū, & dixerunt ꝓpriū eē eq̄uocū; q̄a pōt esse nomen primæ intentionis, & sic opponitur cōi, & pōt aliquid dici ꝓprium indiuidui,

sicut & speciei. Et totum hoc est Aegidij: alio modo proprium est nomen secundæ intentionis significans secundam intentionem, videlicet prædicatum conuertibile non essentiale 1. Top.c.4. & sic est spẽs vniuersalis. Tunc ad arg. resp. Scotus duplici rõtione: quarũ prima est fundata in glo-
Prima respõ. Scoti. sa minoris, ꝙ proprium opponitur cõi, vt ꝓpriũ est res primæ intentionis, non aũt vt propriũ est secũda intentio, quia vt sic proprium est vle, qd̃ prædicatur de pluribus, quod 1. Top.c.4. conuersim, i. conuertibiliter de illo prædicatur, cuius est ꝓprium, videlicet ipsius vniuersalis, qd̃ est subiectũ demonstrationis 1. Post.c.4. per totũ, de quo subiecto vñ probatur propria passio per eius definitionem, vt q.3 dicebat idem Scotus, & quia tale subiectum, seu vle prædicatur de pluribus, ipsa ẽt passio, seu proprium, quia cum suo subiecto conuertitur, de pluribus ẽt prædicatur, & consequenter erit vniuersale. Hæc est prima Scoti ꝓfunda responsio. Sed contra hanc Scoti, & Antonij Andreæ responsionem, arguo dupliciter, &
Contra dupliciter. primò sic.
j Proprium pro secunda intentione de nullo demonstratur per eius definitionem, quia proprium fluit ab essentia subiecti, & ꝑ eius definitionem de ipso demonstratur, solutio ergo intelligi debet de proprio primæ intentionaliter
ij sumpto. Secundò proprium pro prima inten. nõ opponitur communi, cùm cõe sit quid intentionis secundæ, & proprium intentionis primæ, qa opposita debent esse eiusdem generis 5. Physico. com. 8 & sic opponi debet res rei, & intentio intẽ-
Responsio. Ad primum. tioni. Ad hæc obiecta resp. & ad primum dico, ꝙ licet proprium pro 2. inten. in abstracto, seu in acto signato, non prædicetur demonstratiuè de aliquo per eius definitionẽ, benè tñ in actu exercito in fundamentis, nam hic considerantur intentiones secundæ in actu signato, declarantur tñ in actu exercito in proprijs fundamentis, tanquam in clarioribus, & ultimatè cõsideratis, fundamenta enim intentionum, & si per se considerantur a Metaphysico, per accidens tñ considerati possunt à logico, vt benè dixit ẽt Scotus in ante
Responsio. Ad secundũ. prædicamentis. q 2. ad 3. Ad secundùm respõ. ꝙ ly [commune] dupliciter põt sumi, uno modo, videlicet, pro cõi primæ intentionaliter, seu communi reali; alio modo pro cõi secundæ intentionaliter sumpto, seu pro cõi intentionali, cõe secũdo modo, est ista intentio, cõe, seu intentio cõmunitatis, cõe verò primo modo, est vt albedo cõis pluribus albedinibus, &c. Tunc ad arg. formaliter respon. ꝙ quando proprium, & cõmune ambo sunt realia, & pro prima intentione sic opponuntur, vt hæc albedo, & albedo; quæ sunt opposita ea oppositione qua superiora, & inferiora dicuntur opponi: quando verò vtrunque est intentionale, ad inuicem ẽt opponũtur, vt sunt hoc propriom intentionale, & proprium intentionale. Modò in pñti dico, ꝙ proprium opponitur communi, iuxta exigentiam propriæ naturæ, & non disparatè, ut sumit argumentum. i. proprio pro prima intentione opponitur cõe pro prima intentione, proprio verò pro secunda intentione opponitur cõe pro 2. inten. non autem opponit̃ proprio pro prima intent. cõe pro 2. intent. quia vt sic cùm non sint in eodem genere, non opponuntur; quia vnum est in genere entis realis, alterũ verò in genere entis rationis, quod est vndecimum pũtum secundùm Scotum. Secunda Sco- 2. Resp. principalis Scoti.
ti resp. ad principale argumentum est ista; ꝙ proprium & commune sunt relatiua, & vnum relatiuum verè dr̃ de alio, non tñ oppositum de opposito; quia & si proprium, & cõe, sunt opposita respectu eiusdem, non tamen respectu diuersorum, nam proprium respectu speciei, commune est respectu indiuiduorum sub specie contentorum; & sic in vniuersum loquendo, verum est, ꝙ oppositum cognoscitur per oppositum 1. Cœli 10 t. 2. Cœli 40. 1. de Anima 85 & 3. de Anima, com. 21. quando oppositio est respectu diuersorum eiusdem naturæ; & ideo benè dixit Petrus Niger in suo clypeo. q 54. ꝙ proprium est vniuersale ab accidente distinctum, dicitur enim ꝓprium respectu speciei, vle verò, & commune respectu indiuiduorum: ab accidente distinctum, eo quòd proprium & accidens sunt duæ intentiones secundæ, duabus distinctis primis intentionibus applicabiles, vt sunt, v.g. risibilitas, & albedo.

Arguitur & 2. contra hanc conclu. propriũ nõ Arguitur 2.
est vle, quia proprium competit tantùm vni soli, sed vle est vnum in multis, & de multis 1. Perihermе.c.5 & 1. Poste. & ideo cùm competat pluribus, proprium non erit vniuersale. Ad hoc resp. Resp.
ꝙ nihil inconuenit aliquid simul esse propriũ & commune respecto diuersorũ, ut sic propriũ cõpetit vni soli ꝑ cõparationem ad spẽm cuius est proprium, est deinde cõe per comparationem ad indiuidua. v.g. hoc proprium ꝓ prima intent. ut hinnibile, est proprium equi, seu spẽi equinæ, & est cõe oĩ equo particulari sub illa spẽ contẽto, sicuti à simili hr̃ in põio substantiæ in prima ꝓprietate, ꝙ est propriũ & cõe ipsi substantiæ non esse in subiecto, est ꝓprium substantiæ respectu accidentis, qd̃ est in subiecto, & cõe substantiæ respectu oĩum substantiarũ quarũ nulla est in subiecto. & si vis exemplũ sensatũ Nouicie, uox mea est propria mea, & cõis uobis qui lectionẽ audi-
tis. Contra si ꝓprium p̃dicaretur de una sola spẽ, Contra.
tunc non p̃dicaretur de indiuiduis. Ad hoc resp. Resp.
ꝙ Porphy. non dicit ꝓprium p̃dicari de sola spẽ, nisi collectiuè connotando ẽt indiuidua, q̃ necessariò colligunt̃ & continent̃ sub spẽ, cũ spẽs non sit, nisi collectio indiuiduorũ: vel dicit Porphy. ꝙ ꝓpriũ p̃dicat̃ de sola spẽ conuertibiliter, vt de adæquato eius subiecto, cũ quo stat ꝙ p̃dicetur ẽt de indiuiduis eius nõ cõuertibiliter. Est.n. ꝓpriũ adæquatũ spẽi cũ qua conuertit̃, inadæquatũ verò indiuiduo cũ quo non conuertitur. vñ valet dicere est homo, ergo est risibilis, & è cõuerso est risibile, ergo est homo, non tamen sicuti dicimus ꝙ Socrates est risibilis, ita ẽt è conuerso dicere possumus, ꝙ risibile est Socrates, & hoc quia risibile in plus se habet quàm Socrates, ut aliàs diximus.

Arguitur

Arguitur 3. Arguitur tertiò, quod proprium non sit prędicabile: Nullum singulare est prædicabile, sed proprium est singulare, ergo proprium non est prędicabile. Maior probatur ex Aristotele in antepræ dicamentis, vbi inquit, quod simpliciter, quæ sunt indiuidua, & vnum numero de nullo subiecto di cuntur, & etiam in cap. de substantia in secunda proprietate, quòd à prima substantia nulla est prædicatio. Minor probatur hoc modo, sicut se habet vniuersale ad singulare, ita se habet commune ad proprium, quia vtrobique est oppositio re latiua, ergo à commutata proportione, sicut se habet vniuersale ad commune, ita singulare se habet ad proprium, sed aliquod commune est uniuersale, ergo & aliquod proprium est singulare.

Resp. Ad hoc respondetur, quod proprium dupliciter potest considerari, vno modo in ordine ad subiectū in quo, & sic est singulare, quia accidens indiuiduatur per subiectum in quo est. Alio modo in ordine ad subiectum de quo. i. in ordine ad sua inferiora, puta, hoc, & illud proprium de quo probatur & pdicatur proprium communiter sumptum, & hoc modo proprium est vniuersale, seu prædicabile: & ad illud de commutata proportione respondetur, quod valet in numeris & proportionibus, vt inquit Paulus Venetus in hoc capit. de proprio, vnde non valet sic arguere, sicut se habet homo ad equum, ita se habet risibile ad rudibile, quia sicut homo & equus sunt disparata de prædicamento substantiæ, ita risibile & rudibile in prędicamento qualitatis, ergo à commutata proportione, sicut se habet homo ad risibile, ita equus ad rudibile, quia tunc equus esset rudibilis, sicut homo est risibilis: sed bene sequitur, qualis est proportio A, ad B, talis est proportio C, ad D, ergo à commutata proportione, qualis est proportio A, ad C, talis est proportio B, ad D. v.g. qualis est proportio 8. ad quatuor, talis est proportio duorum ad vnum, ergo à commutata proportione, qualis est proportio 8. ad duo, talis est proportio quatuor ad vnum, vbi quęlibet istarum est proportio quadrupla.

2. concl. Secunda conclusio. *Proprium est distinctum vniuersale ab accidente.*

Arguitur Contra. Sed contra eam arguo sic. Proprium uel est substantia, uel est accidens, sed non est substantia, ergo est accidens. Maior probatur, quia quinto Metaphysicea, commento 13. & sexto Metaphysices, commento quarto. Ens prima sui diuisione diuiditur in ens per se, & ens per accidens. Ens uerò per se, adhuc in substantiam, & accidens. Minor probatur, quia omnis substantia, vel est eadem essentialiter alteri, uel essentialiter diuersa, sed proprium non est substantia essentialiter diuersa à specie cuius est proprium, quia tunc non prędicaretur de illa, nec essentialiter eadem, quia tunc poneretur in definitione speciei, quod falsum, quia tunc non demonstraretur de ea, per eius definitionem, vt de facto demonstratur; ergo proprium erit accidens.

Notandum ex Scoto. Pro istius argumenti solutione, ex profunda Scoti doctrina est notandum, quòd accidentium, quędam eueniunt ab intrinseco, quędam uerò ab extrinseco, quæ sunt ab intrinseco, vel eueniunt ratione formæ specificæ, ita quòd forma speciei, est necessaria, pręcisa, & immediata eius causa, qua posita ponitur tale proprium, & amota remouetur, vt sunt propriæ passiones, ut hinnibilitas à forma substantiali ipsius equi, & risibilitas à forma substantiali ipsius hominis: uel non ratione formę specificę, & hoc dupliciter, uel uidelicet, ratione materię, ut quantitas, sic Auerr. de substantia orbis dicit, quòd quantitas egreditur à materia, quę non est de genere actiuorum, sicut nec mater eius, scilicet materia prima, matrem enim sequitur sua proles, quia partus sequitur ventrem, uel ratione qualitatum actiuarum primarum ipsorum elementorum, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & talia accidentia sunt qualitates secundæ, ut odores, colores, & sapores, de quibus septimo Physicorum, commento undecimo dicebat Auerr. quòd fiunt ex primis: Si verò sunt accidentia, quę ueniunt ab extrinseco, adhuc dupliciter: quia uel manent amoto illo extrinseco effectiuo, ut nigredo ab estu causata, permanet recedente estu, seu solis calore, uel non manent remoto effectiuo, seu remota causa, ut calor causatus à motu, qui recedente motu non permanet, uel giratio aquę ex proiectione lapidis, quam girationem, uel circularem motionem secundo de anima, texto 80. spheram uocauit Aristoteles: hęc est illa famosa accidentis diuisio, à Scoto in quęst. 3 a. posita, ab Antonio Andrea, Ioanne Anglico, & Mauritio Hibernico Scotistis benè declarata. Pro cuius in telligentia consequenter est notandum, quod discrimen est inter proprium, ut hic sumitur, & accidens, ut est quintum uniuersale; quod discrimē consistit in hoc: quòd proprium est intentio applicabilis tantùm accidentibus, quæ fiunt ab intrinseco ratione formarum, quibus formis positis, ponuntur talia accidentia; & quibus ablatis auferuntur: accidens uerò, ut est quintum uniuersale applicatur tantùm accidentibus, quæ dicuntur accidentia communia, quæ nullo modo conuertibilia sunt cum subiecto, siue dicantur accidentia communia, eo quòd sicuti possunt in esse vni subiecto, ita & alijs; siue quia indifferenter se habent ad inesse, & non inesse subiecto cui insunt: siue sint communia communitate causalitatis, uidelicet inquantùm causantur à pluribus causis, sicuti sonus dicitur accidens commune, quia causatur à pluribus causis partialibus, ut à uerberante, uerberato, & aere intercepto resiliente, secundo de anima tex. octuagesimoquinto. Siue communitate prędicationis, sicuti color dicitur accidens commune, quia de suis pluribus speciebus prędicatur, ut sunt albedo, & nigredo, siue cōmunitate inhęsionis, quia uidelicet toti subiecto, & cuilibet eius parti potest inesse, ut cùm dicimus, quod calor est accidens cōe, quia corpori, & cuilibet eius parti inest, cùm accidentia ad extensionem subiecti sint extensa: & sic quemadmodum quinque modis accidens dici pōt cōe, Notandum.

ita etiam totidem modis, accidens dici pôt proprium. Hac distinctione sic stante. Ad arg. respô.
Resp. ꝙ maior est intelligenda, ꝙ proprium dupliciter sumitur pro prima intentione, videlicet, & ꝓ 2. intentione: proprium pro prima intentione sumptum, non est substantia, sed accidens, non accidens reale, sed accidens intentionale, non accidēs intentionale, quod est quintum prędicabile applicabile accidentibus communibus, sed applicabile accidentibus proprijs, quę veniunt ab intrinseco ratione formę specificæ: proprium verò pro prima intentione, est accidēs reale, & de hoc non loquimur in pręsenti, & sic propriū est uniuersale ab accidente distinctum:
Contra. Contra, accidēs diuiditur in accidens intentionale, & accidēs reale, sed accidens intentionale prędicatur de omnibus quinque prędicabilibus per se: ergo proprium est accidens intentionale, quod est quintū prædicabile.
Respon. Ad hoc respondetur, ꝙ ista propositio. Proprium est accidens, est falsa sumendo accidens, vt est quintum vniuersale, & sic nunquam erit vera, siue sumatur accidens pro prima intentione, siue pro secunda intentione. Est tamen vera sumendo accidens, pro accidente intentionali, scilicet pro accidente, quod idem est, ac prædicatum non prædicans essentiam, sed sumendo accidens, ut est quintum vniuersale, hęc est falsa, proprium est accidens. Et sic proprium est ęquiuocum ad proprium pro prima intentione, & ad proprium pro secunda intentione; similiter dicendum est de accidente communi ęquiuoco ad accidens reale pro prima intentione, & accidens intentionale pro secunda intentione; vnde istas conclusiones colligo.

1. concl. Prima concl. proprium pro prima intentione nō est substantia, benè tamen est accidens reale ꝓ prima intentione.

2. concl. Secunda conclusio. Proprium pro secunda intentione, non est accidens intentionale, quod est quintum prædicabile.

3. concl. Tertia conclusio. Proprium pro secunda intentione, vt est quartum prędicabile, est accidens intentionale. i. prędicatum conuertibile non prædicans essentiam, & sic est species vniuersalis, & ut sic definitur ab Arist. 1. Top. c. 4.

Contra. Sed contra dicet Nuuicius, probando ꝙ proprium sit accidens quocunque modo, sic. Omnę quod est in composito pręter materiā & formā, & resultans ex compositione facta per materiam & formam, est accidens, sed proprium est hmôi, ergo proprium est accidens.
Responsio Ad hoc resolutè cū Ant. And. Resp. arg procedere de accidente vt est res primæ intentionis, & sic proprium nō est substantia, nec accidens. At sumendo accidens pro accidente intelligibili, seu intentionali, seu ꝓ accidente inquantū est pdicatum non indicans essentiam subiecti, sic benè dici pôt, & nihil mali sequitur, ꝙ propriū sit accidens. Et cū hoc remanet distinctio inter propriū quartū pdic. & accidens quintum pdic. ex duplici capite. Primò, quia ꝓprium intentionale est applicabile accidētibus proprijs realibus, q̄ fluunt à dña, & forma specifica: accidens verò intentionale, tm̄ accidentibus realibus cōibus, q̄ fluunt originaliter à materia. Secundò, quia proprium definitur ꝑ pdicari cōuertibiliter: accidens verò minimè.
Dubita. Sed quęret qs, quomodo sit proprium intentionale, sic & accidens intentionale?
Resp. Ad hoc vnico verbo resp. ad quietandum Nouicij desideriū, ꝙ hoc modo; intellectus motus occasionaliter ex ꝓprietatibus repertis in talibus accidentibus proprijs realib⁹, vt sunt risibile, & hinnibile, comparat eas ad sua subiecta, i. ad risibile. & hinnibile: & tunc ex parte obiectorum, ad illam cōparationem passiuam, ꝑ modum pullulantię, & resultantię cōsequitur quidam respectus rōnis, in eis subiectiuè derelictus, cui attribuitur transumptiuè hoc nomē, ꝓprium, acceptum & sumptū à suo fundtō, qd̄ est v.g. risibile, vel hinnibile, pro prima intent. acceptum, qd̄ est verè proprium, & sic quia isti intentioni conuenit pdicari de subiecto, dicendo risibile est proprium: tunc hic modus pdicandi, denominandi, & essendi talis intentionis, redueendus est ad ꝓprietates reales fundamentorū, videlicet risibilitatis, & hinnibilitatis, radicaliter vltimate, ꝓ qua re vide Scot. in q. 4. ad 3. arg. & ibidē Ant. And. Ioan. de Mag. Petrum Tataretū, Ioan. Anglicum, & Mauritiū, Scoti discipulos, de qua re, ēt nos fusè diximus in nostro discursu, de causalitate entis rōnis, & idem dici pôt de accidēte; vñ ens rōnis, vel secunda intentio est quidam respectus derelictus ab actu rōnis comparātis vnū obiectum cognitū ad alterum obiectum cognitum, inquit D. Ant. Trombetta.

Arguitur 2. Secundò principaliter contra eandem concl. arguo, & probo, ꝙ accidens non distinguatur à proprio sic, Omne accidens definitur per subiectum 5. Met. 34. & 7. Met. 17. & 19. ergo per se pdicatur de subiecto per quod diffinitur 1. Poster. 31. ergo est proprium respectu illius subiecti. Et sic accidens non distinguitur à proprio.
Resp. Ad hoc communiter respondetur, ꝙ duplex est accidens, videlicet copulatum, & non copulatum: accidēs copulatum est illud quod sibi determinat subiectum, ut simitas quæ determinat sibi nasum, & crispitudo, quę determinat sibi capillos: accidens non copulatum est, quod nullum determinat sibi subiectum, sed indifferenter se habet ad quodcunque subiectum, ut albedo indifferenter respicit, tam parietem, quàm pannum; modò ad argumentum respondetur, ꝙ maior valet de accidente copulato, quod est proprium respectu sui subiecti per quod definitur, & de quo prædicatur in secundo modo dicendi per se, primo Poste. 31. modò accidens non copulatum non definitur ꝑ subiectum, nec est proprium eius, quale non est accidens, quod est quintum prędicabile.

Contra. Sed contra hanc responsionem arguitur, nam 7. Met. t. com. 4. & 5. habetur, ꝙ oē accidens definiri dēt per substantiam; amplius res sicuti se hēt ad esse, ita ad definiri, cùm definitio explicet propri um esse, se l accidens quodcunque, naturaliter impossibile est, ut sit sine suo subiecto 1. Physic. 39. quarto Metap. 25. & 7. Metaph. commento 2. ergo

ergo nec definiri potest sine suo subiecto, & sic vana est illa distinctio de accidente copulato, & non copulato, q vnum definiatur per subiectū, alterum verò non. Et ideo aliter ad boc argumētum respondent Scotus q.32. & Anto. Andreas in præsenti, accipientes ab Aegidio Romano 7. Metaph. q.2. q omne accidens reale definitur p subiectum a quo dependet saltem implicitè, quāuis non omne accidens prędicetur in secūdo modo dicendi per se de suo subiecto, per quod definitur; accidens verò vt est quintum vniuersale cū non sit accidens reale, non potest definiri p suū subiectum, & sic non erit proprium. Contra hāc Scoti responsionem arguo sic. Accidentia realia nullam habent quidditatem per definitionē explicabilem, ergo nec definitionem, & confirmo per auctoritatem Auerrois 7. Metaph. com. 15. dicentis, quod si quis dixerit accidentia habere definitiones, dicet ipsa habere magis q̄ habent.

Alia respon. Scoti.

Contra.

Responsio. Ad hoc pro Scoto respondeo, q duplex est quidditas, vna videlicet simpliciter, alia uerò secundū quid: tunc dico q omnia accidentia possunt definiri definitione explicante quidditatē ſm quid, seu propriam essentiam, licet non definitione explicante quidditatem simpliciter, cùm eam non habeant 7. Metaphysi. commen. 14. ubi Auerroes inquit, quòd accidentia non habent definitionem simpliciter, sed habent sermonem, qui est maioris declarationis, quàm eorum proprium nomen. Sed quid de Scoti opinione sit dicendū, supra diximus.

Arguitur 3. Tertiò principaliter arguo sic. Accipio unum accidens, & tunc quæro de illo, aut inest suo subiecto per se, aut non. Si per se sic erit proprium, si verò per accidens, quod competit per accidens vni, competit etiam alteri, & tunc adhuc quæro, aut illi alteri competit per se, & sic est proprium, aut semper per accidens, & sic processus erit in infinitum in subiectis, & totum probatur p Aris. 2. Physi. 66. vbi dicitur, quòd omne per accidens

Resp. tale, reducitur ad per se tale. Ad hoc respondeo ex Scoto; q ly, per se, in quo consistit uis argumēti, est ęquiuocum ad per se, idest immediate & sine medio, & ad per se, idest egredi à principijs essentialibus subiecti, quomodo sumitur ly per se, 1. Poster. tex. 31. Et sic ad argumentum formaliter respondetur, quod omne accidens inest alicui subiecto per se, idest sine medio, & ad illud subiectum est status. v. g. sicut album, & si inest homini per accidens, idest per aliud, inest tamen superficiei per se, idest immediatè, sed non vt, per se, dicit causam, à qua possit fluere album: vnde

Duplex subiectum accidentis. duplex esse potest subiectum accidentis, aut uidelicet proximum, & immediatum, & ut sic superficies dicitur subiectum albedinis, aut est subiectum primum, substitens, suppositans, ac ultimatè terminans dependentiam accidentis, & tale subiectum est sola substantia à substando dicta. Et sic accidens non est proprium, quia non inest subiecto per se secundo modo, & cum hoc nihil obstat, quòd accidens ponatur in definitione proprij, quia tale accidens in illa definitione positum, nō est accidens qd' est quintum vniuersale; sed significat quoddam accidens, quod idem est, ac prædicans non essentiam. Sed contra hanc

Contra. ex Scoto ductam responsionem arguo sic: Accidens diuiditur per separabile & inseparabile, ex Porphyrio in cap. de accidente, & quinto Metap. tex. com. vltimo; de accidente inseparabili habetur 7. Metap. com. 2. quòd non est sine subiecto; de inseparabili verò habetur 1. Physic. c. 29. & 7. Metaph. 40. quòd accidentia inseparabilia definiuntur per subiecta; sed accidēs inseparabile est accidens proprium, ergo accidens non distingui tur à proprio.

Resp. Ad hoc respondetur ex Sco. quòd accidens inseparabile habet rationem generalem accidentis, scilicet adesse & abesse, quia sine omni repugnātia eius subiectum, sub eius opposito potest intelligi, sed subiectum proprij non potest sub eius opposito intelligi, & ideo proprium non est accidens inseparabile: vult dicere Scotus quòd proprium nec est accidens separabile, nec inseparabile, cùm hoc competat accidēti, ut est quintum vniuersale, secus tamen est de proprio, quod fluit ab essentialibus principijs subiecti; accidentibus verò communibus competit hoc, uempè, separari à subiecto, & non separari. Contra 1. Phys. 14.

Contra. quarto Metaphysices 25. & 7. Metaphysices, commento secundo, omne accidens, impossibile est, vt sit sine suo subiecto, ergo omne accidens est inseparabile, & sic omne accidens erit proprium.

Responsio. Ad hoc respondeo, Auerroem esse intelligendum, quòd nullum accidēs separari potest à suo subiecto, ita quòd accidens facta separatione, remaneat per se existens non actualiter, sed aptitudinaliter inhærens, & ratio est, quia accidentis esse, est actu inhærere secundùm Aristotelē, Auerroem, & Simplicium; qui inquit, quòd intellectus quærens separare accidens à subiecto, quærit impossibile, & in schola philosophorum ita dicitur, secus autem in schola Theologorum: vnde quando infertur, ergo accidens est proprium. Respondeo, omne accidens est proprium, idest appropriatum alicui subiecto, in quo substentatur, nō tamen est proprium, i. fluens ab essentia subiecti, seu ipsius speciei, quomodo nunc loquimur de proprio quarto prędicabili.

Dubita. Sed quæret hic Nouicius, quod discrimen est inter accidens commune, & accidens propriū?

Resp. Respondeo, quòd hoc est discrimen, quia subiectum, quod subijcitur accidenti communi, puta, albedini, potest intelligi, vt sit sub eius opposito, idest sub nigredine, uel non albedine: possumus enim intelligere Aethiopem non nigrum, vel nitentem candore, inquit Porphyrius; subiectum verò proprij non potest intelligi uerè sub suo opposito, nam homo, verbi gratia, non potest intelligi sine risibilitate, uel cum opposito risibilitatis, vt proprio eius; & quod dico de fundamentis proprij, dico etiam de forma proprij, nam quæ dicimus de proprio secundæ intentionaliter sumpto, uerificatur in proprio primę intentionaliter sumpto, ut eius fundamento.

3. concl. Tertia conclusio. *Hæc proprij definitio: propriũ est, quod accidit soli omni, & semper, est à Porphyrio rectè tradita.*

Declaratio conclu. Sed antequam contra hanc conclusionem arguam, prius illam declarabo: Scotus enim q 31. Ant. Andreas, Ioannes Anglicus, Petrus Tataretus, Ioannes de Magistris, & Mauritius, scholæ Scoti, fautores acerrimi, ac in ea defendenda Bellatores inuictissimi, quorum Dux, & inexpugnabile propugnaculum, antea hac ætate, extat Illustrissimus, ac Reuerendiss. D. D. CONSTANTIVS SARNANVS. S. R. E. Cardinalis amplissimus, sic habeant, quòd definitio ista est conuenienter data, in qua apparet implicitè, ratio prædicati. i. definitio vniuersalis, quod est genus, & modus prædicandi. Ratio prædicati est, prędicari in quale accidentale, quod importatur per ly [accidit] modus verò prædicandi est, vt proprium prædicetur conuertibiliter, quæ conuertibilitas importatur per ly, soli, omni, & semper, & sic tota tertia definitio explicita proprij, est ista.

Illustrissim. Card. Sarnanus.

Proprium est uniuersale, quod prædicatur de pluribus in quale accidentale conuertibiliter, & secundùm Scotũ æquipollet definitioni ab Arist. traditę 1. Top. c. 4. quando inquit Aristo. quod proprium est prædicatum non prędicans essentiam, conuertibiliter.

Arguitur 1. Sed contra hanc conclusionem sic declaratam arguo, & primò sic. Illa definitio non est bona, quæ non constat ex genere, uel definitione generis, sed ista proprij definitio est huiusmodi, ergo nõ est bona definitio. Maior probatur ex 1. Topic. c. 4. & 2 Physic. 28. vbi habetur, quod definitio componi debet ex forma vniuersali, quæ est genus: vnde sicuti non debet esse nugatoria, bis ponendo genus, ita neque diminuta per ablationẽ generis 7. Meta. 43. Minor verò probatur, quia in hac definitione proprij non apparet genus eius, quod est uniuersale, vel definitio ipsius vniuersalis: ergo proprij definitio non est bona: Ad soluendum hoc argumentum, supponit antea m accidentis diuisionem D. Scotus, a Ioanne Anglico silentio perrransitam, a Mauritio tamen benè declaratã: diuisio autem talis est: accidens terminus ęquinocus est, & diuiditur in accidens reale, & accidens intentionale: accidens reale dicitur accidẽs primæ intentionis, significans naturam extra animam, & sic 5. Metap. com. 13. Aristoteles diuidit ens reale, in substantiam, & accidens: accidens intentionale adhuc est ęquiuocum, & sumitur duobus modis, vno modo, videlicet pro prædicato non essentiali; secundo modo uerò ut est quędam secunda intentio, sumpta à proprietate in re. i. sumpta à proprietate accidentis realis pro prima intentione. s. ab instabilitate, mutabilitate, fluxibilitate, & transeuntia accidentis realis, sub quo accidenti reali, idest fundamentaliter sumpto, & proprietate in re, & sub eius opposito, potest illud subiectum intelligi sine repugnãtia, & hoc nihil aliud est dicere, quàm non repugnare subiecto cuiuscunq; accidentis cõmunis, cuiusmodi sunt dulcedo, frigiditas, albedo, &c.

Pro resp. notanda est optima de mente Scoti accidentis diuisio

intelligi sub tali accidente, & sub opposito talis accidentia, à quina accidentis proprietate sumitur accidens, quod est quintum vle, & secũda intentio, & cui accidenti reali tale accidens intẽtionale attribuitur, vt suo subiecto, cùm logica sit de secundis intentionibus adiunctis, & applicatis primis intentionibus secundùm Boetium. hac distinctione stante, tria pretiosa, & summa subtilitate referta dicta, colligit Scotus. Quorũ primũ est, quod accidens pro prima intentione, quod distinguitur contra substantiam est per se de consideratione Metaphysici, qui est artifex realis, paccidens uerò est de consideratione logici, inquantũ accidens reale, ut habet esse cognitum apud intellectum, est fundamentum accidentis intentionalis, quod est quintum prædicabile: secundum dictum: Accidens pro prædicato non essentiali, ponitur in definitione proprij, tanquam genus eius: tertiũ dictum: accidens tertio modo sumptũ, quod est vna secunda intentio sumpta à proprietate repta in re. i. ab instabilitate, & mutabilitate accidentis realis, est quintum vle ab alijs quatuor distinctũ: hac igitur notabili doctrina de accidente sic stante. Ad arg. resp. minorem negando dicens, quod si explicitè in definitione proprij non ponitur genus, quod est vniuersale, uel ratio, seu definitio vniuersalis, quę est prędicari de pluribus; benè tamen implicitè, & æquiualenter ponitur genus proprij, vel ratio talis generis, vt supra in dilucidatione definitionis diximus, videlicet, quod loco generis ponitur definitio vniuersalis, videlicet prędicari de pluribus, in quale accidentale, quod importatur per ly [accidit] dr̃ia verò est ly, conuertibiliter, quę importatur per ly, soli speciei, omni indiuiduo illius speciei, & semper. Sed contra hanc resp. arguo sic. Illa definitio non est bona, quę cõpetit alteri à definito, quia definitio debet conuerti cum definito 8 Physic. 27. sed ista definitio proprij per rationem generis tradita, competit alteri à definito, ergo mala definitio: Maior patet. Minor probatur, quia competit etiam dr̃ę vltimę, seu specificę, & cõpletiuę speciei, quę conuertitur cum specie (no definito, ut patet de rationalitate, quę competit soli hoĩ, omni homini, & semp, & ideo conuertibiliter. Ad hoc resp. Scoq. 31. resp. declaratione indigente, dicens, quod dr̃ia non accidit, quod prædicat essentiam, licet non per modum essentię: uult dicere Sco. quod licet dr̃ia vltima & specifica conuertatur cum definito, non tñ prædicatur accidentaliter, eo quod prędicat essentiã, seu prędicatur essentialiter, licet non per modum essentię. i. per modum per se stantis, sed per modũ formæ informantis & denominantis, seu alteri adiacentis, ut supra diximus: unde inquit Mauritius Hibernicus, quod definitio conuenit ipsi dr̃ię specificæ incompletè, & partialiter. i. quantũ ad conuertibilitatem, non antem quoad accidentalitatem, seu accidentaliter prædicari, quod proprio conuenit, cum prædicetur conuertibiliter accidẽtaliter: non autem dr̃iæ specificę, quæ prædicat conuertibiliter essentialiter, licet inadęquatè respectu totius definitionis, & sic discrimen patet

Tria animaduertenda ex ti dicta.
Primũ dictũ.

Secundum dictum.

Tertium dictum.

Contra.

inter proprium & differentiam in modo prædicandi.

Arguitur 1. Sed contra hanc responsionē replico, probando, quod proprium non conuertibiliter prædicatur. Nam ista propositio in qua prædicatur propriū de suo subiecto, videlicet Socrates est risibilis, nō conuertitur, vt dicamus. Risibile est Socrates, ergo proprium non prædicatur cōuertibiliter.

Responsio. Ad hoc respōdeo quod duplex est subiectum ipsius proprij, videlicet. Adæquatum, & inadæquatū. Adæquatum est species specialissima; inadæquatum verò est singulare illius speciei; v.g. subiectum adæquatum risibilitatis est homo, inadæquatū verò est Socrates, Plato, &c. tunc ad argumentum respondeo, quod proprium conuertitur cum suo subiecto adæquato, quod est species specialissima, non autem cum subiecto inadæquato, quod est indiuiduum speciei, de quo procedit argumentū in contrarium factum. Hinc dixit Versorius Doctor Parisiensis, quod risibile sub ratione prædicabilis, prædicatur de Socrate, & Platone, & omnibus humanæ naturæ suppositis; at sub ratione proprij prædicatur de homine in communi.

Arguitur 2. Secundò principaliter sic. Nulla definitio debet dari per opposita ipsius definiti, sed ista proprij definitio est huiusmodi, ergo est mala definitio. Maior probatur, quia partes definitionis illæ debent esse, per quas constituitur res definita primo Physic. 28. primo de anima com. 5. & 7 Metaphy. com. 4 modò nullum oppositum componit alterum, vnde primo Phys. 51. dicebat Philosophus, quod densitas non facit raritatem, nec amicitia litem, & ideo ex duobus contrarijs nihil potest componi, nec definiri. Minor etiam probatur quod ista definitio detur per opposita; quia propria necessariò sunt in subiecto in quo sunt, cùm per illud definiantur 7. Metaph. com. 40. ly verò, accidit, in definitione proprij positum, potest esse, & non esse, seu accidere, & non accidere, vt Porphyrius inquit in c. de accidente, quod accidens contingit eidem inesse, & non inesse, ergò proprium, & accidens sunt opposita, & sic mala definitio.

Respon. Ad hoc respondetur, quod accidit, vel accidens, tripliciter potest sumi; primò pro accidente reali, secundò pro prædicato non essentiali; tertiò pro accidente intentionali, quod est quintum prædicabile: tunc dico quod ly, accidit, in definitione proprij sumitur secūdo modo, vt dicamus, proprium, accidit, idest, nōn essentialiter prædicatur de subiecto, in quo necessariò reperitur, v.g. Risibilitas accidit homini .i. nō prędicatur essentialiter de homine, licet ab eius essentialibus principijs fluat, & in eo, necessariò semper maneat: & quia argumētum procedit de accidēte tertio modo dicto, ideo est nullum; quia assumptum est falsum:

Contra. Contra, accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, primo de anima tex. cōmen. 11. siue sint accidentia communia, vt inquit Apollinaris Cremonensis, siue propria, vt melius inquit Philoponus, ergò si proprium facit scire quid est speciei, ergò male dicitur, quod accidit speciei. i. non essentialiter prædicatur de specie.

Respon. Ad hoc respondeo, quod accidentia faciunt ad cognitionem substantiæ à posteriori, & cum hoc licet conferant ad inuestigandum quod quid est, non tamen assumuntur ad formaliter diffiniendum substantiam, & ideo non essentialiter prædicantur.

Dubitatio. Quòd si dicat Nouicius; definitio ista, datur per copulationem, sed 6. Topic. & 7. Metaphy. tex. com. 19. aggregati per accidens nō est definitio.

Resp. Ad hoc, ex Scoto, Ant. Andrea, & Mauritio respondeo; quod dupliciter contingit per copulationem definire. Vno modo, videlicet, cùm distinctæ partes diffinitionis copulantur; alio modo ad circumloquendum aliquid in definitione ponendum. Primo modo, inconueniens est copulatiuè definire, non autem secundo modo; qualis est copulatio in definitione proprij, in qua per omnia illa copulata, videlicet, soli, omni, & semper, intelligi debet vnum circumloquutum, scilicet ly, conuertibiliter, loco differentiæ, vt supra diximus.

4. concl. Quarta conclusio. *Proprium necessariò semper inest subiecto.*

Declaratio conclusionis. Sed antequàm contra hanc concl. arguā, prius eius sensum aperiam; & primò quoad terminos in ea positos,

1. Notādum. Dico quod ly, necessariò, sumitur pro necessitate simpliciter, quia non ob aliud conclusio demonstrationis est necessaria, nisi quia inhærentia passionis ad subiectum est necessaria, vt in scientia dicatur necessaria, vel necessariorum, 1 Poster. tex. 7. & 28 & 7. Metaph. com. 53. & non est entis per accidens 6. Metaph. com. 4 quia scire rem non necessariam, sed mutabilem, opinari solum est, non autem scire 9. Metaph. a t. & 6. Ethicorum cap. 4. (semper) est totum in tempore affirmatiuum, sicuti eius oppositum, puta (nunquam) est totum in tempore negatiuum, vt aliàs

2. Notādum. supra ex 4 Phys. diximus [subiecto] subiectū hoc, de quo hic loquimur, est subiectum inhæsionis. Secundò noto quod licet hæc conclusio intelligatur de proprio primæ intentionaliter sumpto, potest tamen iuxta limites Logici negotij, circa qd' modò versamur, ad proprium secundo intentionaliter sumptum applicari, cùm quæ de secundis intentionibus dicimus in actu signato, in actu exercito verificentur in fundamentis: hæc quoad terminos:

3. Notādum quoad sensū. quoad sensum verò spectare videtur. Dico veram esse hanc conclusionem, quia propriū, seu propria passio, egreditur, ebullit, emanat, seu pullulat ex principijs essentialibus subiecti, & pcipuè à forma, nō enim possibile est, poni aliquam causam necessariam, præcisam, & immediatā, nisi ponatur effectus eius, & quia semper forma est in subiecto, semper etiam erit proprium insequens illam formam. Hinc dicebat Scotus 2. sen. dist. 25. q. vnica, quod proxima ratio constituendi speciē, est differentia vltima, quæ est proxima ratio recipiendi propriam passionem, non enim recipit homo risibilitatē ratione animalis, sed ratione qua est rationalis. Sic ergo conclusione intellecta, & ex solutione argumentorum, quæ in contrarium adducam, melius intelligenda.

Arguitur 1. Primò contra eam sic arguo: risibile est proprium

prium hominis, & non semper inest bomini, cùm non semper homo rideat, ergo proprium nō semper inest necessariò suo subiecto. **Responso.** Ad hoc respondetur ꝙ risibile inesse, vel inhærere homini, dupliciter potest intelligi; vno modo, videlicet de inhęsione actuali, alio modo verò de inhęsione aptitudinali; Modò dico ꝙ risibile semper inest homini secundùm aptitudinem. i. inhærentiam aptitudinalem, quamuis non insit semper secūdùm actum, idest, secundùm inhærentiam actualem: **Contra.** Contra, posita causa necessaria, immediata, & sufficienti, statim sequitur actualis eius effectus, sed forma specifica hominis est huiusmodi respectu ipsius risibilis, ergo non solùm aptitudine, sed actu etiam Risibile semper inerit ipsi homini. Ad hoc q. 33. **Resp. Scoti.** Respōdit Scotus, Ant. Andreas, & Mauritius Scoti sequaces, ꝙ risibile semper actu inest homini, licet ridere non semper insit, nam ridere est accidens commune ipsius hominis, sub quo & eius opposito potest esse homo; risibile verò est proprium quod semper actu inest homini, imò ridere aptitudinaliter semper inest actu homini, & sic patet ad argumentum, quomodo ex sempiternitate inexistentiæ formæ specificæ in ipso homine, infertur sempiternitas inhæsionis passionis ad ipsum hominem. **Cōtra.** Contra hanc Scoti responsionem arguo, & probo ꝙ risibile aptitudinaliter non semper actu inest homini; hoc modo. Quòd non habet rationem entis in actu, non potest per se inhęrere actu, sed risibile est hmōdi, ergo risibile non semper actu inest homini. Maior probatꝰ, quia actu inhęrere pręsupponit actu esse, imò ex ipsomet Scoto primo sen. dist. 39. qui contra Sanctum Thomam sic arguit; quod non est nulli potest coexistere, sed futura non sunt, ergo non possunt nunc diuinæ æternitatis coexistere, q a quæ æternitati coexistunt, simpliciter sunt in actu, à simili ego contra ipsum arguens dico; cùm non semper sit risibile, non semper actu inhæret, ac inhærenter coexistit suo subiecto. Ens enim in potentia non reperitur nisi in ente in actu 3. cœli com. 29. Minor probatur, etiā ex ipsomet Scoto in quodlibeto 2. art. 1. vbi contra S. Thomam dicit, ꝙ aptitudo non habet rationem entis in actu, eo quia esse posset ad terminum non existentem. Illud enim quod necessariò requirit aliquid non existens, ipsum etiam est nō existens in actu, cùm nulla relatio sit maioris entitatis suo termino, vt in 1. dist. 8. & in quolibetis q. 13. habet ipsemet Scotus. Ad hoc respondeo ex eodem Scoto **Respon. pro Scoto.** in quolibeto 13. in solutione cuiusdam argumenti principalis; ꝙ relatio quæ quantùm est ex parte fundamenti esset actualis, & propter non entitatem termini est potentialis, suum fundamentū denominat, ac si semper actualiter inesset, vt patet de inclinatione animæ separatæ ad ipsum corpꝰ: & sic risibile in ordine ad fundamentum est ens actu, & actu inhæret, imò dici potest ꝙ quātùm est ex parte fundamenti, homo semper actu ridet, quamuis non ea parte termini. **Contra.** Contra, respectus, essentialius dependet à termino, quàm à fundamento, ergo principalius denominabitur talis à termino, sicuti & motus specificatur à termino ad quem, & non à termino à quo. **Resp.** Ad hoc respōdetur, ꝙ iste respectus aptitudinalis principalius respicit terminum, & quia non inhæret termino, sed fundamento, ideo dicitur respectus fundamētalis actu inhærens. Esemplum habemus de Materia prima, in primo signo naturæ considerata in naturalibus; Dicimus enim ꝙ potentia materiæ actu ei inhæret, & sic respectu materiæ dicitꝰ actus, quamuis respectu formæ dicatur potentia passiua naturalis, sic etiam à simili possumus dicere, ꝙ risibile est aptitudo vt quid respectu termini, actus verò, seu ens in actu vt modus respectu fundamenti, & sic firma remanet Scoti respōsio.

Secundò principaliter arguo sic. **Arguitur 2.** Substantia præcedit omne accidens tempore, ergo tempus est quando nullum sibi inest accidens, sed proprium est accidens, ergo substantia aliquādo est sine proprio. Maior probatur ex Arist. 7. Metaphysic. text. com. 4. & hoc quia substantia est ens simpliciter, accidentia verò dicuntur entia secundùm comparationem, seu in ordine ad substantiam 12. Metaph. com. 3. imò non solùm tempore, sed etiā natura, definitione, & cognitione substantia pręcedit accidens, & ꝙ datur aliquod tempus quando nullum sibi inerit accidens, probatꝰ; quia omne prius in aliqua differentia tēporis potest esse sine suo posteriori, & non è contra 1. Metaph. com. 4. & 5. Metaph. in cap. de priori, & in post prædicamentis cap. eodem. Minor etiā probatur, ꝙ proprium sit accidēs, quia risibilitas nō est substantia hominis, sed eius affectio fluens à forma eius specifica: **Resp. Scoti.** Ad hoc respondent Scotus, & Ant. Andreas quàm subtilissimè; & dicunt ꝙ ista propositio substantia pręcedit omne accidens, vera est per se, potest tamen esse falsa ꝑ accidens, eo ꝙ & si substantia ex parte sui inquantū substātia est, potest esse sine accidente, cùm ab illo non dependeat inesse; quia tamen semper accidens est, quando substantia est; nullum inconueniens est propositionem per se veram, per accidēs esse falsam, sic Arist. 6. Physi. tex. 15. dixit, ꝙ omni motu possibile est dari motum velociorem, respiciendo motum secūdùm ꝙ potest gradualiter in infinitum velocitari, sed hoc fallit per accidēs 8. Physi. 76. vbi dicitur, ꝙ omnis motus est determinatæ velocitatis, & tarditatis in ordine ad determinata mobilia, & determinata mouentia, nō autem si secundùm se motus consideretur; quod totum benè declarauit Auerroes: de qua re etiā 2. cœli com. 53. Auerroem videas: **Contra dupliciter, & primo.** Sed contra hanc Scoti responsionem insurgo dupliciter. Et primò quia data veritate istius responsionis, tunc cōclusio demonstrationis non esset per se necessaria, q̄d falsū cùm demonstratio sit tantùm necessariorum; consequentia probatur, quia necessariū est quod non contingit aliter se habere 5. Metaphy. cap. de necessario: Sed per te subiectum potest esse sine passione, ergo contingit aliter se habere quàm ꝙ passio insit subiecto: Secundò si illa propositio est falsa per accidens. Vnde est illa accidentalitas, aut erit ex parte passionis, aut ex parte su-

te su-

te ſubiecti, non ex parte paſſionis, quia paſſio ſemper inhæret ſubiecto, nec ex parte ſubiecti, quia ipſum eſt cauſa neceſſaria paſſionis, quomodo ergo falſa erit per accidens iſta propoſitio?

Reſp. Ad hoc reſpondeo, ꝙ Scotus in hoc loco non aſſertiuè eſt loquutus, ſed aliorum probabilem opinionem enarrando, Ariſtotelem ſic gloſantium, nam 7 Metaph. q. 2. aliter hanc propoſitionem gloſauit Scotus, & poſt eum Ant. Andreas, & Antonius Trombetta:

Dubita. Sed quæret Noniciua, quæ nã eſt propria Scoti opinio, circa iſtius propoſitionis gloſam? Reſpondeo ꝙ iſta propoſitio; Subſtantia eſt prior accidente tempore: quadrupliciter poteſt intelligi:

Reſpõſio iuxta quadruplicẽ opinionẽ. Prima gloſa eſt Auerrois 7. Metaph. com. 4. quæ in hoc conſiſtit; ſi eſt accidens adueniens poſt eſſe completum, vt eſt accidens ſeparabile, tunc ſubſtantia eo eſt prior tempore. Si verò eſt accidens inſeparabile ſemper ſubiectum concomitans, tunc ſubſtantia compoſita non præcedit tale accidens tempore, benè tamen illud præceditur à materia ſubſtantiæ cõpoſitæ.

2. opin. Secunda opinio eſt Alexandri, ꝙ ſubſtantia dupliciter conſideratur, vno modo inquantùm hæc, ideſt, in particulari, alio modo inquantùm ſubſtantia communiter ſumpta. Primo modo nõ præcedit accidens tempore, benè tamen ſecundo modo.

3. opin. Tertia opinio eſt, ꝙ propoſitio vera eſt per ſe, falſa verò per accidens: & hæc eſt quàm in hac q. 33. vt prædictis alijs duabus probabiliorem, refert, & ſequitur Scotus, cùm hic tantùm per accidens tractetur de rebus realibus, ſicuti ſunt propriæ paſſiones, & alia accidentia realia.

4. opin. Quarta, & propria Scoti ſententia, quam aſſertiuè aſtruit 7. Metaph. q. 2. eſt iſta. Omnia ſubſtantia, tam in cõmuni, quàm in particulari, ſeparari poteſt à quolibet accidente; communi, & ſic reſpectu accidẽtis ſeparabilis tempore, & natura, reſpectu verò accidentis inſeparabilis ſolùm natura; vnde eſſe prius tempore, non eſt aliud, niſi ſeparatim poſſe eſſe ſine alio, & aliud non ſine ipſo: & hoc ſubſtantiæ non repugnat quantùm eſt ex parte ſui, & ſic nec in contradictionem incidit Scotus, & duę rationes contra tertiam opinionem adductæ, ei ſunt fauentes.

Arguitur 3. Tertiò principaliter arguo ex potẽtialitate paſſiua reſpectu proprij, quæ vocatur potentia contradictionis hoc modo. Omnis potentia paſſiua eſt potentia contradictionis 9. Metaph. tex. com. 17. Sed ſubiectum eſt in potentia paſſiua ad proprium, quia eſt materia eius in qua cùm oĩs potentia paſſiua reducatur ad materiã 12. Metaphy. com. 26. ſicuti intellectus eſt potentia paſſiua reſpectu ſpecierum intelligibilium, quamuis receptio, & perfectio æquiuocetur in intellectu, & in materialibus, tertio de anima com. 14. Ergo ſubiectum proprij poteſt eſſe ſub proprio, & eius oppoſito; & ſic non eſt neceſſarium vt propriũ ſemper inſit ſubiecto.

Reſp. Ad hoc reſpondetur ꝙ aliquid poteſt eſſe in potentia paſſiua duobus modis; vno modo præciſè, ideſt, tantùm in potentia paſſiua, quæ dicitur abſolutè contradictionis, & talis eſt materia prima reſpectu formarum naturaliũ, quia indifferenter poteſt eſſe, ſub hac, & illa; alio modo aliquid eſt in potentia paſſiua cõtradictionis, & non ſolùm in potentia paſſiua, ſed etiã in potentia actiua. Tunc reſpondetur ad argumentum, ꝙ ſubiectum reſpectu proprij nõ eſt ſolùm in potentia paſſiua, ſed etiam in potentia effectiua, eo ꝙ effectiuè proprium eſt à ſuo ſubiecto, cũ fluat à principijs eſſentiæ, vt inquit Albertus Magnus tract. de proprio:

Contra. Contra, & probo diſtinctionem iſtam de potentia paſſiua cum præciſione, aut ſine præciſione eſſe nullam, & inſtãtia fundatur ſuper non coincidentiam materiæ, & efficiẽtis, hoc modo. Materia, & efficiens non coincidunt 2. Phyſic. tex. com. 70. ſicuti, nec materia. & forma cùm diuerſificeotur genere 5. Metaph. 33. ergo ſubiectum non eſt materia, & efficiens reſpectu proprij: hæc inſtantia. Secundùm D. Trombettam eſt ex parte Thomiſtarum tenentium, ꝙ ſubiectum eſt tantùm cauſa materialis paſſiua, & in qua fundatur ipſa paſſio, ita ꝙ ſecundùm eos ſubiectum reſpectu accidentis proprij non habet niſi cauſalitatem materialem ſuſceptiuam, ſed effectiuè cauſatur à cauſante ſubiectum ſicuti producens ſubſtantiam, comproducit ſimul accidentia eius, in quo parcat mihi Ant. Trombetta qui

Notandum. 7. Metaph. q. 2. dixit S. Tho. in hoc à Scoto diſcordare, quod certè non dixiſſet, ſi vidiſſet eum p. p. q. 77. ar. 6. ad ſecundum, ibi, dicẽtes ꝙ ſubiectum eſt cauſa actiua finalis, & materialis proprij accidentis, & ſic D. Tho. in hoc non diſcordat, quãuis ille Petrus Niger q. 5. teneat, ꝙ in genere cauſæ ſubiectiuæ ſolùm. Et quia Scotus ſuſtinet in ſua ſubtili ſchola ꝙ ſubiectum nõ tantùm eſt cauſa materialis reſpectu ſuæ paſſionis, ſed etiam effectiua, quoad ſua principia eſſentialia ſufficiẽter productiua ipſius paſſionis, quæ ſunt genus, & differentia ſubiecti, à quibus (principaliter tamẽ à differentia), fluit ipſa paſſio, propterea ſubiectum dicitur cauſa efficiens paſſionis, & eſt expreſſa ſent. S. Tho. p. p. q. 77. ar. 6. ad tertium ſic dicentis, emanatio propriorum accidẽtium à ſubiecto non eſt per aliquam tranſmutationem, ſed per aliquam naturalem reſultationem ſicut ex luce naturaliter reſultat color, & eadem q. 77. art. 1. dicebat ꝙ proprium nõ eſt de eſſentia rei, ſed ex principijs eſſentialibus ſpeciei cauſat. Ideo ad inſtantiam Reſpondeo, ꝙ duplex eſt Materia, videlicet ex qua vt lignum reſpectu huius ſedis, & in qua, vt manus reſpectu caloris; ſimiliter duplex eſt efficiens; vnum videlicet cum trãſmutatione, aliud verò ſine tranſmutatione, cum tranſmutatione, vt ignis calefaciens lignum, ſine tranſmutatione vt intellectus intelligens actu recto, vel reflexo, vel actu collatiuo dum producit ens rationis, qđ eſt ab intellectu, & non eſt terminus tranſmutationis, vt q. 4. ad tertium dicebat Doctor ſubtilis. Modò ad replicam dico, ꝙ vulgata illa Philoſophi propoſitio 2. Phyſi. tex. 70. ꝙ Materia, & efficiens non coincidũt, intelligẽda eſt de materia ex qua, & de efficiente per tranſmutationem, non autem de Materia in qua, & efficiente ſine tranſmutatione, quale eſt ſubiectum reſpectu propriæ paſſionis:

nis:nam propria passio pullulat, fluit, & emanat à subiecto, & subiectatur in illo, & etiam secūdùm S.Tho.loco allegato in corpore. Contra, omne efficiēs est in actu respectu sui effectus, & omnis materia etiam in qua, est in potentia, sed idē non est in potentia, & actu respectu eiusdem, ergo subiectum non est materia, & efficiens respectu suæ passionis, cùm efficiens inquantùm efficiens sit in actu, & materia in qua inquantùm materia sit in potentia, modò actus, & potentia sunt cōtraria, & valde opposita primo de anima com. 6. 3. Metaph. 19. & 9. Metaph. com. 13. Ad hoc dupliciter respondetur. Primò nullum esse inconueniens, aliquid esse in potentia, & actu simul, diuersa ratione: nā subiectum respectu propriæ passionis, secundùm rationem efficientis est in actu, at secundùm rationē materiæ in qua, vt sic est in potentia. Ad adductas auctoritates respondet, ꝙ concludunt actum, & potentiam, non posse esse simul respectu vnius, & eiusdem, quas auctoritates, de oppositione relatiua glosare videtur Auerroes, v.g. Vnus numero homo, vt Socrates, nō potest esse actu pater, & potentia pater respectu sui filij; nec Plato filius potest esse simul actu filius, & potentia filius respectu patris sui; benè tamen potest esse actu filius respectu patris sui, & potentia, vel etiam actu pater filij sui. Contra, actus, & potentia sunt differentiæ entis valde oppositæ, & actus est melior, & honorabilior potentia 9. Metaph. 19. ergo idem numero erit melius, & honorabilius seipso. Ad hoc respondeo, ꝙ subiectum per habitudinem efficientis ad propriam passionem, est nobilius seipso, quàm per habitudinem potentiæ subiectiuæ, & hoc quia agens est nobilius patiente, ex eodem Doctore subtili 1. sen. distin. 3. q. 7. & 3. sen. dist. 2. q. 10. Et do exemplum, vt quando ego lego Theologiam, sum bonorabilior lector me ipso, quàm quando lego Philosophiam. Addit tamen Scotus, ꝙ duplex est potentia, quædam est ante actum, seu abijciens actum, alia verò est potentia stans cum actu; cum subiecto existente in actu, potest stare potentia cōiūcta actui, seu stans cū actu, respectu propriæ passionis; quæ actus & potentia non sunt opposita, sed disparata respectu diuersorum.

Cōtra.

Resp.

Contra.

Responsio.

Quinta conclusio. *Quælibet propria passio simplex, propriè dicta, realiter eadem est cum suo subiecto, formaliter tamen ab eo distincta.*

Tria circa hanc conc. facienda.

Circa hanc concl. sic procedam. Primò opiniones in ea inuicem dissentientes afferam. Secundò conclusionem dilucidabo. Tertiò contra eam arguam. Prima opinio est Nominalium, dicentiū, ꝙ si proprium sumatur pro nomine proprij, verbi gratia, hoc nomen, risibile, binnibile, &c. quæ conuertuntur cum nominibus specificis, seu cū nominibus specierum, tunc distinguuntur proprium, & subiectum, sicuti nomina rerum adinuicem distinguuntur. Si verò sumatur proprium physicè, pro illo accidente quod consequitur essentiam rei, tunc propria passio vt risibile, & subiectum vt homo, non distinguuntur ex natura sua, sed quemadmodum anima est per quam homo viuit, ita per eam etiam homo ridet. Secunda opinio est S.Thomæ p.p.q.77. art. 1.5. & 8. & Aegidij quolibeto 3.q.10. ꝙ propria passio, (quam nomine potentiæ nuncupat, cùm risibilitas sit potentia corporalis ad ridendū,) realiter distinguitur à suo subiecto v.g. Risibile ex natura rei, i. realiter distinguitur ab homine, sicuti potētiæ animæ realiter distinguuntur ab anima tanquàm res, à re. Tertia opinio est Scoti 2. sen. dist. 16. q. Vnica, ꝙ propria passio, & subiectum sunt idē realiter, formaliter tamen distincta: dicit enim Scotus in loco præallegato, ꝙ potentiæ animæ se habent ad animam, vt passiones ad subiectum, passiones verò ebulliuur, & egrediūtur à subiecto, & ita sunt eædem realiter ei, formaliter tamen distinctæ, cū distinctas habeāt definitiones, & rationes formales distinctas conceptibiles ex natura rei, secluso quocunque opere intellectus: & hęc est mēs Scoti, licet aliter 1. Metaph. q. 1. & in prologo sen. q. 3. sentire videatur Scotus, qđ dixit etiam Mauritius Scotista, quicquid dicat Petrus Niger in suo clypeo q. 5. qui ad pauca respiciens, nominatim Scoto tribuit, propriam passionem à suo subiecto realiter distingui: pro qua re videri potest Antonius Trombetta in tractatu Formalitatum ad tertium argumentum principale. Et sic opinio Scoti est quam sequitur Franciscus de Maironis in quolibetis quæstione 9. circa finem, quamuis alij etiam dixerint, ꝙ passio, & subiectum, sunt sola ratione distincta. Et hæc de primo.

1. opi. nominalium.

2. opi. S.Tho.

3. opi. scoti.

Quoad secundum verò, dico ꝙ passiones sunt in duplici differentia, quædam sunt complexæ, vt sic necessarium, vel contingens, dicitur passio entis, & de his nemo dubitat, ꝙ non possunt realiter distingui à subiecto; aliæ sunt passiones simplices, vt risibile, & hinnibile. Siue sint transcendentes, vt vnum, verum, bonum, aliquid, res, respectu ipsius entis; siue sint limitatæ, vt risibile in homine: vbi notandum ꝙ passio simplex aliud non est nisi aptitudo, seu respectus aptitudinalis ad aliquid, vt risibile formaliter aliud nō importat nisi aptitudinem, seu aptitudinalem respectum ad risum, & similiter se habet omnis alia passio de mēte Scoti, in quo apparet quomodo Dominicus Sotus Hispanus malè quoldam reprehendit in q. Vnica de proprio, dicentes de mente Sco. in 4. sen. dist. 49. q. 4. vel potius q. 10. proprias passiones esse respectus aptitudinales ad aliquid agendū, vel patiendum, inueni enim aliquos Scotistas de mēte Scoti sic loquentes, qui melius quàm ipse, Scotum intellexerunt: imò secundùm Scotum in 3. sent. distin. 17. q. Vnica passio reducitur ad idē prædicamētum, in quo est suum subiectum. Sed tertio contra istam Scoti concl. sic arguo. Omnis causa realiter distinguitur à suo effectu, sed subiectum est causa suæ passionis, ergo realiter distinguitur à sua passione. Maior probatur, quia causa nobilior est effectu causato 2. Physi. com. 4. & hoc in omnibus causis quę ad quatuor genera reducuntur 2. Physi. 31. & 5. Metaph. com. 3. siue sit causa naturalis, siue voluntaria 2. Physic. 65. Minor probatur, ex præconcessis ex Scoto q. 33. & S.Th.

Passiones sunt in duplici differētia.

Notandum.

Contra.

S.Tho.p.p.q.77.art.1.in corpore. Et ex discipulis eorum; & sic passio realiter distinguitur à subiecto. Ad hoc respondeo ꝙ duplex est causa alicui⁹ effectus; vna videlicet per transmutationem; alia verò non; maior procedit de causa primo modo, subiectum verò est causa suæ passionis secundo modo, & ideo subiectum non realiter distinguit à sua passione ab eo causata; & sic aliqui dicunt, ꝙ subiectum est causa passionis in esse cognito, & non inesse reali, quod idem est ac non per transmutationem. Contra, omne quod scitur inesse alicui per aliquod medium, realiter distinguitur ab eo de quo scitur, sed propria passio scitur inesse suo subiecto per aliquod medium, ergo passio realiter distinguitur à suo subiecto. Maior pbatur, quia eorum quæ realiter identificant, nullum est intercedens medium, quia secus non essent eadē realiter, sed per illud, realiter distincta: Minor probatur, quia secundū Scotum q.3. propria passio cognoscitur de subiecto per medium, quod est definitio subiecti. Ad hoc respondetur ꝙ propria passio scitur de subiecto per definitionem subiecti, quæ etiam realiter est eadē cum subiecto; nec sequitur inconueniens, ꝙ aliquid idē realiter cum aliquo sciatur de illo, dummodo sit ab illo formaliter distinctum.

Resp.

Contra.

Resp.

Sed hic quæret Nouicius, an propria passio separari possit à subiecto absque contradictione? Ad hoc respondeo, secundum illam opinionem, quę tenet ꝙ subiectum est tantùm causa materialis passiua in qua fundatur propria passio, quam opinionem Ant. Trombetta inquit esse Thomistarum, & Sotus Hispanus acceptat, & mihi supra videbatur aliter dicendum de mente S.Thomæ, tunc dicendum esset, ꝙ substantia seu subiectum separari potest à propria passione, quia tale subiectum esset potentia contradictionis, quæ est indifferens ad esse, & non esse: & Sotus Hispanus inquit esse dicendum de mente S.Tho. quòd non, & hoc via ordinaria, quia vt sic benè sentit Caietanus, Capreolus 1.sen. dist.3.q.3.& S.Tho. de spiritualibus creaturis ar.vlt. ad septimum argumentum, posset tamen Deus hoc facere; sed qd si Deus auferret à Platone suam risibilitatem? Respondent aliqui Thomistę inquit Sotus Hispan⁹, ꝙ à tali subiecto naturaliter flueret alia noua risibilitas. Quod negat Sotus, & non negaret Scot⁹: secundùm verò Scoti opinionem, inquiunt Mauritius, & Ant. Trombetta, quia subiectū non tantùm est causa materialis, sed etiam effectiua; dicendum esset, ꝙ subiectum non est separabile ab accidente proprio 7.Metaph.com.4.& 12.Metaphy.com 3.& sic Scotus dicebat 7.Metaph.q.2. ꝙ licet subiectum possit separari à passione quantùm ad independentiam, eo ꝙ in nullo subiectū dependet à propria passione, non tamen separabile est quoad causalitatem, cùm sit causa necessaria illius; causa enim necessaria posita, necessariò ponitur effectus eius: & sic dicebat Nicolaus de Orbellis cap.de proprio, quòd in via Scoti quarto senten. distinctione vigesimaprima, implicat contradictionem subiectum esse sine propria passione. Et de hac 5.cōcl.& toto capite de proprio, Ad laudem oipotentis Dei, hæc sufficiant dicta.

Dubita.

Resp.

Dub.

Resp.

Resp.Scoti.

CAPVT DE ACCIDENTE.



Ccidens autem est, quod addest, & abest pter subiecti corruptionem. Diuiditur autē in duo: hoc enim ipsi⁹ separabile est, illud verò inseparabile. dormire quidem separabile accidens est: nigrum verò esse inseparabiliter coruo, & Aethiopi accidit. Potest enim intelligi, & coruus albus, & Aethiops abijciens colorem, præter subiecti corruptionem. Definiunt autem sic quoque. Accidens est quod contingit eidem inesse, & non inesse. Et quod neque genus est, neque differentia, neque species, neq; proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus autem determinatis quę proposita sunt (dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidente) dicēdum est quæ eis communia sunt, & quæ propria.



Mmonius, caput hoc de accidente ad priora sic continuat: expositis omnibus alijs prædicabilibus in prohemio propositis, & quia vltimum in ordine erat Accidens, de illo nunc vult Porphyrius differere, quamuis consuetam præceptionem quàm in alijs obseruauit, in Accidentis explicatione noluerit Porphyrius obseruare; alia enim prædicabilia explicare aggrediens; prius ea vt nomina multiplicia in sua significata diuidebat; modò verò Accidentis definitionem in principio capitis confestim seu statim auspicatur, & hoc nō ob aliud, nisi quia aliorum prædicabilium, non omnia significata Philosophis deseruiunt; Accidentis verò omnia; & addit bis Ammonius, accidentia non esse corpora, eo ꝙ corporibus addita augerent illa, & sequeretur corporum penetratio; Albertus verò tract 7. cap.1. Aegidius Romanus, Burleus, Gratiadeus, & alij, ex abrupto accidentis diuisionem aggrediuntur, continuatione dimissa tanquàm per se manifesta; solus tamen Ant. Andreas sic continuat; postquàm Porphyri⁹ determinauit de proprio, quod prædicatur in quale accidentale conuertibiliter, & per se. Nunc determinat de accidente

Continuatio Ammon.

dente, quod prædicatur in quale accidentale nõ connertibiliter, nec per ſe; eo quod accidens extraneum eſt, & aduentitium, inquit D. Caietanus.

Diuiſio. Quoad diuiſionem verò ſpectare videtur; Albertus in tres partes diuiſiſſe videtur, ſimiliter D. Caietanus, & Gratiadeus. In prima aſſignat vnam accidentis definitionem ſecũdùm modum propriũ, inquit Paulus Venetus. In ſecunda vnam ponit diuiſionem. In tertia verò duas alias ponit accidẽtis diffinitiones: Aegidius verò Ant. Andreas, & Burleus in quatuor partes diuidunt, addentes epilogum; quamuis hæc verba, ad caput de communitatibus referat Philippus Mocagata: ego verò

Propria opi. dico, caput hoc de accidente in quinq; partes eſſe diuiſum. In prima vnam aſſignat accidẽtis definitionem ſecundùm modum Peripateticorum. In ſecunda ponit vnam accidentis diuiſionem dicens, ꝙ accidens ſic definitum duplex eſt, videlicet. Separabile, vt dormire, legere, &c. & inſeparabile, vt nigredo in coruo. In tertia remouet dubitationem ex prædictis oriri poſſibilem. In quarta duas alias ponit accidentis definitiones quarũ prima melior eſt quàm ſecunda. In quinta epilogum ponit, in quo finaliter omnia de quinq; vniuerſalibus dicta recapitulat, continuando ſe ad aliud caput, in quo omnia prædicabilia penes eorum conuenientias, ac diſcrepãtias comparabit. Nos verò ſingulas huiuſmodi partes declarabimus, ſi prius more ſolito, terminos in hoc capite de accidente poſitos, in medium afferemus.

Verba textus Accidens. [Accidens]. Accidens, inquit D. Caietanus, & Burleus hic, dupliciter poteſt ſumi; vno modo vt diuiditur contra ſubſtantiã, vt in illa diuiſione, qua diuiditur ens, in ſubſtantiam, & accidens, 7. Metaph. & ſic accidens eſt nomen primæ intẽtionis commune ad nouem prædicamenta accidentium; alio modo ſumitur accidens, vt diſtinguit contra reliqua quatuor prædicabilia, & ſic eſt nomen ſecundæ intentionis, & hoc modo ſumit in præſenti, & dicitur accidens a cadendo, quaſi ad aliud cadens, puta, ad ſubiectum cui inhæret, vt inquit Verſorius Scotiſta, & ratio eſt inquit Caietanus, quoniam de ſecundis intentionibus adiunctis primis hic ſermo habetur principaliter, & non de rerum naturis, de quibus agitur in Logica per accidens, vt in anteprædicamentis q. 3. dicebat Scotus: pro qua re ad ſecundam conc. in cap. de proprio recurras, vbi ſufficienter de mẽte Scoti

Verba textus accidens diuidebatur. [Hoc enim ipſius ſeparabile eſt, illud verò inſeparabile.] Accidens duplex ſeparabile, & inſeparabile 5. Metaph. tex. com. vltimo, Inſeparabile definitur per ſuum ſubiectũ 7. Metaph. 40. ſine quo eſſe non poteſt 4. Metaphy. 25. & 7. Metaph. com. 2. Accidens ſeparabile eſt, vt deambulatio, dealbatio, &c. Inſeparabile, vt nigredo à coruo. Et riſibilitas ab homine, cũ fluat

Verba textus ab eſſentia eius. [ſemper in ſubiecto ſubſiſtens]. Accidens ob paruam entitatem, quia eſt propinquum non enti 6. Metaphy. com. 4. ſemper eſt ſubiecto inexiſtens, & inhærens, & ab altero ſubſtẽtatum. His vt præfixus ordo obſeruetur præmiſſis, litera eſſet conſtruenda. Sed antequàm eam conſtruamus de accidente hanc diuiſionem accipias Nouitie.

Diuiſio Accidentis.

Accidens, ſi vim vocabuli inſpicias, dicitur ab accidendo, eo ꝙ alteri, vt ab eo ſubſtentetur, accidit, vel dicitur ab accedendo, eo ꝙ ad alterum, puta, ad ſubiectum actu exiſtens, accedit. Vel dicitur accidens à cadendo, quaſi ad aliud cadens .i. ad ens completum ſubſiſtens vltimatè, ſi eſt accidẽs perfectum, vt eſt caliditas, albedo, &c. Si verò eſt accidẽs imperfectum, ſcilicet ens imperfectum non ſubſiſtens, ſed exiſtẽs, vt ſunt præuiæ diſpoſitiones accidentales, quibus agens naturale materiam primam diſponit, vt ab ea formam educat; hinc accidens, ens aduentitium appellari ſolet, inquantùm ad aliud ab extrinſeco venit. Vnde accidens in vniuerſum, ſeu communiſſimè ſumptum, dupliciter ſumi poteſt, vno modo videlicet, pro prima intentione, alio verò modo pro ſecunda intentione, quam diſtinctionem receperunt, Burleus in hoc cap. de Accidente, Petrus Tataretus, & D. Caietanus hic, & p. p. q. 3. cõmen. 7. accidens pro ſecunda intentione eſt iſta vox, accidens; vt eſt vnum de quinq; prædicabilibus, ab Ariſtotele 1. Topic. c. 4. poſitis. Accidens pro prima intentione ſeu accidens reale prædicatur de nouem prædicamentis accidentium, & dupliciter ſumitur; vno modo, videlicet, participialiter, inquantùm ſignificat aliquod prædicatum contingens, ſeu participium verbi, accido, dis. Alio modo nominaliter, inquantùm eſt nomẽ declinabile, & res quæ verè eſt accidens, de qua re D. Thomas p. p. q. 77. art. 1. ad quintum argumentum, & de ſpiritualibus creaturis art. 2. Accidens pro prima intentione quod dicitur ens participialiter ſecundùm ſe, poteſt eſſe, tam ſubſtantia, quàm accidens, & dicitur accidens pro extraneo 2. de anima text. com. 65. vt ſic dicimus, ꝙ albedo eſt accidens parieti, quia non eſt de intrinſeca ratione quidditatiua parietis, & riſibilitas eſt accidens homini, & homo eſt accidẽs animali inquãtùm non eſt de intrinſeca ratione quidditatiua animalis, quomodo omne inferius le habet reſpectu ſuperioris, & de hoc accidente pro extraneo loquens, dicebat Ariſtoteles in prædicamento relationis, ꝙ eſſe bipedem, & eſſe hominem, eſt accidens domino, quamuis homo ſecundùm ſe ſit ſubſtantia, & ſic accidens participialiter ſumptũ ſecundùm Franciſcum de Maironis importat inhærentiam actualem reſpectu ſubiecti cui pręſentialiter inhæret, atque inexiſtit; & ſic poteſt eſſe, tam ſubſtantia, quam accidens. Accidens verò nominaliter ſumptum nunquàm poteſt eſſe ſubſtãtia, ſed habet denominare ſubiectum formaliter tale, & diſtinguitur contra ſubſtantiam, & ſic importat inhærentiam aptitudinalem reſpectu ſui ſubiecti, cui aptitudinaliter ineſt, ſed actualiter ineſſe poteſt; & ſic ſumptum accidens 7. Metaph. tex. 16. definitione additamentali per ſubiectum definitur, ſecundùm communem opinionẽ. Vnde

Ethimologia Accidentis.

de

de 7. Metaphy. com. 15. dicebat Auerroes, quod licet accidentia propriam, & quidditatiuam definitio nem non habeant, tñ additamentali definitione non carēt, cuius verba sunt ista: qui dicit acciden tia habere definitionē, dicit ea habere magis q̄ ha bent, & similiter qui dicit, quod de eis non dr̄ hoc no men ens, & diffinitio, dicit ea nō habere illud qđ debent habere, qđ de essentialibus, seu copulatis accidentibus est intelligendum. Vnde com. t 7. & partim 18. dicebat, quod accidentia sunt in subiecto duobus modis, aut, videlicet accidentaliter, vt al bedo in hoīe, aut essentialiter, vt simitas in naso, & in hæc verba prorupit Auerroes: simitas .n. est in naso de accidentibus essentialibus, albedo sūt est in hoīe de accidentibus nō essentialibus, & iō non est necesse, vt homo ponatur in definitione albedinis, sicut est necesse, vt nasus accipiatur in definitione simitatis, hoc .n. nomē significat ambo, scilicet cōcauitatem, & nasum. Et quia hoc modo sumptum accidēs, habet denominare subiectum cui inhæret, formalr̄ tale, notandū est, vt inquit Titelmanus Scotista, quod ista tria sunt inuicem coexistentia, videlicet. Denominatū, denominatiuū, & denominans, v.g. in hac propositione, Homo est albus albedine; q̄ est in quarto modo dicendi per se scđm Scotistas, cū in ea prædicetur effectus for malis de hoīe mediāte sua causa formali. Homo, est denominatū, albus, est denominatiuū, albedo verò est denominās, seu ratio denominādi hoīem album. Et sic dicebat Franciscus de Maironis in suo conflatu lib. 4. dist. t 1. q. 1. secundæ partis illius distinctionis, quod accidentia quæ habēt denominare subiectū formalr̄ tale, sunt in quadruplici differentia. Quædam .n. sunt absoluta insepara bilia quæ fluunt a forma, vt risibilitas in hoīe, & hinnibilitas in equo, alia sunt absoluta separabilia quę fluūt à materia, qualia sunt accidētia cōia, vt albedo, caliditas &c. alia sunt accidentia respectiua intrinseca, vt sunt relationes reales intrinsecus aduenientes, cū suo fundamento realiter idētificatæ scđm Scotū, vt est similitudo inter duo alba, & æqualitas inter duo æquē quāta. Alia verò sunt accidētia respectiua intrinseca, vt sunt relationes extrinsecus aduenientes, à fundamēto realiter distinctæ, vt combustio; quorū accidentiū sufficiē tia sic pōt sumi: accidentium, aliud est absolutū, aliud verò respectiuū: Si absolutum, aut est inseparabile, vt propriū, aut separabile, vt cōe: si respe ctiuū, aut est intrinsecus adueniens, vt relatio intrinsecus adueniēs, cū fundamento identificatū, aut est extrinsec⁹ adueniēs, à fundamēto realr̄ distinctū, vt sunt relationes extrinsecus aduenientes.

Accidens verò absolutum cōe fluēs à materia; aut est vniuersale, aut particulare: Si vniuersale aut genericum, vt color, aut specificum, vt albedo: si est particulare, aut genericum, vt hic color, aut specificum, vt hæc albedo. Et sic dicitur accidēs denominare subiectum formaliter tale, deno minatione intrinseca si est in denominato, vt paries est albus albedine sibi inhęrēte; aut denominatione extrinseca, vt paries dr̄ visus, seu videri, visione existente in oculo vidente, non aūt in pariete viso, & hæc pro nunc de accidēte quoad terminorum spectat explicationē; quia plura ex Scoto infra dicemus. Et quia dictum est de accidente aliud eē separabile, aliud verò inseparabile: notandū est Nouicie quod dupliciter dici pōt aliquod accidens à subiecto separari; vno modo quod possit à subiecto separatū per se existere, & tunc naturaliter hoc fieri non potest, eo quod accidens siue absolutū, siue respectiuū, nullo modo naturaliter sic separari pōt à subiecto, benē tū hoc fieri pōt per potentiam Diuinā, eo quod licet accidens dicat ordinē essentialem secundū quid ad subiectum, per diuinam tñ potentiam à subiecto separari potest, qñ vult Deus, vt omne accidēs absolutum existat sine subiecto, quod de accidente respectiuo, vt de paternitate, & similitudine respectu suorū fundamentorū dici non potest secundùm Scotū 4. sen. dist. 1 2. q. 1. Alio modo dici potest accidēs à subiecto separari cum sui iactura; videlicet, vt simul ac à subiecto separatur corrumpatur subiecto rema nente incolumi, & hoc modo omne accidēs tam absolutum, quàm respectiuū, vt paternitas, separari potest à subiecto, nam sicuti separari potest caliditas à ligno, ipso ligno incorrupto remanēte, ita & paternitas separari potest à Socrate, vnico eius filio mortuo, cuius non est ampli⁹ filius, ipso Socrate remanente nō patre; non tamen separari potest à Socrate paternitas, ita vt re maneat pr̄ filij viui, vel mortui: Et sic dicitur accidens inseparabile, inquantùm nō pōt per potētiā nālem, siue subiecto, vel fundamēto existere.

[Accidens aūt est] .i. sed illud dr̄ accidens quin tum prędicabile pro secunda intentione sumptū, inquit Caietanus [Quod adest] .i. est præsens, seu præsentialiter subiecto inexistit. [Et abest] .i. est absens, seu à subiecto separatur [pter subiecti cor ruptionem] .i. absq; hoc, qđ subiectum eius corrumpatr̄, si est accidens reale pro prima intētione; vel indifferēter affirmari, & negari cōtingit de subiecto, absque hoc quod subiecti ratio destruatur, si est accidēs pro scđa intētione, vt inqt Caietanus: [Diuiditur aūt in duo] .i. duplex est accidēs sic definitum. [Hoc .n. ipsius, separabile est, illud verò inseparabile] .i. ipsius accidentis sic definiti, hoc separabile est à suo subiecto, illud verò aliud acci dens inseparabile est à suo subiecto [Dormire quidem separabile accidēs est] .i. actualiter, seu actu dormire, separabile accidens est .i. separari pōt ab animali dormiente: [Nigrū verò esse inseparabiliter coruo, & Aethiopi accidit] .i. nigredo verò est accidens inseparabile à coruo, & ab Aethiope, qui ideo niger est, quia semen in matrice Matris eius, decoquitur decoctione forti, vt tract. 7. c. 1. inqt Albertus. [pōt .n. intelligi, & coruus albus] .i. mēte cōcipi pōt per primā opationē itellectus, coru⁹ albus .i. negatiuè sine nigredine .i. absq; hoc quod cōsideretur eius nigredo. [Et Aethiops abijciēs colorē] .i. & simlr̄, æthiops sine suo colore nigro .i. nō consideratis eius nigredine. [præter subiecti .i. corui, & æthiopis interitum. [Definiunt autem sic quoque] .i. hoc etiam secundo modo peripatetici, definiunt accidens [accidens est qđ cōtin-

Notandū Titelmano.

Notandū ex Franc. de Maironis.

Notandum.

Constructio litteræ.

git eidem inesse, & non inesse].i.accidens indifferenter se hẽt,ut inhærere possit, & non inhærere eidem subiecto ẽm numerum, quamuis necessariò insit huic,uel illi subiecto,cùm accidentia esse sit actu,vel aptitudine subiecto adiacere. [Et qđ neq; genus est, neq; dña, neq; spẽs,neq; ppriũ] .i. & tertio modo definitur accidens à peripateticis sic.p abnegationem aliorũ quatuor,à quorum vnoquoq; distinguitur accidens[semp autẽ est in subiecto subsistens].i.licet separetur ab his quatuor reliquis pdicabilib.non tñ à subiecto separatur,cui semper inexistit[oĩbus aũt determinatis q̃ proposita sunt].i. definitis,& declaratis à nobis, oĩbus quinq; prædicabilib. q̃ in prohemio declaranda proponebamus. [Dico aũt genere, spẽ,dña,proprio,& accidente].i.volo dicere, q il la q̃ in prohemio proposuimus,a;ia non erãt,nisi ista,q appellantur noĩe generis, spẽi,drię, proprij,& accidentis.[Dicendum est,q̃ eis cõia sunt, & q̃ propria].i.his quinq; prædicabilib.sic declaratis quoad eorũ essentias;mox de eorum cõitatibus.i.in quo conueniant, & eorũ pprietatib. p quas differant,erit nobis differendũ : nunc uerò ex litera sic constructa, aliquas colligamus.

CONCLVSIONES.

1.concl. *Accidens est,quod adest, & abest præter subiecti corruptionem.*

Conclusio hęc Platonis fuisse dr ab Antonio And.& per actum inhærendi tradita,sicuti secunda p possibilitatem inhærendi est data, ut Alber. tra. 7. c.3.& post ipsum clarius dixit Gratiadeus Esculanus in hoc cap. de accidente : sed qa fortè dubitabit hic Nouicius,defensu istius conclusio-
1.opin. nis,ideo ut oĩs auferatur hæsitãdi occasio,uarios intellectus,ac diuersas Doctorũ glosas adducam, vt deinde sine molestia, meliorem eligamus. Prima est quorundam Arabum,ut Auicennę,Algazelis,Alpharabij,& Iacob filij Alchindi, apud albertum tra.7.c.1.dicentium,definitiones accidẽtis à Porphy.& alijs peripateticis traditas, multipliciter reprehensibiles esse, vitiosas, ac imperfectas,cùm in eis ponantur multa non vera,imperfecta, uel impertinentia ; ad quod verificandum suas adducunt rões, quas suo loco ordinatè dissoluemus. Sed opinio ista tãq̃ temeraria ad Mauros,ubi est exorta est dimittenda ;a q̃bus nec partim Auer.deuiauit,vt in prohem. huius lib.ex Tiberio Bonon.supra dicebamus:& quia Aris.sñia, quam secutus est Porph. in præsenti uera est, & ab oĩbus alijs approbata,non calumnia, sed glo-
Albertus. sa vř indigere:vnde Albertus Magnus trac.7.c.2. sic exponit,accidens est qđ adest, & abest præter subiecti corruptionẽ.i.accidens est vłe,qđ modò affirmando,modò negando non essentialiter pdicatur de subiecto, eodẽ incorrupto remanente:
2. opinio. Aegidius verò ly. accidens est, qđ adest, & abest pter corruptionẽ,simpliciter profert, sic Burle',
3. opinio. & Gratiadeus, vnum tñ adit Aegidius dicens, ex D.Aug. q accidens est cuius pñtia subiectum nõ
4. opinio. constituit,& cuius absentia non destruit: Caietanus uerò Albertũ sequutus,inquit. accidens.i.accidentale pdicatũ est, qđ indifferenter affirmari, & negari cõtingit,absq; hoc, q subiecti ratio destruatur:uel breuius,ut ipse inquit: accidens est cu ius nec affirmatio, nec negatio,subiecti rõnẽ tollit;hinc quo animaduertit Caietanus in hoc Sco Notandum tũ sequutus. Primũ q hic dupl̄r sumi põt adesse, ex Caietano & abesse,vno mõ,videlicet p adesse, & abesse realiter,sicuti caliditas põt realiter ad esse aquæ, & abesse ab aqua,& hoc mõ non sumit in pñti, cũ hic non agatur de accidente reali;alio mõ sumitur p adesse,& abesse intentionali.i. p affirmatione, & negatione:secundũ q ly, pter subiecti corruptionẽ,hic non sumit p corruptione ẽm rem, de qua Arist.1.de Gen. t.18.dicebat,q corruptio vnius est gñatio alterius: sed de corruptione, seu defectu rõnis,seu definitionis ipsius subiecti.i. absq; hoc q existimet subiectũ corrũpi,ut inq; Auerr. Scotus verò Ant.And.Ioan.Anglicus, & Mauritius dicunt: accidens adest pter subiecti corru- 5. opi. Scoti. ptionem.i.subiectũ põt intelligi subijci,& nõ subijci,sine destructione sui intellectus.i. pprię definitionis,uel sine repugnantia intellectuũ:sic igiẽ glosata concl. q̃ licet sit intelligenda de accidente p 2.int.sumpto,argumenta tñ in contrariũ adducenda,de accidente p prima int. vñr sonare.

Vnde contra hanc conclu. arguitur de mente Arguitur 1. Auicennæ,& aliorũ Arabũ. Et primò sic. In hac definitione nõ ponit genus,qđ est vłe,nec ponit dña cõtrahens vniuersale ad ipsum accidens,p q̃ accidens possit differre ab alijs pdic. Ad hoc resp. Resp. q subintelligitur,ly vniuersale,tanq̃ genus,vt bñ dixit Pet.Niger q.55.sicuti in alijs ẽt intelligebatur:similiter subintelligitur dña, videlicet in qua Definitio accidentis. le,nõ essentiale inconuertibiliter: vñ tota definitio sic est colligenda : accidens intentionale est vniuersale, qđ adest.i.pdicat in quale, non essentiale inconuertibiliter de suo subiecto, & abest.i. & nõ sic pdicat̃ pter sui subiecti corruptionẽ; In qua definitione[accidens]est res definita [intentionale]ad dñam accidentis realis [pdicat̃ in quale]pp genus, & spẽm,q̃ prædicantur in quid [nõ essentiale]pp dñam,q̃ pdicatur in quale essentiale[inconuertibiliter]pp ppriũ, qđ pdicat̃ in quale accidentale conuertibiliter de suo subiecto, & hęc est definitio accidentis inquantũ est quintũ pdicabile Secundò arguitur sic: Nulla definitio Arguitur 2. dẽt dari p opposita,sed ly,adest,& abest, sunt opposita, ergo malè definitur accidens p adesse, & abesse à suo subiecto. Ad hoc resp.ex Caiet. q adesse,& abesse dupliciter pñt considerari, uno mõ Responsio. simul,& sic sunt contradictoria; alio mõ successiuè: Tũc dico q hic sumuntur adesse & abesse nõ primo modo simul,sed secundo mõ & successiuè .i.adest uno tpe,& abest alio tpe.Secundò resp. q illa particula,&,hic non sumitur copulatiuè, sed disiunctiuè : ita ut iste sit sensus huius definitionis:accidens est,quod adest.i.est præsens, &.i.uel abest.i.est absens præter subiecti corruptionem, & q hęc sit mens Porphyrij testis est Simplicius 2. Physicorum, textu 1. qui de mente Porphyrij dicebat, q in definitione naturæ ponuntur duo opposita,nempè motus,& quies,inq; Simplicius

q

ꝙ illud, et, ibi sumitur pro vel, idem dixit Simpl. 4. Physic. tex. 30. vbi inquit, ꝙ Homerus vsus est coniunctione, & vel pro, & è conuerso. Vnde à simili hic est intelligendus Porphyrius, ꝙ accidens adest, vel abest, præter subiecti corruptionem, vel dicere etiam possumus ꝙ ly, &, sumitur copulatiuè, & tunc faciet istum sensum: Accidens est qđ adest, & abest in diuersis temporibus si est accidens separabile. Aut adest, & non abest, si est accidens inseparabile. Arguitur 3. Tertiò arguunt Auic. Algazel, & Abunazar Alpharabius sic. Mors, & febris in animali, & combustio in ligno, sunt accidentia, & tamen sunt cùm corruptione subiecti; amplius calor naturalis abest animali cum corruptione eius, ergo falsum est dicere, ꝙ accidens adest, & abest præter subiecti corruptionē.

Resp. multiplex. Ad hoc commune argumentum multiplex est respondendi modus: & i primò respondetur ex Ammonio, ꝙ Febris, vel nimium frigus, dum in animali recipitur, non tamquàm in subiecto recipitur, sed tamquàm in subiecto in corpore recipitur, cui nō aduersatur febris, licet aduersetur temperamēto ipsius corporis, & sic febris contraria est alteri qualitati, nō autem corpori; nam vna corporea qualitate expulsa, ac profligata, alia in alterius locum se insinuat, & sic febris, & mors sunt in subiecto, puta, in corpore præter corporis corruptionem, quamuis corrumpatur animal. ij Secundò respondetur ab alijs antiquis Latinis, ꝙ combustio est in domo præter domus corruptionem, quia post domus corruptionem adhuc intelligitur domus, seu remanet intellectus ipsius domus, qui remanet in esse cognito, sed hunc loquendi modū reijcit Albertus: iij alij verò dixerūt, ꝙ mors est in mortuo præter eius corruptionem, quia remanet in elementis, vel in materia prima, hunc respondendi modum reijcit Albertus, quamuis quodāmodo eum acceptasse videatur Gratiadeus Esculan^s, dub. 4. super caput de accidente; inquit enim ꝙ subiectum mortis, est materia prima, quæ est incorruptibilis; sic enim inquit, mors, & vita opponūtur, vt habitus & priuatio, subiectum aūt vitæ est materia, quæ est subiectum aīæ influentis vitam; vnde illa etiā Materia est subiectum mortis; & quia Materia prima est ingenerabilis, & incorruptibilis 1. Phys. tex. 82. patet ꝙ huic subiecto adsunt, & absunt vita, & mors sine ipsius corruptione:

Dub. ꝙ si dicas; homo est subiectū corruptionis qui moritur;

Resp. Respondit ꝙ id, qđ per corruptionem tollitur, non est subiectū corruptionis, sed terminus eius, sed subiectū generationis, & corruptionis est materia quæ manet: Sed ista responsio iudicio meo non potest stare, quia & si subiectū generationis substantialis est ens in potentia, vt materia prima ingenerabilis, & incorruptibilis; & subiectū generationis accidentalis est ens in actu 1. Phys. 63. 5. Phys. com. 8. & 2. de aīa com. 4. tamen subiectum corruptionis est ens in actu, puta ipsum cōpositū & sic subiectum corruptionis, & mortis non est materia prima. Sed ipsum ens in actu, qđ est aīal; vnde dicebat Albertus tract. 7. c. 2. ꝙ ista opinio nō pōt stare; est enim sententia ista Gratiadei Thomistæ contra S. Tho. doctrinā secundo cōtra gentes c. 81. vbi inquit D. Thomas, ꝙ accidens est, qđ adest, & abest præter corruptionē subiecti. i. cōpositi ex materia, & forma, qđ subiectum nō est materia prima. Tertiò respondet Albertus, & eū sequēs Caietanus, ꝙ mors non est accidēs mortuo, nec cōbustio est accidēs domui combustibili, sed sunt repugnātia, seu cōtraria pdicata; mors. n. est dissolutio principiorum substātialium vitæ in eo quod mortuū non est, vt patet in morte equi; & cōbustio est dissolutio principiorum cōtinentiū figuram domus: & sic ista non sunt accidentia de quibus nunc loquimur, sed contraria, quæ non possunt simul stare, sine corruptione eorū in quibus recipiuntur: vel clarius mors, & combustio non sunt accidentia per accidens, sed per se, sicut dicitur 1. Post. tex. 34. ꝙ interfectus per se interijt propter iugulationē, & hoc modo Albertū saluat Paulus Venetus in præsenti.

Quartò, & iudicio meo satis acutè quidē rūdit Aegidius Romanus dicēs, ꝙ ly adest, & abest, sunt diuersa verba, quæ diuersas habent terminationes, ita vt dicamus, ꝙ accidens est qđ adest pter subiecti constitutionē, & abest pter subiecti corruptionē, & ita ly præter subiecti corruptionē, determinat tātùm illud verbū, abest, & hoc dixit Aegidius D. Aug. dicto innixus, qui de accidēte loquens sic dicebat, accidens est cuius præsentia subiectū non constituit, nec eius absentia destruit; vnde inquit Aegidius ꝙ quū mors adest homini, non adest pter eius corruptionē, imò corrūpit; & hāc expositionem sequutus est ēt Burleus in pnti c. de accidente ad secūdum argumentū. 4. opi.

Quintò rūdetur ex Versorio Parisiēsi Scotista, ꝙ mors dupliciter potest sumi, vno modo materialiter pro alteratione quæ pcedit corruptionē viuentis, & sic est accidens potēs adesse, & abesse pter subiecti corruptionem; Alio modo sumi pōt formaliter, pro subita mutatione, & corruptione viuētis, qua mutatur de esse, in nō esse, & hoc modo nō est accidēs de quo loquimur in psenti, sed est substantia, vt inquit Petrus Niger q. 55. qđ ēt dici pōt de combustione. 5. opi.

Sextò rūdet de Inia Sco. q. 35. Ant. And. in c. de accidēte q. Vnica circa finem, Io. Anglici, & Mauritij Hibernici. Scotus. n. qui benè vidit Albertum, & Aegidium, circa hoc nihil dixit de suo, sed vnam respōsionē affert ab Alberto impugnatam, quam probabilē existimat; Deinde ex propria sententia respondere volens, Aegidio Romano adhæsit, eiusq; sequutus est opinionem. Prima Scoti responsio est talis; Mors, & corruptio adsunt subiecto præter huiusmodi subiecti corruptionem, quod subiectum est materia prima, ingenerabilis, & incorruptibilis 1. Phy. 82. 7. Metaph. 26. & 12. Metaph. com. 18. & sic nec subiectū mortis est homo, nec dom^9 est subiectū cōbustionis, sed horū sola materia est subiectū, vel saltē cōpositum rōne mīæ primæ. 6. opi.

Contra. Cōtra, corruptio est illi^9 subiecti in quo est, ergo aut mīa corrūpetur, aut subiectū mortis, & corruptionis, erit cōpositū ex mīa, & forma.

Resp. Ad hoc rūdit Scotus, ꝙ duplex est subiectum; vnū videlicet Denominationis, alterū verò est subiectū informōnis.

Primum subiectum est ipsum compositum naturale, vt equus, bos &c. Et hoc subiectum corrumpitur per aduentum mortis, seu corruptionis, subiectum verò informationis, quod est materia diuersis formis informabilis successiuè, nunquàm corrumpitur; vnde ad argumentum formaliter respondetur ꝙ per aduentum mortis, benè corrũpitur subiectum denominationis, cuius est corrũpi, & generari 7. Metaph. 27. & 32. subiectum verò inhæsionis, seu informationis nõ corrumpit, nisi per accidens, ratione compositi quod dicitur per se corrumpi: vnde sumitur commune dictũ Scotistarum, ꝙ compositum corrumpitur terminatiuè, materia verò subiectiuè. Contra, si materia est subiectum informationis, ergo etiam erit subiectũ denominationis, probatur cõsequẽtia, quia forma illud subiectum denominat in quo est, vt albedo denominat parietem in quo est formaliter, & sic materia prima posset corrumpi. Ad hoc respondetur ex Scoto in quolib. 3. ar. 4. Et ex Francisco de Maironia in suo conflatu lib. 1. dist. 5. q. 2. & quolib. 9. vbi habetur quando forma denominat suum susceptiuum, & quando non denominat; ego vero quia de hoc plurima dixi in prædicamentis in cap. de qualitate, pertinẽseo pro Nouicio hoc exemplũ afferre, ꝙ intellectus informatur specie lapidis, non tamen dicitur lapideus, & oculus informatur specie viriditatis, non tamen dicitur viridis. Et sic ego dicerem ꝙ materia prima dicit corruptibilis remotè, & subiectiuè, compositum verò ꝓpinquè, & terminatiuè: Quòd si quæras, potest ne materia prima immediatè in se recipere accidentia realia, de quibus nos nunc loquimur in præsenti? Ad hoc respondere videtur quidam Scotistæ, quòd non: ego verò cum distinctione sic respondeo; accidentia realia sunt duplicia, videlicet incompleta ꝑ modum fluctis, & completa per modum stantis, & permanentis: tunc dico ꝙ accidentia primo modo benè potest recipere materia prima, vt sunt dispositiones præuiæ, formæ substantiali introducendæ: hac igitur prima responsione sic stante, ad secundã transit cum Aegidio tenens. Et inquit Scotus, quòd ly, subiecti corruptionem, determinat ly, abesse tantùm, & non etiam ly adesse, seu ambas partes copulatiuè. Septimò respondet Nicolaus de Orbellis Scotista, & Gratiadeus Thomista, dicẽtes, quòd accidentia sunt duobus modis, quædam enim sunt accidentia positiua, quæ ponentia aliquam entitatem in subiecto denominãt illud formaliter tale, vt albedo, caliditas, dulcedo, &c. alia sunt accidentia priuatiua seu negatiua, vt mors, febris, combustio, &c. Definitio accidentis debet intelligi de accidentibus primo modo, non autẽ de accidentibus priuatiuis secundo modo. Sic etiam respondet Paulus Venetus, multas respõsiones simul coaceruans dicens, quòd Porphyri⁹ loquit de accidentibus in cõcreto, & non in abstracto, positiuis, & non priuatiuis, quorum subiectũ est in actu, & non in potentia, modò mors, corruptio, & combustio, sunt accidentia in abstracto, priuatiua, quorum subiectum est in potentia, videlicet in materia prima. Sed contra, calliditas abest ab animali cum eius corruptione, ergo nec valet de accidentibus positiuis. Respondetur ꝙ ablato calore aduentitio ab animali, nõ corrumpitur animal; Dices, sed corrumpitur ablato calore naturali, seu calore innato. Respondeo, quòd corrumpitur animal hoc calore ablato, nõ ꝑtimò, sed secundariò, quia si abest calor naturalis, statim qa calido viuimus, separatur ab animali, forma substantialis dans ei primum esse, id est, esse simpliciter tale. Et sic optima est responsio Gratiadei, quia gratia dei omnipotentis factũ est, vt iste sic responderet, vt vna reperiretur respõsio ad omnia argumenta tollenda, vt Nouicijs ad multas veritates additus pareetur.

Contra. / Responsio / Dub. / Resp. / 7. opin. / Contra. / Resp. / Instantia / Resp.

Tertiò principaliter arguo sic: Accidẽs simul acà subiecto separatur, statim corrumpitur, ergo accidens non adest, & abest à subiecto pręter subiecti corruptionem; antecedens probatur, quia accidentis esse est subiecto inhærere, sine quo nõ potest esse 4. Metaph. 25. & 7. Metaphy. commento 2. Consequentia probatur, quia si abesset à subiecto, posset esse sine subiecto, quod falsum, vt patet per textum in antecedente adductos. Ad hoc respondetur hac distinctione præmissa; Accidẽs dupliciter potest sumi, vno modo videlicet, vt distinguitur contra substantiam, & sic accidens est quid commune ad accidens cõmune, & propriũ, & tunc accidens, & proprium non sunt vniuersalia distincta. Alio modo sumitur vt distinguitur contra proprium, & sic est omne illud, quod advenit rei post esse completum, & non fluit à principijs essentialibus subiecti; & sic ens reale diuiditur in substantiam, & accidens: accidens verò in accidens per se, vt est proprium; & accidens per accidens, vt est accidens commune, & hoc vltimũ hic à Porphyrio definit. Hinc triplex est accidens contra substantiã diuisum, videlicet. Aut cõe qđ non determinat sibi subiectum, nec è cõtra, & sic albedo est accidẽs hõis; aut est accidẽs proprium qđ determinat sibi subiectũ, & è contra, vt sic risibile est accidẽs hõis, cũ quo conuertit. Aut est accidẽs qđ sibi determinat subiectũ, & non è cõtra, & dr accidens copulatũ, & vt sic est simitas respectu nasi, non aũt è contra: qa etsi simitas nõ põt esse sine naso, potest tũ esse nasus sine simitate, vt est nasus aquilinus. hac distinctione sic pręuia, ad argumentũ ex Alberto tracta. 7. c. 2. Aegidio in c. de accidente dubio 2. & Versorio Parisiensi Scotista respondeo, ꝙ accidens cõe dupliciter potest sumi, vno modo pro hoc, & illo accidẽte, in hac, vel illa materia recepto; Alio modo pro accidẽte vniuersali abstracto à particularib⁹ accidẽtibus; tũc dico ꝙ accidẽs hoc, vel illud, in hoc, vel illo subiecto receptũ est fluxibile, & corruptibile, sed accidẽs in vniuersali abstractũ, & acceptũ ab hoc, & illo accidẽte particulari, est incorruptibile, sicuti & alia vlia sunt incorruptibilia: vniuersalia enim à singularibus sunt collecta 1. de anima com. 8. 3. de anima 18. & 12. Mrtaph. com. 4. Contra, corrupto vno correlatiuorũ corrũpit, & reliquũ, sed vle, & particulare sunt relatiua, & hoc, & illud acci-

Arguitur 3. / Resp. / Notandum. / Resp. / Contra.

accidens particulare est corruptibile, ergo, & accidens vniuersale est corruptibile. Maior probatur ex prima io cap. de ad aliquid, vbi habetur quod vnû aufertur ad ablationem alterius, sic vnum definitur per alteram 9. Metaph. com. 11. Minor probatur ex 7. Metaph. com. 57. vbi dicit Auer. quod vniuersale, & particulare sunt ad aliquid, ergo accidens vniuersale est corruptibile. Ad hoc respondeo quod vniuersale, & particulare sunt relatiua formaliter, & vno ablato aufertur alterum formaliter quoad relationem, non autem fundamentaliter, quia mortuo patre, moritur filius non fundamentaliter quoad esse hominis, sed formaliter quoad filiationem quam deperdit; & idem dicendum est de accidente communi, & accidentibus particularibus, quod accidens commune fundamentaliter, quoad suam entitatem, non corrumpitur corrupto hoc, & illo accidente, sed corrupto subiecto. Contra, data hac solutione sequeretur, quod accidens vniuersale non prædicaretur de accidentibus particularibus, sic. Nullum incorruptibile prædicatur de corruptibili, sed accidens vniuersale est incorruptibile, & accidẽtia particularia sunt corruptibilia, ergo non prædicatur de illis. Respõdeo, quod accidẽs vniuersale, vt est in particularibus accidentibus, est per accidens corruptibile, vt verò consideratur secundùm se, est incorruptibile, ex eo quod semper continuatur per successionem in diuersis accidẽtibus particularibus, vnde vniuersalia dici non possunt per se generabilia, & corruptibilia nisi per accidens, vt 1. Metaph. com. 27. dicebat Auerroes.

Quartò principaliter sic. Ista definitio accidẽtis competit alijs ab accidente, ergo non bona, antecedens probatur, quia competit formæ substantiali, quæ adest, & abest à subiecto præter subiecti corruptionem, cùm sit actus corporis physici potentia vitam habentis 2. de anima tex. com. 6. sine eius corruptione. Ad hoc respondetur, quod forma substantialis aduenit enti in potentia, non autem enti in actu, & ideo sibi non competit definitio, accidentis, quod aduenit enti in actu, quod est substantia composita; nam sicut subiectum generationis, differt à subiecto alterationis, ita forma substantialis differt ab accidente. Contra, animæ subiectum est corpus, & corpus est ens in actu, ergo subiectum formæ substantialis est ens in actu, ergo definitio accidentis competit formæ substantiali. Respondeo quod corpus est ens in actu, seu actu est corpus, sed cum hoc, est ordinabile ad formam substantialem; & quando dicis, quòd separatur à corpore sine corruptione corporis, concedo; sed non sine corruptione hominis, cuius corruptio est separatio animæ à corpore. Imò hoc accidens corrumpitur per separationem à subiecto, forma verò substantialis minimè, saltem forma quæ est anima intellectiua. Sed quæret hic Nouicius, quot modis potest corrumpi accidens? Ad hoc respondeo, quod quadrupliciter: & primò per corruptionem subiecti, vt sic corrupto pariete, corrumpitur eius albedo. Secundò per aliud accidens sibi contrarium, vt

Resp.

Contra.

Arguitur 4.

Responsio.

Contra.

Responsio.

Dubit.

Respon.

sic calor nãlis contrarius est frigiditati à qua corrumpitur, tertio colliget com. 20. Tertiò corrumpitur accidens per remotionem causæ, per quam est in subiecto per modum fluxus, vt sic lumen corrumpitur in aere per remotionem solis, sic primo Metheororum, & secundo cœli tex. com. 12. calor, & lumen generatur à stellis attrito aere ab earum latione. Quartò per remotionem sui termini, vt patet in accidentibus respectiuis, vt sic paternitas desinit esse per ablationẽ filiationis mortuo filio, vt in cap. de relatiuis, vbi dicit Aristoteles, quod Relatiua sese inuicem auferunt.

Secunda conclusio sit ista. *Omne accidens, aut est separabile, aut inseparabile.* 2. concl.

Contra hanc concl. quæ ex Porphyrij textu, & 5. Metaph. com. vlt. colligitur, sic arguo. Illa diuisio non est bona, in qua membrum diuisionis repugnat diffinitioni rei diuisæ; sed ista diuisio in hac conclusione cõtenta est huiusmodi, ergo nõ est bona. Maior probatur, quia si quis definiret animal dicens, quod est substantia animata sensitiua, quia animal non posset esse sine sensu, secundo cœli 61. Tertio de anima 60. & 12. Metaphys. 36. deinde diuidens animal dicat; Animal aut est rationale, aut est albedo, ista diuisio esset falsa, quia hoc membrum huius diuisionis, puta, albedo repugnat definitioni animalis, quæ definitio est, ly substantia animata sensitiua. Minor probatur, quia cùm Porphyrius diuidit accidens per separabile, & inseparabile, illud membrum, videlicet: Inseparabile, repugnat diffinitioni accidentis diuisi, quod diffiniebatur per abesse à subiecto, si enim est inseparabile quomodo potest abesse, & si potest abesse, quomodo est inseparabile? Aut igitur diuisio, & secunda conclusio mala, aut definitio accidentis, & prima conclusio est vana. Ad hoc est vna responsio Burlei, quòd ista diuisio non repugnat prædictæ definitioni accidentis à Porphyrio traditæ, quia competit etiam accidenti inseparabili, Nam commune accidens secundùm se consideratum, abstrahit à separabili, & inseparabili, sicuti ens transcendentissimè sumptum abstrahit ab ente reali, & ente rationis, cùm sit neutrum eorum positiuè, vtrumque tamen permissiuè; similiter in respectiuis, relatio abstrahit à relatione reali, & relatione rationis. Hinc dicebat Dominus Caietanus, prima parte, quæstione 28. commento primo, quòd cũ multæ relationes sint reales, & multæ rationis tãtùm, quarum quælibet habet suum, ad, consequens est dicere, quod, ad, inquantùm, ad, neque sit ens reale, neque ens rationis, sed vtrumque permissiuè, quãois neutrum actu, & positiuè: sic etiam à simili, accidens inseparabile respectu vnius, potest dici separabile respectu alterius, verbi gratia, nigredo est inseparabilis à coruo, & à quolibet indiuiduo spẽi coruinæ, est tñ accidens separabile respectu alterius spẽi, puta, humanæ; & sic cõ accidẽs est quodammodo separabile, maximè de accidente sæuenitiio connaturale verò saltem secùndùm intellectum separatur ab illo subiecto, à quo non potest separari secũ rẽ, postq̃ inhæsit, quæuis pñ- 1. Resp. Bur.

 uents

ucnta inhæsione actuali, separatio hæc secũdùm rem possit fieri: Nam vt inquit Albertus tract.7. cap.2.coruus potest nasci albus præuenta sua nigredine; quia si accipiatur ouum corui, & argento viuo,& vnguento, vel sanguine,(vt inquit Nicolaus de Orbellis Scotista) Anseris, vel gatti,seu fellis,quæ sunt frigida animalia, circumliniatur, & nidus fit in frigidissimo loco, nempè in summis montibus frigidis, tunc nascetur coruus albus,& aliquando contingit hoc ex sola frigiditate, & signum euidens est,quia æthiopes in locis frigidis paulatim albescit.

2.resp.Caie. Secunda responsio est Caietani, quòd huic obiectioni respõdit Porphyrius, quòd potest intelligi còruus albus,& æthiops candore nitens præter subiecti corruptionem,idest,licet aliquod accidens sit inseparabile secundùm rem, potest tamen abesse secundùm intellectum; vnde cùm in definitione accidentis ponitur,adest, vel abest; hoc intelligitur de,adesse, & abesse secundùm intellectum, quia & si coruus secundùm rem non potest fieri de nigro albus, potest tamen intelligi albus,quia ei nõ repugnat, nec suæ definitioni, vt denominetur albus. At cùm diuiditur accidens in separabile, & inseparabile, est sermo de separabilitate, & inseparabilitate secũdùm rem, vel quia omnino est inseparabile, vel quia valdè difficile est, vt separetur, & sic dicitur separabile priuatiuè,vt inquit Versorius Scotista, tamen vtroq; modo dicitur inseparabile; sicut aliquid dicitur inuisibile, aut quia omnino non potest videri, vel quia cum difficultate videtur, quod etiam de inodorabili dixit Aristoteles secundo de anima tex.96. Responsio igitur consistit in hoc, quòd accidens dicitur inseparabile non simpliciter, idest, secundũ rem, sed secundùm quid, quia saltem separari potest secundum intellectum; & hoc sufficit ad diuisionem; vt omne accidens sit separabile,vel inseparabile: & ad definitionem, vt omne accidens possit adesse, & abesse præter subiecti corruptionem.

3. Resp. Tertia respõsio est quorundam antiquorum, quòd coruus potest intelligi albus in prima sui creatione, seu in suo primordiali esse, antequàm emittat plumas, sed hæc responsio nõ potest stare, quia semper de necessitate coruus est niger, & licet coruus non dicatur niger ex principijs substantiæ, quæ sunt materia, & forma ad talem speciem, vel tale indiuiduum talis speciei determinata,tamen necessariò est semper niger etiam antequàm habeat plumas, ex vitalis complexionis, ex qualitatibus ipsius corui,fluentis.

4. Resp. Quarta responsio est apud Aegidium, & videtur illa quam partim sustinet Caietanus, quæ est talis: coruus potest intelligi albus,idest, essentia corui intelligi potest sine nigredine, & ideo sub opposito accidente,idest,sub albedine:ista rñsio, vt ingenuè fatear, nunquàm à me sine scrupulo fuit sanè intellecta; vnde contra eam solitus sum

Contra. sic arguere: si coruus potest intelligi albus, aut intelligitur intellectu vero, aut intellectu falso;si intellectu seu intellectione vera,tunc ista esset vera,coruus,qui secũdũ se est niger,est albus. Si intellectu falso, tunc proprium esset accidens separabile,quia subiectum eius potest intelligi intellectu falso sub opposito sui proprij, & tunc eadem ratio esset de hac propositione, coruus est albus, ac de ista,homo non est risibilis, per non risibile, intelligendo oppositum risibilitatis,quod sit v.g.

hinnibile. Ad hoc respondetur, quòd potest per intellectum coruus concipi albus;& quando tu quæris; an coruus possit intelligi albus intellectu verò, aut intellectu falso? Respondeo quòd intellectu Resp. vero ad hunc sensum; coruus põt intelligi albus .i. coruus est eo quòd est niger, non repugnat sibi, quòd possit intelligi esse albus; & hic intellectus est verus? Contra, intellectus intelligens rem aliter quàm Contra. est,falsus est,& decipitur,sed intellectus intelligẽs coruum albũ, intelligit rem aliter quàm est, ergo falsus est, & decipitur. Maior probatur, quia sicut oĩs intellectus principiorum est rectus,tertio de anima 51.ita etiam,& conclusionum, cũ falsitas sit malum simpliciter ipsius intellectus, sicuti, & veritas bonum simpliciter tertio de anima 34.quæ veritas est cõformitas, seu adæquatio rei intellectæ,ad intellectum intelligentem,& intellectus intelligentis ad rem intellectam,idest, quòd sicuti res est ad extra, sic intelligatur,& è conuerso,in lib.destr.disp.prima in solutione 22. & 9. Metaphysi.com.21. Minor probatur, quia intelligere coruũ albũ est, intelligere illũ sub modo opposito, & repugnanti sibi,& sub opposito sui proprij accidentis: Dices, aliud est considerare rem Responsio aliter quàm est,& aliud esse aliter quàm est; modò cùm intelligitur coruus albus,intelligitur aliter quàm est, & hic intellectus non est falsus.Contra. Contra hanc Scoti responsionem, à quodam malè intellectam, peius ad suum propositum applicatã, & alijs suis dictis, non nisi cera blanda affixam. Arguo sic. Intellectus intelligẽs rem aliter quàm est,puta, coruum album,aut intelligit verum,aut intelligit non verum, idest, aut intellectus sic intelligens est verus,aut est falsus: si falsus, respõsio est nulla,quia expectare veritatem à dicente,& cõcipiente sermones,& cõceptus falsos, nil aliud est nisi volantia petlequi,4.Metaph.com.21.Si verò talis intellectus concipit verũ, seu est verus.Contra. Contra. talis arguo sic, in antepñtis c.vlt.in post pñtis c. de priori,& 6.Metaph.com.8. veritas consistit in cõpositione,& diuisione.i.affirmatione, & negatione, ergo si intellectus verè concipit coruum album, idem erit concipere coruum albũ, & coruũ esse album. Ergo idem est intelligere rem aliter quàm est, vt coruum album, & esse aliter quàm est.i. coruũ esse album;sed intellectus intelligens coruum esse albũ per se est falsus,ergo, & intelligens coruũ album ẽt est falsus. Quinta rñsio est Pauli Vene- 5. Resp. ti,quòd ista diuisio Arist.1.Physi. accidens duplex separabile,& inseparabile, seu cõe, & propriũ,verbaliter tñ cõuenit cũ ista diuisione a Porphy. hic tradita:& quòd noĩa in,bile,denotant potentiã, vel aptitudinem, tunc si ly, separabile, dicit potentiam non posset separari, benè tamen si dicit aptitudinem inquantùm naturæ corui non repugnat albedo. Et propterea sextò, & vltimò cùm

Aegi-

Aegidiū melius respondeo. Nam hoc præsupposito, videlicet, quòd essentia corui qui est substantia, & essentia nigredinis quæ est accidens, differūt; inquit Aegidius, quòd intellectus simpliciter intelligere potest vnum illorum sine reliquo, & maximè prius sine posteriori .i. substantiam sine accidente; vndè quãdo dixit Porphyrius, quòd potest intelligi coruus albus, voluit dicere quòd potest intelligi coruus non niger .i. potest intelligi coruus non intellecta eius nigredine; non tamen quòd albus intelligatur. Explico tibi Nouicio hanc responsionē, hac distinctione. Ista propositio (potest intelligi coruus albus) in duplici sensu potest sumi, videlicet positiuo, & negatiuo; positiuo v.g. vt realiter coruus concipiatur sub albedine, faciendo propositionem affirmatiuam, & hoc modo nō sumit̄ in præsenti; negatiuo, vt coruus est albus .i. non niger, ita vt ly, albus, sit loco priuationis vel negationis albedinis, cùm contrariorum vnum, sit vt priuatio alterius contrarij, secundo de cęlo 18. secundo de gen. 32. tertio de anima 24. & 12. Metaph. 22. Et hoc dicere voluit Ammonius, quòd si Aethiopem candidum intellexeris .i. non nigrū, nihilominus homo perstabit .i. remanebit in intellectu conceptus Aethiopis, non vt æthiopis, idest non cum nigredine, sed vt hominis, quia homo abstrahit ab albedine, & nigredine, cùm non omnis homo sit albus, nec omnis homo sit niger: vn de intelligere coruum album .i. non nigrum negatiuè, est intelligere coruum cognitione simplici, seu intelligentia simplici, incomplexa, præcisiua, abstractiua, negatiua, in qua non est deceptio; non autem cognitione complexa, & compositiua 2. Phys. tex. 18. & 3. de anima 35. vt benè tibi dicit Aegidius. Et hoc totum fit dictum, supponendo quòd realiter non possit dari coruus albus, quandoquidem datur de facto coruus albus (vt ferūt) in Hispania, & patet apud nos per illud vulgatū dictum, ad denotandum aliquid rarò accidere, & ideo benè dixit Gratiadeus Esculanus, quòd non est impossibile, imò est verum, quòd coruo inquantùm coruus est, non repugnat albedo, & quia Porphyrius putauit non dari verè ad extra coruum album, dixit quòd per intellectum tantùm concipi potest coruus non niger.

3. concl. Tertia conclusio sit ista. *Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse.*

Arguitur 1. Contra hanc concl. arguo sic. Illud quod semp est in subiecto, non contingit inesse, & non inesse subiecto, sed accidens semper est in subiecto, ergò accidens non contingit inesse, & non inesse subiecto. Maior probatur, quia cùm accidentis esse sit subiecto inhærere, accidens semper est, ergò semper in subiecto est; vnde 7. Metaph. commento 2. accidētia dicuntur entia, quia entis, sed quia sunt in substantia quæ est simpliciter, & vere ens, similiter 7. Metaph. com. 18. Minor est ipsius Porphyrij dicentis, quòd accidens semper est in subiecto subsistens; accidens igitur non contingit inesse, & non inesse eidem subiecto. Ad hoc re-

Responsio. spondetur quòd cùm dr̄, accidens semper esse in subiecto, ly, semper, dupliciter potest sumi; vno modo distributiuè pro omnibus partibus temporis, vt sumitur secundo de aīa tex. 35. alio modo sumitur ly, semper, prout distribuit pro partibus tēporis durationis accidentis. Tunc dico quòd accidēs semper est in subiecto, sumendo, semper secundo modo; ac si dicamus accidens semper est in subiecto .i. quàm diu durat in proprio esse, semper est in subiecto, eo quòd tēpos vniuscuiusq; à materia dependentis hēt periodum 2. de gen. tex. com. 57. sed illo tpe quo accidens subiecto inest contingēter

Contra. inest. Contra, accidens per se adest, vel abest, ergò per se adest, ergò non contingenter adest, & sic non contingit inesse, & non inesse. Ad hoc respō-

Resp. detur negando sequlam, quã non sequitur; per se adest, quia est fallacia à secundùm qd ad simpliciter, sicuti non valet, contingens necessariò est cōtingens, ergò contingens necessario est. Contra, à

Contra. parte in modo ad totum in modo valet cōsequentia, sed dicere accidens per se adest, & abest, ergò accidens per se adest, est arguere à parte in modo ad totum in modo. Ergò accidens per se adest, & non contingenter. Vt tu dicis: Respōdeo (dimis-

Resp. so quòd in hoc modo arguendi pōt esse triplex determinatio, videlicet contraheos, distrahens, & diminuens, vt aliàs diximus) quòd hic modus arguendi non valet in disiunctiuis .i. non valet in hypoteticis disiunctiuis, sed in categoricis copulatis; vnde non valet, animal necessariò est rationale, vel irrationale, ergò animal necessariò est rationale, sed benè sequit̄ in categoricis, homo est aīal rationale, ergo homo est aīal; sic etiā à simili non valet arguere hypoteticè disiunctiuè; accidens per se adest, vel abest, ergo per se adest, & non contingēter adest: pro quo re scias quòd illa responsio, quòd nō licet arguere à necessario secūdū quid ad necessarium simpliciter, est Aristotelis 1. Perihe. in c. de futuris contingentibus in vltimis verbis.

Arguitur 2. Secundò principaliter sic: Omne accidens necessariò inest, cùm inesse sit de essentia accidētis, sed omne accidens necessariò est accidens, ergo omne accidens necessariò inest, ergo falsum est, quòd accidens contingit eidem inesse, & nō inesse. Maior patet 7. Metaph. com. 2. Minor probatur, quia est propositio per se in quarto gradu primi modi dicendi per se. Ad hoc autequàm respon

Pro respōsione notas. deam, cum Scoto q 35. & Ant. Andrea quæst. Vnica, est notandum, quòd inesse, & non inesse, dupliciter possunt sumi; vno modo, videlicet pro prima intentione, quomodo sumit̄ 7. Metaph. com. 2 quòd accidētis esse est inesse, & 8. Phys. commento 62. vbi dicitur, quòd impossibile est, idem simul adesse eidem subiecto, & abesse ab eodē, & de tali inesse, & non inesse loquimur, dum de accidente reali loquimur: alio modò sumitur inesse, & non inesse pro secunda intentione, seu vt est nomen secundæ intentionis, & tunc significat prædicationē alicuius prædicati, quod non est de essentia subiecti, sicuti è conuerso, dici de, vel prædicari, de; dicit prædicationem alicuius prædicati quod est de essentia subiecti, & sumendo inesse hoc secūdo modo, adhuc tripliciter sumitur, videlicet propriè, communiter, & cōmunius; propriè cōpetit

ris de subiecto in subiectum, quam abhorrent Philosophi, & præcipuè Scotus primo Posterio. quæstione 2. & ratio est Auerrois in præallegatis commentis. quia accidentis esse est subiecto inhærere; modò si odor pomi transiret ad manum, antequàm ad manum perueniret esset corruptũ. Hinc 8. Physic. com. 74. dicebat Auerroes de mente Maurorum, ꝙ accidentia non possunt permanere per duo tempora, per respectum ad duo subiecta. Vera resp. Sed dicas, ꝙ odor pomi non simpliciter transit à pomo ad manum, sed odor pomi cum tenuiori, & subtiliori substantia pomi, transit ad manum cuius signum est inquit Ammonius, quia pomum manibus contrectatum, facit rugas, de qua re in prædicamentis in cap. de substãtia quid nobis dicendum sit, quãdoque Deo duce, videbis. Et ideo ad replicam Nouicialẽ respõdeo, ꝙ accidens mutatur de non subiecto in subiectum, quando de nouo producitur in subiecto, & quando mutatur de subiecto in subiectũ, non mutatur simpliciter, & per se, sed secundùm quid vna cum substantia. Vt patet de pomo, rosa, & alijs euaporabilibus odorem emittentibus.

4. Concl. Quarta conclusio sit ista. *Accidens non est genus, differentia, species, vel proprium, semper tamen est in subiecto subsistens.*

Contra hanc concl. Arguo pro instructione Nouiciorum, & primò sic: Nulla bona, & perfecta definitio debet dari per negationem, sed ista definitio accidẽtis in hac conclusione contenta, est huiusmodi, ergo non est bona definitio. Maior probatur, quia definitio dari debet per prædicata, quæ sunt principia intrinseca rei definitæ 2. Physi. 28. & 1. de anima com. 5. modò negationes non sunt huiusmodi. Minor probatur, & patet ex se, dum dicitur ꝙ accidens non est genus, nec Resp. species, &c. Ad hoc respondetur, ꝙ Negatio dupliciter potest sumi; vno modo formaliter inquantùm est purum non ens, & sic nulla definitio dari debet per negationem; alio modo Negatio cõsiderari potest materialiter, inquantùm cõnotat aliquam affirmationem seu aliquid positiuum, & sic aliquid definiri potest per negationem oppositorum sibi, & talis est definitio accidentis assignata à Porphyrio in præsenti. Et hoc dicere volebat Albertus tract. 7. c. 3. ꝙ & si accidens per negationem aliorum describitur, non tamen penitus est priuatio, sed priuationi est propinquum, & simile; quia propriæ inhærentiæ certa causa priuatur, quod Auerroes etiam 6. Metaph. tex. com. 4. dice Contra. bat, ꝙ accidens est propinquum non enti. Contra, definitio dicitur terminus 1. Topic. cap. 4. 2. Physi. tex. 19. & 6. Metaph. 2. quia separat definitum ab alio, sed per hanc definitionem non separatur accidens ab alijs prædicabilibus, quia eadẽ ratione definiri posset vnumquodque aliorum vniuersalium: vt si definientes genus, dicamus; genus est quod nec est accidens, nec species, nec differentia, nec proprium, semper autẽ in subiecto Resp. est, & de alijs similiter dici posset. Ad hoc respõdetur, ꝙ licet idem dici possit de alijs prædicabilibus, non tamen ita propriè, quia inter cætera vniuersalia, accidens habet causam minus determinatam, & est minoris entitatis, & ideo magis ei ꝗ alijs competit definitio per negationem: Dices, Instantia. omnia prædicabilia considerantur hic pro secundis intentionibus, quarum vna non est maioris entitatis quàm alia. Ad hoc dupliciter respõdeo, Resp. primò ex Scot. q. 6. quòd in entibus rationis, seu in secundis intentionibus dantur gradus. Secundò respondeo, ꝙ dato, omnes secundas intentiones esse æqualis entitatis formaliter .i. secundùm seipsas, non tamen hoc dici posset si fundamentaliter considerantur respectu suorũ subiectorũ; quorum vnum est maioris entitatis quàm alterũ Dub. v. g. fundamentum huius secundæ intentionis, quæ est, genus, quia fundamentum est animal, est maioris entitatis quàm albedo quæ est fundamentum huius secũdæ intentionis, quę est, accidẽs.

Secundò principaliter arguo sic. Dicitur in cõ Arguitur 2. cl. ꝙ accidens non est genus, nec species. Contra, color est accidens, & tamen est genus, & species; Genus quidem albedinis, & nigredinis; species verò qualitatis. Ad hoc respondetur, ꝙ color dupli Responsio citer potest considerari; vno modo sub habitudine superioris, & inferioris, & sic concedo ꝙ est genus, & species diuerso respectu, vt benè probat argumentum; alio modo consideratur accidẽs, seu color sub habitudine inhærentiæ, quam habitudinem habet ad subiectum in quo sustentatur, & hoc modo sumitur hic, & definitur per negationem generis, & speciei, & aliorum vniuersalium. Contra. Contra. Quod per se est tale, ad quodcunq; cum paratum semper est tale, sed accidens, vt color respectu suorum subiectorum, puta, albedinis, & nigredinis est genus, ergo respectu cuiuscumque alterius subiecti, est genus.

Ad hoc respondeo, ꝙ duplex est subiectum; Resp. vnum est subiectum de quo, seu prędicationis alterum verò est subiectum in quo, seu inhæsionis; tunc dico, ꝙ licet accidens vt color, quotiescunque comparatur ad subiectum de quo, seu ad subiectum prædicationis, puta ad albedinem, & nigredinem, & ad accidentia particularia, semper est genus; comparatum tamen ad subiectum in quo, seu ad subiectum inhæsionis, semper est accidens; & sic consideratur in præsenti, & est à genere, & specie distinctum prædicabile: Dices, ac- Dubita. cidens est etiam differentia, vt patet in cap. de differentia, & proprium vt patet in cap. de genere, ibi, sed non propriè alicui, &c.

Ad hoc principaliter sic respondeo, ꝙ accidẽs, Resp. vt est quintum prędicabile, & si non distinguitur à differentia communiter sumpta, distinguitur tamen à differẽtia propria, & magis propria; vt supra diximus; sed magis à differentia magis propria seu specifica, quæ est tertium prędicabile, ꝗ à dfa propria, quæ est accidẽs inseparabile; Ad illud de proprio, dico ꝙ distinguitur à proprio quarto modo sumpto, quod cõuertibiliter pdicatur de subiecto, accidẽs verò minimè ab alijs verò pprij significatis parũ refert, vtrũ distinguat, nec ne?

Tertiò principaliter sic arg. Auicennas apud Arguitur 3. Albertum tract. 7. c. 3. Accidens secundùm suam

rationem essen di tãtùm in subiecto est,ergo nullo modo subsistit,nec aliquam habet subsistentiam. Probatur consequentia ex ethimologia vocabuli, nam accidens dicitur quasi cadens, eo q non est simpliciter ens, cui competit vt sit subsistens. Ad hoc respondeo,q accidenti nullo modo competit,vt sit subsistens, nisi subsistentia cõfundatur cum existentia, & tunc subsistere idem est,ac in rerum natura reperiri; vnde dicere Accidens in subiecto subsistere , est dicere q accidens quamdiu est,in subiecto est ; & quando in subiecto non est, tunc in rerum natura non subsistit, nec est. Scotus enim vt in probemio diximus, subsistentiam tribuit solis substantijs perfectis, siue sint substantiæ incorporeæ,vt sunt intelligẽtiæ, & omnes substantiæ abstractæ,siue sint corporeæ,ex materia & forma compositæ: hinc materia, & forma ,quæ sunt substantiæ incompletæ non subsistunt,sed existunt.i.extra causam, & intellectum sistunt. Contra, anima à corpore separata per se subsistit,vt inquit D.Thom. p.p.q.75. ar.a. Ad hoc respondetur, q ly,subsistens, dupliciter potest sumi ; vno modo propriè, & sic tantùm competit enti completo, quod dicitur hoc aliquid. Alio modo sumi potest ly,subsistens,pro omni eo quod aliter non inexistit,& prout excludit inhærentiam accidentis ; & hoc modo anima separata dicitur subsistens: hinc patet quòd accidenti cuius est alteri adiacere , vel inexistere , non competit subsistere,nec complete, nec incomplete,sed tantùm existere : & totum hoc hac ratione comprobatur : sicuti omni substantiæ completæ conuenit subsistere, ita omni accidenti competit inexistere , ergo sicut substantiæ repugnat inexistere, ita accidenti repugnat subsistere : sed commune est omni substantię non inexistere,ergo cõmune est omni accidenti non subsistere. Contra, Accidentia in hostia consecrata, sunt eadem numero accidentia post consecrationem,quæ erant ante consecrationem , & prius erant in subiecto in substantia panis, modò verò facta, ex vi verborum formæ consecrationis, transubstantiatione substantiæ panis in verum, ac reale corpus Christi , illa accidentia cùm non possint subiectari in corpore glorioso, erunt per se,& sic subsistent. Ergo accidentibus competit subsistentia , & consequenter subsistere. Ad hoc respondetur, q miraculosè pręter rerum ordinem illa accidentia subsistunt secundùm Thomistas illa subsistentia incompleta, quæ opponitur ad inexistere . Scotistæ verò dicunt, q non subsistunt, sed existunt, eo q subsistentia competit tantùm substantijs completis,sed quisq; abundare potest in suo sensu , quia differentia est tantùm in modo loquẽdi: res enim certa est, q accidentia illa, siue existant, siue subsistant, sine subiecto sunt.

Quinta conclusio sit ista. *Accidens est vnum de numero quinque vniuersalium.*

Pro clariori intelligentia istius conclusionis, præter prius dicta de accidente,cum Scoto q.34. Ant.Andrea, Ioanne Anglico,& Mauritio,est notabiliter attentè Nouicio animaduertendum : q ly. accidens,dupliciter potest sumi;vno modo,videlicet formaliter,& tunc idem est quod accidentalitas,seu inhęrentia ipsius accidẽtis; alio modo sumitur accidens materialiter, pro substrato, seu denominato, quod est fundamentum illius accidentalitatis seu inhærentiæ, vt 4.sen. dist.12.q.1. & 7.Metaph. q.1.dicebat Doctor subtilis: & hoc secundo modo sumptum accidens, adhuc duplex est; aut enim est nomen primæ intentionis, seu accidens reale; aut est nomen secundæ intẽtionis, seu accidens rationale : quæ diuisio est æquiuoci in sua æquiuocata: si sumitur accidens primo modo vt est accidens reale adhuc dupliciter potest sumi 5. Metaph.tex.com.vlt.& 6.Metaph. tex. com. 6. vno modo prout idem est quod contingens in paucioribus, vt sunt illa quę casu,& fortuna eueniunt,vt habetur 2.Physic.tex.com.39. hinc quæ casu dicuntur fieri, rarò fiunt, & ita consumuntur 2.Physi.48.& 77.& 1.cœli 15. sic inuẽtio thesauri dr̃ accidens,quia causa, nempè, deambulatio,vel effossio terrę pręter spem,est per accidens: & talis effectus dr̃ contingens in paucioribus ; alio modo sumitur accidens reale pro eo quod aduenit enti in actu post eius esse cõpletum , & hoc modo sumitur accidens, quando 7.Metaph. ens reale diuiditur in substantiam,& accidens. Et accidens hoc secundo modo sumptũ est æquiuocũ ad nouem prædicamẽta accidentiũ . Alio modò principaliter sumi accidens,vt est nomen secundæ intentionis,& sic adhuc cũ sit terminus æquiuocus, diuiditur in quatuor significata;primò.n. sumitur pro extraneo; secundò sumitur pro omni eo quod causatur per actũ collatiuũ intellect', voluntatis, vel alterius potentiæ collatiuæ , & sic est secunda intentio cõis cunctis quinq; prædicabilibus, vt dicamus q oĩa quinq; vniuersalia sunt accidentia intentionalia. Tertiò sumitur pro prędicato non essentiali cõmuni ad proprium,& accidens:& sic sumitur accidens qñ dicimus, q proprium est accidens .i. prædicatum non essentiale. Quartò sumitur pro prædicato nec per se,nec essentiali, nec cõuertibili,& sic est quintũ vniuersale,de quo dr̃ in conclusione, q est de numero quinque vniuersaliũ , & prædicat de pluribus diuerso modo ab alijs;prædicatur.n.de pluribus in quale accidẽtale nõ conuertibiliter: per ly,de pluribus, conuenit cũ alijs vniuersalibus,per ly, in quale, dĩstinguitur à genere,& specie, quæ prædicantur in quid:per ly,accidentale, differt à differẽtia specifica quæ prædicatur in quale essentiale: per ly,non conuertibiliter, differt à proprio, quod prædicat in quale accidentale conuertibiliter: Sic igitur limitata concl. Contra eam arguo.

Et primo sic: Omne qđ est in singulari est singulare,sed oẽ accidẽs est in singulari, ergo oẽ accidẽs est singulare. Maior probat ex Boetio lib.5.de cõsolatione Philosophica, Auer.3.de aĩs com.5.& Sco.in 2.dist.3.q.6. dicentibus, q receptum est in recipiente per modum recipientis. Minor probatur ex Arist.in pdicamẽtis c.de substantia, ibi, Rursus color ĩ corpore, est ergo,& in quodã corpore, nã si nõ in aliquo singulorũ,nec omnino in corpore &

Resp.
Cõtra.
Responsio.
Probatur accidens nõ subsistere.
Contra.
Resp.
5.concl.
Declaratio concl.
Accidens dupliciter põt sumi.
Diuisio accidentis valdè notanda.
Notandum.
Arguitur 1.

& 5. Metaphysices, capitulo de accidente, similiter: cùm igitur accidens commune sit prius in singulari, sequitur quod sit singulare, & consequenter non vniuersale.

Resp. Ad hoc respondetur negando minorem, loquendo de accidente pro secunda intentione sumpto, quod applicatur communi, ut albo, non autem huic albo: & non dico quòd applicatur albedini communi, quia albedo non prædicatur de subiecto, sed album, fundamentum tamen accidentis est in singulari; & de hoc intelligitur textus Philosophi in minori adductus, videlicet, quod album receptum in hoc pariete est singulare, accidens tamen quod est in albo, & prædicatur de albo, dicendo album est accidens, non est in singulari, nisi remotè, sed propinquè, & proximè est in communi; sicuti hæc secunda intentio, species, fundatur in communi subiecto, quod est homo, uel equus.

Contra. Contra, replicat Scotus quęstione trigesimaquarta. Intentio accidentis est in albo subiectiuè, & album per se est in singulari, ergo à primo ad vltimum intentio etiam erit in singulari; & sic stat in suo robore argumentū principale.

Respō. quòd album tripliciter potest considerari. Ad hoc respondetur, quòd album tripliciter potest considerari; vno modo vt habet esse in singulari, idest in hoc, uel illo subiecto singulari: secundo modo considerari potest secundùm se, i. secundùm suum esse quidditatiuum: tertiò secūdùm quòd habet esse cognitum, apud intellectū: Tunc dico quòd album cui applicatur intentio accidentis, si cōsideratur secundum suū esse materiale, ut hēt esse in subiecto, sic est in singulari primò; & vt sic non est subiectū intentionis accidentis, benè tñ si considerratur: tertio modo vt habet esse cognitum apud intellectum; sicuti quando dicimus, quòd homo est species, non sumitur homo vt habet esse in suppositis. idest in singularibus hominibus, sed ut habet esse cognitum in intellectu.

Contra. Contra, vel ly, album, vt habet esse cognitum in intellectu, est vniuersale, aut singulare? Non uniuersale, quia hoc est contra minorem propositionem primi argumenti, & probationem eius. Ergo est singulare, & sic intentio accidentis ei applicata, erit etiam singularis, & accidens non erit vniuersale.

Resp. Ad hoc respondeo, quòd ly, album, secundùm se secundo modo consideratū, abstrahit ab vtroque, idest à singularitate, & vniuersalitate, & sic est neutrum positiuè, vtrunque tamen permissiuè: Nam si consideratur, vt habet esse in corpore, & hoc corpore, sic est singulare, & tunc potius dicitur hoc album, quàm album; si verò consideratur tertio modo inesse obiectiuo, seu esse cognito, sic est commune vniuersale, & hoc modo est subiectum intentionis accidentis: neque hoc est contra minorem propositionem primi argumenti pro vera assumptam, si pro prima intentione accidens sumatur.

Arguitur s. Secundò principaliter arguit Aegidius Roma nus hoc modo: accidens est corruptibile, sed vniuersale est incorruptibile, ergo accidens non est vniuersale. Maior probatur, quia accidentia dicūtur entia, quia sunt in substantia, septimo Metaphysices commento secundo, sed substantia corporea ex materia & forma composita, est corruptibilis, ergo & accidens ad corruptionem illius est corruptibile. Minor probatur, primo Metaphysices 27. ut supra diximus, ergo.

Resp. Ad hoc ex Alberto tractatu septimo, cap. primo, & ex eodem Aegidio respondetur, quòd licet hoc, & illud accidens sit corruptibile, non tñ uñe accidens abstractum à particularibus: vel vt respondet Paulus Venetus. Accidens in eo quòd est uniuersale, est perpetuum, & æternum; vt verò recipitur in indiuiduo generabili, & corruptibili, sic nō est æternum, & est responsio Scoti, quæstione decimasexta ad vltimum argumentum:

Contra. Contra, hic consideratur accidens pro secunda intentione, ergo falsa responsio, quæ procedere uidetur de accidente pro prima intentione.

Respon. Ad hoc respondeo, quòd idem dici potest etiā de accidente pro secunda intentione. Nam licet hęc, & illa intentio accidentis corrumpatur, non tamen corrumpitur totalis & vniuersalis intentio accidentis; sicuti dicimus, quòd corrumpitur hic, & ille syllogismus, non tamen uniuersalis forma syllogizandi.

Contra. Contra, nulla secunda intentio prędicatur per se de prima intētione, sed hæc est prædicatio per se: qualitas est accidens, ergo neque hoc dici potest de accidente pro secunda intentione.

Responsio. Ad hoc respondeo, quòd licet ista sit per se, qualitas est accidens, sumendo accidens pro prima intentione, non tamen est per se, si sumit accidens pro secunda intentione, sed benè erit prędicatio denominatiua, sicuti quando in actu exercito intentio prędicatur de re, dicendo, homo est species, animal est genus, &c.

Dubita. sed quæret Nouicius, est ne vera ista propositio: hæc albedo est accidens?

Responsio. Respondetur, quòd dupliciter sumi potest accidens; vno modo pro prima intentione, & sic est vera. alio modo pro secunda intentione, & sic est falsa.

Contra. Contra, ista propositio in actu signato est vera: accidens prædicatur de hac albedine, ergo erit vera in actu exercito, hęc albedo est accidens etiam si pro secunda intentione sumat accidens, quia ab actu signato ad actum exercitum valet consequentia.

Resp. Ad hoc respondeo, quòd arguere à prædicatione signata ad exercitam, valet in terminis primę intentionis, ut si dicatur; animal prædicatur de homine, ergo homo est animal; non tamen valet in terminis secundę intentionis, nam non valet consequentia, genus prędicatur de specie, ergo species est genus; sic etiam nec valet quando vnus terminus est primæ intentionis, & alius est terminus secundę intentionis, vt accidens pro secunda intentione prędicatur de hac albedine, ergo albedo est accidens pro secunda intentione.

6. concl. Sexta conclusio. *Sit de inhærentia accidentis ad subiectum; est ne de essentia accidentis, vel non?*

Circa hanc conclusionem sic procedam, priua ter.

terminos declarabo: secūdò opiniones afferam: tertiò conclusiones aliquas proponam. Quantū ad primum spectat: Dico quòd inhærentia, quæ accidentalitas, adiacentia, inexistentia, accidētia, idest ad aliud cadentia, ipsius accidentis dici solet, in duas diuiditur, videlicet in inhęrentiam actualem, & inhærentiam aptitudinalem, quamuis hanc distinctionem non esse peripateticā aliqui censuerint, vt Ioannes de Gandauo, Suessanus in suo dilucidario, Iacobus Pauesius, & alij, vt infra dicetur. Inhærentia actualis est quæ importat respectum formalem extrinsecus aduenientem secundùm Franciscum de Maironis in suo conflatu, libro quarto, distinctione duodecima, quæstione quarta, articulo primo, idest inhęrentia actualis est præsentialis vnio in esse existentię alicuius accidentis ad ipsum subiectum, quæ Inhęrentia non semper est cum ipso accidente, sed tunc est cum accidente, quando vera est ista propositio. v. g. paries nunc est albus, quia nunc paries non respicit albedinem pręteritam, nec uenturam, sed præsentialiter sibi inhęrentem, & hæc inhærentia circumscribitur à demonstratione. i. non est prędicatum demonstratiuè concludendum de accidente, cùm non semper sit in illo, qa scientia abstrahit ab actuali existentia, vt inquit Scotus secundo sententiarum, distinctione tertia parte secunda, quæstione sedens, cuius uerba sunt ista: scientia autem est obiecti, quod abstrahit ab existentia actuali, alioquin scientia posset quandoque esse, & quandoque non esse, & ita nō esset perpetua, sed corrupta re corrumperet̄ scientia illius rei, quod falsum est, iuxta illud Philosophi dictum sexto Ethicorum, cap. quarto, & nono Metaphysices, commento 21. quòd scire rem mutabilem non est scire, sed existimare, & septimo Metaphysices, texto commento 53. scientia est necessariorum, opinio uerò eorum, quæ possunt aliter se habere; & ideo inhęrentia actualis non absoluitur per demonstrationem, quia cùm accideos non semper inhęreat, scientia de inhęrentia non esset necessaria; est igitur inhærentia actualis quidam respectus consurgens ex actuali vnione accidentis cum subiecto, tam diu durans, quàm diu accidens perseuerat in subiecto, seu in toto fluxu durationis permanentię accidentis in subiecto. v. g. quàm diu albedo actu est in pariete, tàm diu est illa actualis inhęrentia, ita ut pariete corrupto, corrumpatur albedo inexistens parieti, & consequenter inhęrentia ex parte vtriusque extremi consurgens; Inhærentia verò aptitudinalis, seu habitualis, ut inquit Herueus quodlibeto quarto, quæstione nona, circa principiū, est quidam respectus fundamentalis intrinsecus adueniens, cum accidente perseuerans, seu sub alijs verbis; est ordo essentialis accidentis ad subiectū cum quo potest vniri, & secundùm Franciscum de Maironis primo sententiarum distinctione duodecima, quæstione quarta, articulo primo, inhęrentia aptitudinalis importat respectum fundamentalem intrinsecus aduenientem, & hęc inhęrentia demonstrari potest de accidente, cùm semper sit ei coniuncta, quæ nō magis dicitur inhærentia, quàm aptitudo ad inhętendū, v. g. si daretur albedo ab omni subiecto separata, siue nunquam fuerit in subiecto, siue quandoq; fuerit, & postea fuerit separata, semper de ea uerum erit dicere, hęc albedo, & si nō iohęret actu, inhęret tamen habitualiter, seu aptitudinaliter, & hanc aptitudinem vocamus inhærentiam aptitudinalem. Secundus terminus est ly (de essentia) Idest de quidditate, seu intrinseca ratione formali, quę prędicatur in primo modo dicendi per se de accidente. Tertius terminus est ly (accidentis) de quo multa diximus in toto decursu huius expositionis, & pręcipuè recenter in cap. de proprio, & in hoc cap. de accidente cōclusione quinta de mente Scoti quęstione 34. Vnum nunc tantùm dico, ꝓ tituli limitatione, quòd ly, accidēs, dupliciter potest sumi, vno modo, videlicet pro per se significato, idest pro secunda intentione; alio modo pro per se denominato, & sic pro prima intentione; accidens ut est nomen secundę intentionis, est conceptus quem naturaliter importat, & est ipsa accidentalitas, siue ipsa accidentia, seu ad aliud cadentia, inquit enim Scotus 4. sententiarum, distinctione duodecima, quęstione prima, & post eum Antonius Andreas septimo Metaphysices, quęstione prima, quòd idem significatum est accidentis, & accidentiæ, ut ita loquar, & inhęrentis, & inhærentiæ: sicut enim impossibile est accidentia esse quin sit luhęrētia, vt si actu accidens inhæret, actualis sit inhęrentia si verò inhęreat aptitudine sit inhęrentia aptitudinalis, ita impossibile est aliquid esse accidens, lo quendo de per se significato, & primo huius nominis, quin sit inhęrens proportionaliter, hoc est si actu, actu; si aptitudine, aptitudine: Alio modo sumi potest accidens pro illo substrato, seu ꝓ denominato, quòd denominat hoc concretum, accidens, commune ad nouem prędicamenta accidentium, vt est quantitas, qualitas, relatio. v. g. linea, albedo, paternitas, & sic duplex est, videlicet absolutum & respectiuum, ut inquit Scotus, in quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione prima, & benè declarat Ioan. de Magistris, notabili tertio, dubio secundo. Altus terminus erat, ly essentis; vbi nota cum Anton. Andrea septimo Metaph. quæstione prima, ꝙ aliud est aliquid esse de essentia alicuius, & aliud est eē essentiale alicui, seu essentialiter, & realiter idem ipsi, isti enim termini sic se habent, ꝙ primus infert secundum, quia valet hęc consequentia, A, est de essentia ipsius, B, ergo est essentiale ipsi, B, v. g. forma est de essentia compositi, ergo & essentialis illi, quia ponitur in ratione eius quidditatiua, sicut animal est de essentia hominis, nō autem è conuerso, quia propria passio est idē essentialiter suo subiecto, ut risibile ipsi homini, non tamen est de essentia illius: cùm non sit de intrinseca ratione constitutiua simpliciter ipsius hominis; & hęc doctrina Scotistarum optima est, quāuis negauerit eam Augustinus Niphus in suo dilucidario, libro septimo, quæstione prima in declara-

Scientia abstrahit ab actuali existētia.

Quid sit inhærentia actualis.

Quid sit inhęrentia aptitudinalis.

De essentia.

Accidentis.

Accidens dupliciter pōt sumi.

claratione tituli istius quęstionis, accipiens pro eodem esse de essentia, & esse essentiale, & in rei veritate nõ debebat, cùm hæc doctrina nihil, aut valde remotè sit contra eius opinionem: sed magis debebant illam negare Thomistę, cõtra quos vergit, vt infra in discussione opinionum melius dicetur, imò distinctio hęc expresse est Auer. secundo de Anima commento 67. inquit enim, ꝙ homo est risibilis, est ꝓpositio essentialis in qua subiectum est causa prędicati, & non prędicatũ causa subiecti, vt cùm dicitur, homo est rationalis. Sic igitur terminis declaratis: Quæstio esse potest: Vtrum inhærentia actualis, & aptitudinalis simul, an aptitudinalis tantùm, an nulla inhærentia, nec actualis, nec aptitudinalis, sit de essentia. i. de ratione quidditatiua, vel essentialis, vt propria passio, ipsius accidentis sumpti ꝓ prima intentione, & pro per se denominato. v.g. vtrum inhærentia qua albedo inhęret parieti, sit de essẽtia albedinis, an proprietas eius?

Quæstio.

1. opin. Bacchonis.

: De qua re, tres sunt opiniones; duę extremæ è diametro oppositę, & vna media. Prima opinio est Ioannis Bacchonitani, primo sententiarum, distinctione 28. quęstione prima, articulo tertio, & quęstione secunda, articulo quarto, qui suam opinionem fundat in tribus notandis.

1. Notandum. Quorum primum est, quòd inhærentia accidentis sit de essentia accidentis, quòd est ipsa quidditas, & essentia accidentis, sicut in genere substãtię ipsa potentia materię est ipsa essentia materię, loquendo de potentia receptiua, non autem respectiua, eo ꝙ potentia receptiua semper manet cum materia, non autem respectiua, quę corrumpitur per aduentum formę, ut notauit etiã Burleus primo Physicorum, textu 70. nam potentia respectiua, quæ est in materia respicit potentiam actiuam agentis, per quam potentiã materia deducitur de potentia in actum, vt actu vniatur sinı formæ; & hæc potentia est de genere relationis, & quędam proprietas consequens essentiam materię, iuxta Auerrois sententiam primo Phys. commento vltimo, ne sibi contradicat de substãtia orbis cap. primo. Secundum notandum est,

2. Notandũ. quòd inhęrentia est de essentia accidentis, tam

3. Notandũ. absoluti quam respectiui. Tertium notandum est, quòd & si inhęrentia ad subiectum sit de essentia accidentis, cum toto hoc tamen: accidens habet propriam essentiam aliam ab essentia subiecti, & hoc dictum, quòd accidens habeat propriam essentiam, est Aegidij Romani 7. Metaph. quęstione tertia, ubi inquit Aegidius, quòd accidens habet entitatem distinctam ab entitate substantię; quamuis diminutam, contra aliquos asserentes, quòd accidentia nullam entitatem dicunt; & contra alios dicentes, quòd accidentia habent essentiam & entitatem eandem, quam habet substantia; ut dixerunt Nominales apud Herueum, quodlibeto quarto, quęstione nona, in fine, & quòd sicuti substantia simpliciter hẽt quidditatem, ita etiam & accidentia; quod stare non potest, quia tunc substantia posset accidere accidenti, sicut accidens accidit substantię, uel idem accideret sibi ipsi, quod falsum, primo Physicor. textu 27. & septimo Metaphysices, tex. commen. 14. ubi inquit Auerroes, quòd accidentia habent quidditatem secundùm quid, non autem simpliciter: & propterea benè dicebat Aegidius Romanus in Theoremate 38. Quòd quinque modis subiectum facit ad esse accidentis. Primò ꝓ ut mediantibus principijs subiecti accidens producitur in esse, ut D. Thom. Magister eius prius dixerat prima parte, quæstione 77. articulo sexto. Secundò prout facit ad conseruationem eius. Tertiò prout facit ad essentialẽ vnitatem ipsius. Quartò prout facit ad modum essendi eius. Quintò prout facit ad indiuiduationem eius; vide igitur, quomodo entitas accidentis nõ est entitas substantiæ, & quo modo accidens non est, ita ens simpliciter, ut est substantia: & hæc in gratiam Ioannis Bacchonitani Auerroistarum principis, quem tanquam altissimos montes inhabitantem, ob interiectam lachrymarum vallẽ, non visitant ij, qui nomine tantùm & non re, sub Auerrois doctrina volunt militare, quos Auerrocitantes potius, quàm auerroistas solemus appellare: quam opinionem sequuti sunt Ioannes de Gandauo septimo Metaphysices quæstione prima. Augustinus Niphus in suo dilucidario Metaphysicali, libro septimo, quæstione prima. Ioãnes Iacobus Pauesius in secũda disputatione Metaphysicali, capitulo decimoseptimo, qui in cap. decimotertio, postquam uocauerat perditos eos qui Scoti positionem sectantur, tandem suã ponens opinionem, quæ est de mente Aristotelis, Auerrois, & Græcorum, puta Alexandri, & aliorum, ut ipse inquit, hanc ponit conclu. Inhærentia est de essentia accidentis, aliam inhærentiam non concedens, nisi actualem, quòd si quæraẽ, quis est ille qui perditè Scotum est secutus? Dico quòd fortè est Marcus Antonius Zimara, qui in suis Theorematibus in glosa illius propositionis septimi Metaph. textu secundo. Accidentia sunt entia, ex quia taliter entis, inquit hanc propositionem limitando, ex hac famosa propositione non intelligi, quòd inhærentia sit de quidditate accidentis, ut Ioannes de Iandunο, & sequaces eiꝰ sustinent de intentione Aristotelis, & Auerrois: sed ista propositio accidentia sunt entia, quia entis, vera est in genere causæ materialis, non autem in genere causę formalis: & sic discrepant inter se Auerroistæ, ita quòd cùm tot sint glosemata, & glosamenta quibus Auerroem opprimunt, nescias, quid ex illis colligere debeas potius, Auerrois ne opinionem, an propriam eorum phantasiam; adeò enim Auerroem, huc illuc impellunt, vt nullã habeat in suis dictis consistentiam: Ioannes tamen de Gandauo septimo Metaph. quęstione prima. Quatuor ponit de mẽte Aristotelis, & Auerrois conclusiones.

Subiectũ facit ad esse accidentis quinque modis.

Prima: demonstratio non abstrahit ab inexistentia, & inhærentia actuali, quia demonstratio non est de non ente. Secunda: accidens nõ potest separari ab actuali inhærentia: quia sicut propriũ est substantię esse per se, ita accidentis est esse in alio.

olin. Tertia, inhærentia est de essentia accidentis absoluti. Quarta, aptitudo naturalis realiter distinguitur ab eo cuius est aptitudo, quia aptitudo naturalis est respectus, illud verò cuius est respectus, est quid absolutum, sed dimissis hinc inde infinitis argumentis.

Propriū placitum. Ego quoad hoc dicerem: quòd secundùm Aristotelē quantùm ex principijs philosophiæ eius potest colligi, non datur alia inhærentia, nisi actualis, quæ est de essentia, seu intrinseca ratione formali ipsius accidentis, tā respectiui, quàm absoluti, tam fluentis, quàm permanentis, & quòd illa verissima inhærentia aptitudinalis non fuit ab eo lumine naturali cognita, ut separata ab inhærentia actuali, benè tamen coniuncta, sicuti in libro Perihermen. dicebat, quòd currens potest currere, vt patet ex illo tex. 39. primi Physico. ubi inquit etiam Simplicius, quòd intellectus quærens separare accidens à subiecto, quærit impossibile, & septimo Metaph. commento tertio, quòd accidens inseparabiliter est unitum substantiæ, & tamen quæ me mouet ad sic de Aristotele sentiē dum ista est, si Arist. non concedit transitum accidentis de subiecto in subiectum per modū fluxus, quomodo in eo poni potest accidens separatum per modum permanentis? Et sic Aristo. dissentiat à Theologo ponente inhærentiam aptitudinalem. vt etiam nos secundum veritatem, positis Philosophorum nugis, sustinemus: & ideo qui hanc aptitudinalem inhærentiā in Aristotele sustinete nolunt, Aristotelem, & Theologum conciliantes, baptizare videntur velle Aristotelem non aduertentes esse mortuum, ut de creatione loquens 1. Physicorum, tex. 60. dicebat Alexander Achillinus, sed tu Nouicie uerā Theologicam sententiam firmiter tene, & in disputando inter Philosophos Theologiam ignorantes, linguam exhibe.

2. opinio. Secunda opinio est S. Thomę, quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione prima, articulo primo. Herueí quarto sententiarum distinctione duodecima, quęst. vnica ad primū principale, & quodlibe quarto, quæstione nona, Ioannis Capreoli, Dominici de Flandria, Petri Nigri in suo clypeo quæstione 56. & aliorū Thomistarum, prętet Paulum Sōcinatem, qui à schola declinasse uidetur septimo Metaph. quæstione prima. Isti enim tenent inhærentiam esse de essentia accidentis, non omnem, sed solam aptitudinalem, per nullam virtutem ab accidente separabilem; ut inquit Herueus quodlib. quarto, & Franciscus de Maronis, in quarto distinctione duodecima, quæstione quarta, & Thomistarum aliqui dicunt, hoc esse supernaturaliter factum, & quia ex sensatis non potest conuinci posse dari accidens sine actuali inhærentia; ideo utraque inhęrentia est de essentia accidentis secundùm Aristotelem; alij verò vt Herueus, quòd esse in subiecto actu, nō est de ratione accidentis naturaliter, sed esse in subiecto actu, vel aptitudine, idest habere aptitudinem ad essendum in subiecto, non tollitur accidenti separato, ubi dicere videtur, quòd etiam naturaliter inhęrentia aptitudinalis est de essentia accidentis, non autem actualis in Aristotele, quod licet uerum sit secundùm rei ueritatem, non tamen dicendum est secundùm Aristotelem, qui dixit, quòd omnis nostra cognitio ortum habet à sensu: Opinio igitur ista consistit in hoc, quòd sola inhærentia aptitudinalis est de essentia accidentis, & hoc propter Sacro sanctū Eucharistiæ Sacramentum: in quo realiter est Christus, Deus, & homo, qui nobis hanc ueram dedit Philosophiam, per fidem, cui nullo modo subest falsum, quia ipse reuelans, est via, veritas, & vita.

Tertia opinio est Scoti, quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione prima, Antonij Andreæ, septimo Metaph. quæstione prima, Antonij Trombettæ 7. Metap. quæstione prima, Petri Tatareti, in cap. de accidente, dubio secundo, Ioannis de Magistris, notabili tertio, dubio secundo, & Pauli Soncin. concl. 2. quæ opinio consistit in una conclusione, quę est talis: Nulla inhærentia est de essentia accidentis, nec actualis, contra primam opinionem, nec aptitudinalis cōtra secundam opinionem: hanc conclusionē benè probant Antonius Andreas, & Antonius Trōbetta; quam intelligunt tam de accidente absoluto, quàm de accidente respectiuo, sed inhærentia actualis distinguitur realiter ab accidente absoluto, ab accidente respectiuo uerò tantùm formaliter distinguitur inhærentia aptitudinalis, licet sit ei idem essentialiter, & non solùm ipsi, sed etiā accidenti absoluto: hinc Scoti sententia in hoc cō sistit: nulla inhęrentia est de essentia accidentis, tam absoluti quàm respectiui, uerùm inhærentia aptitudinalis est propria passio accidentis absoluti: sicuti inhærentia actualis est propria passio accidentis respectiui. Sed Franciscus de Maronis in libro quarto sui conflatus distinc. duodecima, quęstione quarta, per duas totales conclusiones suam opinionem manifestat. Prima est, quòd inhærētia actualis realiter & formaliter distinguitur ab accidente, seu fundamento absoluto, quia potest ab illo separari; ab accidente respectiuo uerò tantùm formaliter. v.g. inhærentia paternitatis ad hominem, est eadem realiter paternitati, distinguitur tamen à paternitate formaliter, quia distinctorum terminorum sunt diuersi respectus formaliter: nam paternitas per vnā habitudinem, quæ est esse, ad, refertur ad patrem, & per aliam, puta esse, in, idest per inhærentiam refertur ad subiectum, videlicet ad hominē; & ideo quia paternitas non est in patre, nisi inhæreat patri, inhærentia illa est eadem essentialiter cum paternitate, ab ea tamen formaliter distincta, exemplū, sicuti risibilitas non potest esse, nisi sit in homine, & ideo est eadem realiter homini, formaliter tamen ab eo distincta. 3. opin. Sco. sentētia.

2. concl. Secunda conclusio Francisci est, inhærētia aptitudinalis non realiter, sed formaliter differt ab accidente absoluto: ab accidente respectiuo autē neutro modo differt; & in hoc dicto Franciscus differt à Scoto & ab alijs Scotistis, & accedit ad opinionē Thomistarum, cum dicat, quòd inhærē-

tia

tia aptitudinalis est de essentia saltem accidentis respectiui: quod illi dicunt de omni accidente, tam absoluto, quàm respectiuo, sicuti è conuerso Paulus Soncinas Thomista septimo Metaphysices, quęstione prima. Antonio Andreę, Antonio Trombettæ, & alijs Scotistis adhęsit dicens, quòd neutra inhęrentia, videlicet nec actualis, nec aptitudinalis est de essentia accidentis, tá respectu accidentis absoluti, quàm accidentis respectiui.

Dubita. Quòd si quæratur quis, dicta ista intelliguntur tantùm de accidente pro per se denominato, seu pro prima intentione, quid ergo dicendum est de accidente pro per se significato, seu pro secunda intentione?

Resp. Ad hoc respondeo ex Scoto, quòd contradictio est, intelligere accidens pro secunda intentione, non esse in subiecto habente esse cognitú apud ipsum intellectum, & quia accidens intentionale est quidam respectus, seu accidens respectiuum: hioc secundùm Franciscum inhęrentia talis accidentis ad suum fundamentum; puta, ad accidens intentionale, est realiter & formaliter idem tali accidenti intentionali habenti esse cognitum, seu obiectiuum, apud ipsum intellectú: nam dicit Boetius, quòd logica est de secundis intentionibus adiunctis primis, & quia accidens intentionale adiungitur accidenti reali habenti esse obiectiuum, seu esse cognitum apud intellectum, illa inhęrentia aptitudinalis est eadem realiter & formaliter tali accidenti intentionali: & ego tutè dicerem, quòd inhærentia actualis secúdarum intentionum ad primas intentiones, est de essentia secundarum intentionum; quod prima opinio dicebat de inhęrentia accidentiú realium ad propria subiecta: & hoc ego dico propter minimam entitatem secundarum intentionum; quas hac de causa aliqui antiqui negauerunt?

Dubita. Quòd si dicas, inhęrentia est accidens ergo per aliam inhærentiam suo fundamento inhęret, & sic in inhęrentijs erit processus in infinitum.

Resp. Respondet ad hoc Franciscus ubi supra, quòd inhærentia non inhæret per inhærentiam, sed secundùm seipsam, idest inhęrentia illa, per quam albedo inhæret parieti, se habet ut quo, respectu talis inhæsionis, sed ipsa inhærentia, quæ inhęret albedini, se habet ut quod, idest ut inhęrens, & non habet rationem inhærendi, unde eadem inhærentia potest se habere, ut quo, & ut quod; ut quo, quia est alteri ratio inhærendi, puta, albedini, ut inhęreat parieti, se habet etiam ut quod, quia ipsa est quid inhærens, seu quod inhęret.

Ego verò non deuiando ab hac tertia opinione: Dico quoad quęsitum principale, quòd accidens dupliciter potest sumi, uno modo, uidelicet pro ipsa accidentalitate, seu pro ipsa accidentia, vel ad aliud cadentia, quæ nil aliud est, nisi quidem respectus fundatus in natura reali, quę est accidens, tanquam in proprio fundamento, & terminatus ad subiectum inhęsionis ipsius accidentis, & sic inhęrentia aptitudinalis est de essentia accidentis: alio modo sumitur accidens pro natura, seu entitate cui conuenit illa accidentalitas, ut non est albedo, uel caliditas, & sic nulla inhęrentia est de essentia accidentis: & hęc de hac conclusione sint nouicialiter dicta.

Dubitatio, & septima conclusio. *Vtrum vnum accidens possit esse subiectum alterius accidentis?* 7. concl.

Ad hoc respondeo, quòd duplex esse potest accidentis subiectum: vnum, videlicet proximum, immediatum, & propinquum, sicuti est superficies respectu albedinis, cui immediatè substat; aliud accidentis subiectum dicitur, primum, ultimatum, remotum, mediatum, substitens, suppositans, ac ultimatè terminans dependentiam illius accidétis, cui substat, subijcitur, & substernitur tale subiectum, cuiusmodi est substantia prima respectu accidentium communiú ex Aristo. in cap. de substantia. v. g. hic paries, qui mediante sua superficie alba dicitur albus, superficiem per se immediatè, albedinem verò per superficiem, substentat; quapropter vltimatum subiectum, & vltimatum terminatiuum appellatur: vnde sicuti ordine quodam, albedo prius denominat superficiem, deinde mediante superficie ipsum parietem, & utrumque simul tempore, puta, superficiem & parietem denominat alba; ita paries immediatius respicit ipsam superficiem à qua denominatur formaliter quatenus deinde verò albedinem à qua mediatè per superficiem dicitur albus. Duplex subiectum accidentis.

Hoc stante ad dubitationem duplici conclusione respondeo: quarum prima sit illa: Nullum accidens siue absolutum, siue respectiuum est naturaliter subiectum ultimatè suppositans aliud accidens, & hoc dicere uolebat Aristoteles quarto Metaphysices, tex. 14. & dico accidens absolutum, uel respectiuum, quia quantitas quę est immediatum subiectum relationis æqualitatis, & inęqualitatis, ex Aristo. in prędicamentis, 10 cap. de quantitate, & secundo de Generatione, tex. 37 non est ultimatum illarum relationum subiectú, sed substantia quanta: similiter se habet de qualitate respectu similitudinis, cuius nó est ultimatum subiectum, sed ipsa res qualis. 1. concl.

Secunda conclusio sit ista. Aliquod accidens potest esse proximum immediatum, & propinquum subiectum alterius accidentis, à quo possit formaliter dici tale, vt patet de superficie, & de accidente absoluto in ordine ad accidens respectiuum; & hoc secundùm duplicem immediationé est uerum, scilicet immediationem inhærentiæ, & immediationem denominatiuam; nam cùm paries per superficiem dicit albus, prius albedo recipit in superficie, illamq; immediatè denominat formaliter albam, quam in pariete recipiatur, illumque denominet formaliter album: licet quoad ultimatam, & fundamentalem denominationem ab ipsa ultimata suppositalitate causatam, magis & intimius denominetur paries albus 2. concl.

bus, quàm superficies alba, iuxta illud Porphyrij in capitulo de accidente, quòd semper accidens est in subiecto subsistens; quod non de immediato, sed ultimato subiecto est intelligendū: & sic per has conclusiones patet ad motam dubitationem.

Contra has conclusiones. Sed contra has duas conclusiones, Theologicè, & Logicè insto. Theologicè quidem sic. In sacramento Eucharistię, hęc accidentia, videlicet odor, color, sapor, frigiditas, & caliditas, quæ eadem numero sunt ante, & post consecrationem, non in alio subiecto, nisi in quantitate subiectantur: Quantitas verò sine alio subiecto subsistit secundùm Thomistas, vel existit secundùm Scotistas, cùm ibi non sit substantia panis, ergo quantitas esse potest ultimatum subiectum supposi- tans illorum accidentium dependentiam, quod contra primam militat conclusionem.

Ad 1. respon. Ad hoc dupliciter respondeo. Primò quidem Theologicè, hoc esse miraculosè factum præter rerum ordinem; & propterea ubi nostrę fidei est infallibilis veritas, naturales rationes sunt dimittendæ: sed ne à Sacristia petita uideatur ista responsio, Theologiam gloriosè ignorantibus. Secundò & potius metaphysicè.

Ad 2. respon. Respondeo, quòd & si quantitas illa est immediatum illorum accidentium subiectum, est etiam ultimatum. pro qua re nota, quòd vt supra diximus duplex est secundùm Theologos inhærentia accidentis: vna quidem actualis, qua actu accidens inhæret suo subiecto; alia verò est aptitudinalis per quam potest actu inhærere: nempè quando nos aliquod accidens consideramus in primo signo naturę nulli inhęrere, tamē cum hoc aptitudinem habet ad in secundo signo naturę actualiter inhęrendum, & hoc ita de facto est in Sanctissimo Eucharistię Sacramento; ubi peracta ex vi verborum consecratione, quantitas alijs accidentibus substans & actu nō inhærens, aptitudinē habet ad inhærendum, quæ res hoc exemplo, quoad fieri potest sic manifestetur.

Exemplum. In primo signo naturæ omnia hostiæ consecrandæ accidentia, substantię panis inhęrere mente concipiamus. Deinde in secundo signo naturę, facta vi verborum consecratione, vltimarum illud accidens, puta, quantitas omnia alia accidentia substentans, nulli subiecto inhæret actu, habet tamen aptitudinem (desinente esse ibi corpore Christi) ad inhęrendum subiecto, puta, materiæ primę, quam de nouo, ut illius quantitatis subiectum ibi posset Deus creare. Et postea in tertio signo naturę considerare debemus, illud idem numero accidens in secundo signo naturæ aptitudinaliter inhærens, in tertio signo naturæ actualiter inhęrere: & sic in proposito, quantitas tunc odori, colori, & sapori in hostia consecrata actu substans, aliā aptitudinalem respectu futuri subiecti habet inhęrentiam.

Contra. Sed contra, quarto Metaphysices, texto decimoquarto, dicit Philosophus, quòd accidens accidenti non accidit, nisi quia ambo eidem subiecto accidunt.

Resp. Ad hoc respondeo, quòd accidens non accidit alteri accidenti, tanquam ultimato eius subiecto, quia non concedit Aristoteles, ut supra diceebamus, nisi accidens actu inhęrere, cuius auctoritas modò non cogit, sed nos dicimus quantitatem posse esse vltimatum aliorum accidentium subiectum. Amplius Philosophi dictum est uerum de accidentibus disparatis, quoad inhęrentiam ordinem nullum habentibus, ut sunt verbi gratia, albedo, & dulcedo in lacte; ubi dulcedo non subijcitur albedini, nec albedo dulcedini, sed ambæ subiectantur in lacte, quarum immediatum subiectum est quantitas lactis, mediatum uerò substantia lactis; non tamen intelligitur de accidentibus quoad formalem rationem inhęrendi, ad inuicem ordinem habentibus: sicuti est quantitas & albedo eius. Et sic quantitas in hostia consecrata per se existit, & alijs accidentibus substat.

Dubita. Sed hic statim dubitabit Nouicius, vtrum in Sanctissima Eucharistia, omnia accidentia sint sine subiecto?

Resp. Ad hoc respondeo, quòd de hac re, tres sunt opiniones, duę quidem extremæ, & una media.

1. opin. Prima est, Aegidij Romani in suis Theorematibus à trigesimosexto ad trigesimūnonū, quod sola quantitas est sine subiecto in Eucharistia; alia verò accidentia fundata sunt in quantitate: hinc Aegidij sententia in hoc consistit. In hoc Sacramento sola quantitas ponitur per se absque subiecto subsistere, cætera uerò accidentia in quantitate fundantur: sed accidentia successiua quorum esse est in fieri, adeò à substantia dependēt, vt nec naturaliter, nec miraculosè possint per se esse, ut patet de motu, qui tam diu est, quàm diu est in mobili; nam motus vnitatem habet à magnitudine, uel à mobili, sexto Physicorum, & sicut successiuè & ordinatè, mobile, aliquid acquirit per motum, sic successiuè accipitur ordo partium motus, & sic diuersa est ratio accidentium permanentium, & successiuorum, quia totalitas successiuorum, & permanentium non currunt pari passu, eo quòd totalitas permanentium consistit in simultate partium, tunc enim est tota domus quando omnes partes eius sunt simul, sed totalitas successiuorum consistit tantùm in ordine partium, quæ partes successiuæ, simul esse nō possunt; quia si simul essent non successiuum facerent, sed permanens: à simili sic hēt de fractione hostię consecratę, ubi species franguntur. Et Christi corpus non confractum, non diuisum, sed integrum assumitur, quę fractio in aliquo susceptiuo debet fundari: hanc Aegidij opinionem sequutus est postea Herueus Brito, quarto sententiarum, distinctione duodecima, quęstione vnica, articulo primo, dicens, quòd in Eucharistia est accidens sine subiecto, scilicet quantitas ut tenet Ecclesia sine quocunque subiecto; alia verò accidentia post quantitatem sunt ibi sine subiecto remoto, quod est substantia, habent tamen

men subiectum propinquum, scilicet quantitatem.

2. opinio. Secunda opinio in alio extremo, est Gotfredi in quarto, in tractatu de Eucharistia dicentis, nullum accidens posse esse subiectum accidentis, & per consequens in Eucharistia quodcunq; accidens esse sine subiecto: sed ista opinio destruit principia philosophiæ, & ideo melius dixit Auicennas secundo suæ Metaphysices capitulo primo, quòd aliquod accidens est subiectũ accidentis, sicuti motus qui est accidens mobilis, recipit in se alterum accidens, puta, tarditatẽ, & uelocitatem.

3. opin. Tertia opinio media, est Scoti, quarto sententiarum, distinctione duodecima, quęstione secunda dicentis, esse distinguendum de subiecto, sicuti aliàs distinxerat in prædicabilibus quæstione sexta, quòd dupliciter sumi potest subiectum, vno modo, videlicet pro aliquo vltimatè terminante dependentiam alicuius accidentis, aut pro quocunque terminante illam dependentiam, saltim proximo, & si non ultimatè, idest pro quocunque cui aliquis actus posset inesse per accidens, tanquam forma eius, nõ faciens unum per se cum subiecto: tunc respondet Scotus per duas conclusiones.

1. Conclusio Scoti. Quarum prima est ista. Nullum accidens potest esse subiectum accidentis primo modo, nisi substantia, eo q́ sola substantia est ultimatè terminans dependentiam accidentis.

2. concl. Scoti. Secunda conclusio est; possibile est aliquod accidens esse subiectum accidentis secundo modo, idest immediatè, non tamen ultimatè terminans dependentiam accidentis, sed ut ingenuè fatear ista Scoti opinio, est Heruei, quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione vnica, articulo primo, cuius verba sunt ista. Alia autem accidentia post quantitatem sunt sine subiecto remoto, quod est substantia; habent tamen subiectum propinquum, scilicet quantitatem: ex quibus patet, quòd eadem est Heruei Britonis, & Scoti opinio, & fortè hoc etiam dicere uoluit, quamuis non ita explicatè, Dominus Aegidius Romanus, quorum sententiæ nos etiã adhæremus.

Contra secũdam concl. Sed contra hanc secundam conclusionem logicè sic arguo. Sicuti substantiæ conuenit accidenti substare, ita accidenti conuenit substantiæ inhærere, ergo quemadmodum substantiæ repugnat alteri substantiæ, uel accidenti inhærere, ita accidenti repugnat alteri accidenti, uel substantiæ substare, sed commune est omni substantiæ, non alteri substantiæ, sed accidenti substare, ex Aristotele, in capitulo de substantia, ergo commune erit omni accidenti, nec substantię, nec accidenti substare: & sic cùm quantitas sit accidens, nulli accidenti potest substare.

Responsio. Ad hoc respondeo, quòd duplex est accidentis, siue realis, siue intentionalis ad subiectum dependentia. Quædam enim dicitur dependentia omnimoda, & completa, in ultimato terminante reperta. Alia est non omnimoda, ab immediato, seu proximiori subiecto causata. Tunc ad argumentum formaliter respondeo, concedendo illud, quòd sicuti substantiæ competit substare, ita accidenti competit inhærere, & cùm postea subinfertur, quòd sicuti substantiæ repugnat inhærere, ita accidenti repugnat substare, concedo de ly, ultimatè substare; quia nullum accidens ita inhæret ultimatè alteri accidenti, quin illud accidens per aptitudinalem inhærentiam ordinem habeat ad substantiam cui potest actu inhærere; modò & si quantitas in hostia consecrata actu substentat alia accidentia ultimitate actuali, non tamen ultimitate aptitudinali, per quam potest substantiæ quandoque actu inhęrere.

Et hæc quoad septimam conclusionem, & totum caput de accidente sufficiant dicta, & est finis nostræ expositionis super prohemium Porphyrij, & quinque prædicabilia, mox ad tertiam huius libri partem properemus; in qua de conuenientijs, & disconuenientijs, ut inquit Paulus Venetus, horum quinque uniuersalium, Diuina ope, breuiter per conclusiones sumus tractaturi, quia doctrinam continent notabilem, & omni perito Logico dignam, & non tantam facilitatem, ut quidam dicit labori succumbens, sibi ipsi diffisus.

Ecce iam completa est prima, & secunda pars huius nostrę expositionis, ad laudem Dei omnipotentis, & uenit plenitudo temporis, ut illa iam diu plus molesta, quàm exoptata, uel expectata fiat, comminata comparatio. Ad quam quidam Logiculus, satis audacter, hoc tempore faciendam, homines prouocauit: quibuscunque iudicium hoc committatur, à quibus non [illegible] atuitam, sed indubitatam de toto rigore iustitię, debitam exposco ex toto sententiam t cùm in hoc nihil incerta sint fata causarum. Resp.

Quamuis comparatio ista sit ualdè æquiuoca, & non minus impropria, ac illa, quòd Scytha albior est Aethiope, in quo nullus, nec remissus quidem albedinis gradus reperitur. Propterea nos nostros diurnos in legendo labores, & nocturnas, plurimos grauissimos Doctores uoluendo, uigilias; grato animo recipias Nouicie. Nec friuola oblectamenta, quę aureus laqueus sunt proficere ualentium, uel in facilibus, quorum non est scientia secundo Ethicorum capitulo tertio, facilitatem, qua torpescit humanus intellectus, affectabis. Sed in difficilib' scibilibus, facilem subtilitatem, tanquam Leo rugiens quęras, quia homo es rationis particeps, & intellectu cunctis sapientibus æqualis. Spaciosa enim, patens, & sępè iucunda est uia, quę ducit ad perditionem, & ignorantiæ tenebras, ut per, Y, litteram, nobis Pythagoras significauit, & multi decepti intrant deambulantes per eam. Angusta

ſta uerò, & arcta eſt uia, quæ ad ſalutem ducit, & ſcientiæ lumen, & non pauci, ſed quamplurimi inueniunt eam. Gratia enim, & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt, de cuius plenitudine nos etiam accepimus, eo adiuuante, qui illuminans omnem hominem uenientem in hûc mundum, noſtrum intellectum, ita, quantùm uoluit, illuminare dignatus eſt. Quòd ſi ex charitate ſic monitus, non ſatagis, ut hæc conſideres Nouicie. Reliquum erit tibi dicere, perditio tua ex te Iſraelita.

LAVS DEO.

Sit Laus Trino, & vni omnipotenti Deo, qui plenitudine infinitæ ſapientiæ ſuæ, huius noſtræ expoſitionis in principio ingreſſum inſtruere, in medio progreſſum dirigere, & in fine egreſſum perficere, dignatus eſt; & Deiparæ B.M. Virgini; Beatiſq; Iacobo Apoſtolo, & Vitaliano protectoribus noſtris: Sanctæ etiam Romanæ Eccleſiæ humanorum actuum Regulæ, & Magiſtræ, eiuſq; inuictiſsimo Principi, ac vigilantiſsimo Protectori SIXTO V. Pontifici Optimo Maximo, ſit pleniſsima, perpetuaq; obedientia, cuius cenſuræ hanc noſtram expoſitionem, & gloſſemata in ea contenta, ad bonum ſenſum, & communem vtilitatem, nunc primùm Neapoli in lucem edita; ad omne dictum pias aures offendens, deteſtandum parati, humiliter ſubmittimus: D. Thomam de Aquino, & D Bonauenturam, præcipuos Bonarum Diſciplinarum Magiſtros, vt veraces Teſtes, & Scotum ſubtilem Doctorem, Aduocatum ſeu Patronum, ad Tribunal iniuſtè calumniantium afferentes, per cuncta ſecula. Amen.

Fac bonum, & inſurgent Inuidi:
Fac melius, & confundentur Impij.
Fac optimum, & triſtabuntur Miſeri.
Fac Deo gratum, & mirabuntur ſinguli.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVX.

Omnes sunt Terniones, præter, X, Quinternionem.

Errata, quæ in hac, in Porphyrium Expositione nobis inuitis irrepserunt, partim operarum festinationi, partim verò grauiorum rerum nostrarum curæ, & solicitudini condonabit æquus Lector, ipseq; proprio Marte germanæ Lectioni restituet: atque eandem Expositionem iterum excudendam cum Indice omnium rerum scitu digniorum, & quæstionibus, ad Logicam preambulis, quas ad longum disputauimus, à nobis expectet.

Imprimatur. Brutus Farnetus Vic.Gen.Neap.

Magister Philocalus Pharaldus Carmelita vidit.

Idem fol. 134.

A'

